COMMENTARIORVM

PARATITLA=
RIVM IVRIS VTRI.
VSQVE.

TOMVS SECVNDVS.

CONTINENS OMNIVM SACRA-
TISS. IVSTINIANI P. LIBRORVM
CODICIS ENARRATIONEM
MIRABILEM.

Authore
IOANNE PHILIPPO STEINHAVSEN
Iuris vtriuſq; Doctore.



COLONIAE AGRIPPINAE,
Impenſis BALTHASARIS CLYPEI
Anno ſalutis M. DCV.

D. IOANN.
PHILIPPI STEINHAVSEN

COMMENTARIVS

PARATITLARIS IN S. I. P. COD.

LIBER I.

DE SVMMA TRINITATE ET FIDE CATHOLICA, ET VT NEMO DE EA PVBLICE CONTENDERE AVDEAT. TIT. I.

1 *Continuatio.*
2 *Pœna aduerſus eos qui publicè de fide catholica turbis coadunatis diſputant.*
3 *Obiectio cùm pulchro dicto D. Ambroſij.* 1

IMPERATORES religioſi,†vt furorem & audaciam hæreticorũ cõprimerent, ſtatuerunt vt ijs quæ ab Eccleſia, Apoſtolis & SS. patribus tradita ſunt, firmiter credatur: 2
ijs qui contra facerent legitima pœna propoſita. *l. hoc tit.* Præterea ſtatuerunt pœnam in eos† qui publicè id eſt turbis condunatis diſputant de fide Catholica, ſc. vt ſi clericus ſit, à conſortio clericorum remoueatur: ſi miles, militia priuetur. Si verò ſit homo priuatus & liber, de vrbe expellatur & extra prouinciam competenti ſupplicio ſubiugetur. Si autem ſit 3
ſeruus ſeuerisſimam ſubeat pœnam, *l. vlt. C. hoc tit. l. fin. de pœn.* Dices definitionem † fidei articulorum, non ad laicos, ſed ad eccleſiaſticos pertinere, atque ideò non ſatis prudenter hoc loco Imperatores ſe rebus huiuſmodi immiſcuerunt. Reſpondeo Imperatores nihil hic de articulis fidei definire, ſed eos definitos per eccleſiam tueri, propoſita debita pœna eorum violatoribus. alioquin notum eſt ex epiſtola 32. D. Ambroſij ad Valentinianum quæ extat *in c. conuenior 5. allegatur 23. quæſt. 8.* quòd ad Imper. rerum gubernacula eccleſiæ & cura animarum non pertineant. Noli, inquit D. Ambr. te grauare Imperator, vt putes te in ea, quæ diuina ſunt, imperiale aliquod ius habere. noli te extollere, ſed ſi vis diutius imperare, Deo eſto ſubditus: ſcriptum eſt; quæ Dei Deo, quæ cæſaris cæſari. Ad Imperatorem palatia pertinent, ad Sacerdotem eccleſiæ; Publicorum tibi mœnium ius commiſſum eſt, non ſacrorum, *vide c. quis dubitet 96. diſt. De trinitate ad tit. ext. eod. dicemus.*

DE SACROSANCTIS ECCLESIIS ET DE REBVS AC PRIVILEGIIS EARVM. TIT. II.

1 *Eccleſiæ nomine quid contineatur.*
2 *De priuilegijs eccleſiæ.*
3 *An poſſeſſio tranſeat in eccleſia ſine poſſeſſione.*

1 ECcleſiæ nomē non ſolum ædes diuino officio † conſecratæ, ſed etiam
2 clericorum collegia comprehenduntur. † In hoc titulo Eccleſiæ priuilegia continentur plurima. Primum eſt quod Eccleſiaſtico cœtui quis poſſit vel inſtitutionis vel legati titulo quid relinquere, *l. 1. hoc tit.* Ante hanc Conſtitutionem non poterat collegijs ſanctis magis legari quàm ipſis Iudæis, nam Imperatores Chriſtianorum collegia non ſecus ac Iudæorum improbabant, adeo vt Valens Imper. nefarius legem tulerit, vt Monachi militarent & fuſtibus à militibus interficerentur, ſi militiam recuſarent, vt refert Paulus Diaconus libr. 1. de geſt. Roman. Competit & hoc priuilegium, quod rei emptæ, donatæ, &c. dominium ſine traditione tranſeat in eccleſiam, *l. fin. Cod. hoc tit.* cùm tamen regulariter dominia rerum non niſi traditionibus acquirantur, *l. traditionibus, Cod. de pact.* An autem
3 poſſeſſio tranſeat in eccleſia† ſine apprehenſione: *hoc gloß. in d. l. fin.* negat. Ferrar. verò in *Forma libelli in reali act. in VV. iure dominij, n. 58.* eatenus concedit ſi res alienetur in eccleſiam per profeſſionem: alias ſi aliquo titulo, non item. Tu cogita. Item hoc habet Eccleſia, quod bona venditoris aut donatoris habeat obligata, quodque præſcriptio rei immobilis contra Eccleſiam non minore 40. annis curriculo præficiatur, & contra Eccleſiam Romanam iure nouiſſimo non ante centum annos abſoluatur, *Auth. quas actiones, C. h. t.* Præterea quod res Eccleſiæ immobiles pretioſæ nequeunt alienari niſi vrgente neceſſitate vel ſuadente vtilitate, atque tunc adhuc oportet interuenire magnam ſolemnitatem, cùm requiratur totius capituli tractatus, & conſenſus maioris ac ſenioris partis capitularium nomina. *auth. hoc ius porrectum, C. hoc tit. c. ſine exceptionè 12. quæſt. 2. vide Ferr. in for. libr. in real. in VV. veris ac leg.* Denique hoc priuilegium Eccleſiæ habent, vt ſint liberæ à muneribus extraordinarijs: *l. 5. Cod. hoc tit.* non verò ab ordinarijs, quando enim prædia Eccleſiæ ſunt tributaria, tunc Eccleſia annuum ordinarium canonem pendere tenetur. *Bart. in d. l. 5. placet & in auth. item nulla communitas, c. de epiſ. & cler.*

DE EPISCOPIS, ET CLERICIS. &c.

TIT. III.

1 *An Clerici ad murorum refectionem teneantur.*

MVLTA hic omittuntur, quæ his temporibus non conueniunt, ſed ſunt correcta, vti in Decretalib. in ſuo loco ſæpè monebimus. Cæterum qui dicantur Orphanotrophi, Aſcetriæ &c. luculenter hic explicat Cuiac. in C. eod. An autem Clerici ad † murorum refectionem
1 teneantur quæſtionis eſt. Et affirmandum videtur per *l. poſtquam, Cod. de oper. public.* quia tenentur ad expenſas cuſtodiæ ciuitatis, ergo etiam ad expenſas mu-

rorum

rorũ quæ fiũt propter cuſtodiam ciuitatis. Nec obſtat *c. vlt. de voto & voti redem̃p.* nã textus tantũ dicit, quod clericatus officiũ reddat eos inhabiles ad pugnandum. neque mouet *c. reprehenſibile 23. quæſt. 8.* vbi dicitur abſonum eſſe vt Epiſcopi contra piratas maritimos inuigilent, cùm militum Chriſti ſit Chriſto inſeruire: & militum ſeculi ſæculo. Sed dicendum Clericorum munus non eſſe vt hoſtem aggrediantur, vim faciant: attamen cùm vim vi liceat repellere, permiſſum eſt Clericis ſe intra mœna defendere, & per conſequens non eſt inconueniens ad murorum confectionem vt contribuant.

DE EPISCOPALI AVDIENTIA.

TIT. IV.

1 *Ratio cur hic tit. tali modo intitulatus.*
2 *Hodie Clerici ne volentes quidem coram Iudice ſeculari conueniuntur.*

HIc titulus intitulatur de Epiſcopali audientia, non de iuriſdictione. †nam Epiſcopi iuriſdictionem non habent, vt ait Valentinianus *nou. de Epiſcop. ind.* Nec executionem nec apparitionem eorum, vt iudicum delegatorum, qui etiam notionem, non iurisdictionem habent, ſententias magiſtratus exequuntur. *l. 8. h. t.* Etſi autem præcipuum Pontificis ſeu Epiſcopi munus eſt, doctrina verbi populum moderari: *l. addictos 7, hoc tit.* tamen quia non omnes dicto audientes ſunt, nec eiuſmodi perſuaſione ad diſciplinam perduci vel in officio retineri poſſunt, & ſuperioritas in qua ſunt Eccleſiaſtici *l. 8. ſup. d. tit.* abſque imperio & iuriſdictione, non ſatis habeat neruorum & authoritatis: denique quoniam Eccleſia mater ac cultrix eſt iuſtitiæ: ideo Epiſcopis peculiaris quædam Eccleſiaſtica iuriſdictio ciuili dignior, *d. l. 8,* in perſonas & cauſas eccleſiaſticas legibus Impp. eſt attributa, vt ius dicant Clericis, Monachis & OEconomis &c. qui etſi olim etiam coram magiſtratu ſeculari forum ſortiebantur, *l. 2. h. t.* hodiè non niſi in Epiſcopali audientia queunt conueniri, ne ſponte quidem & conſentientes, in foro ſeculari quod beneficium contra *auth. Clericos, C. de epiſc. & cler.* ab Innocentio †tertio in fauorem totius ordinis Clericatus eſt conceſſum, *c. 8. de for. comp. vide ea quæ dicemus ad tit. decret. de iud. vide quoque huius beneficij limitationes apud D. Gail lib. 1. obſ. 37. & Guid. pap. decis. 1.* 2

DE HAERETICIS MANICHAEIS, ET SAMARITANIS.

TIT. V.

1 *Quis propriè hæreticus dicatur.*
2 *Hæreticorum pœna.*
3 *Quomodo hæreticorum bona confiſcentur.*

NOn ſtatim ille dicendus eſt hæreticus, † qui in aliquo articulo fidei
dubitat aut errat, ſi paratus ſit propoſitum in melius mutare, vbi ab
Eccleſiæ miniſtris melius inſtruatur: ſed ille potius qui pertinaciter, vel
2 in vno articulo fidei errat. *Caniſ. in inſt. hoc tit. l. 2. Cod. eod.* Cæterum hæretico-
rum pœna vna eſt † quod vltimo ſupplicio adficiantur. *l. 8. §. fin. hoc tit. auth.
Gararos eod.* ratio pœnæ eſt, vt flagitioſis hominibus ſublatis reſpub. mane-
at ſalua, & vt alij ab hæreſi deterreantur. Sunt quidam ſibi blandientes,
qui defendunt ipſos morte non eſſe adficiendos, tum quia in primitiua
eccleſia non adficiebantur, tum quia D. Paulus ait *1. ad Corinth. 5.* Quid mihi
de his quæ foris ſunt. Tum quia chriſtus Petro dixit, mitte gladium tuum
in vaginam. Tum denique quia ſeruitia coacta non placent Deo. Sed his
non obſtantibus tum ex pluribus locis vtriuſque iuris, tum ex *Deuter. c. 13.
17. & 18.* patet hæreticos grauiter puniri & morte affici poſſe. Imò ex *c. 15.
Ioh. Dd.* non ſolum hanc pœnam de amiſsione vitæ interpretantur ſicuti
Zaſius *conſ. 23. lib. 1. Corraſ. lib. 3. miſcell. c. 3. n. 5.* verum etiam ad cruciatum ignis
extendunt. Azo *in l. 1. infra vt nem. lic. ſig. ſal.* quod conſuetudo in Hiſpania ſer-
uat. *Louar. var. reſol. lib. 2. c. 10.* Non obſtat primum argumentum. duplex enim
cauſa eſt cur in primitiua eccleſia non puniebantur hæretici, tum quia Ec-
cleſiæ vires Impp. & regibus fidei noſtræ aduerſantibus, exiguæ adhuc
admodum erant; tum quia hæretici in primitiua eccleſia non erant ita
puniendi, ne fides noſtra per vim inuehi diceretur. Ad ſecundum re-
ſpondendum eſt, quod locus D. Pauli ſit intelligendus de paganis & Iu-
dæis. Non obſtat tertium argumentum, quia dictum Chriſti eſt ita accipi-
endum, vt nemo propria & priuata authoritate gladio vti poſsit ad feri-
endum. neque enim vetat publica authoritate quempiam ferire, alioquin
homicidarum & aliorum nefariorum hominum reſp. plena foret. Simili
modo non obſtat quartum & poſtremum argumentum. ſeruitia quidem
coacta Deo neutiquam placent, ſed hoc fine placent. Nam alij ab hæreſi
deterrebuntur, & vel ipſi, vel ſaltem ipſorum liberi effluente paulatim
pertinacia, meliores efficientur.
3 Altera pœna hæreticorum † eſt, quod bona i[illegible]m ipſo iure confi-
ſcentur, & nihil ex illis ad eorum prolem de[illegible]atur, licet ſit catho-
lica. *c. 10. de hæret. c. ſecundum, eod. in 6. auth. Gararos. c. hoc tit.* De iure ciuili tamen
hæretici bona cedunt proximis aſcendentibus & deſcendentibus
vſque ad ſecundum gradum, *l. 4. de hæret. Cod. Theod.* dummodò
& ipſi pari conſcientia non polluant,
*Cuiac. lib. 12. obſ. 10. De hac materia
amplius ad tit. decre-
tal.*

NE SANCTVM BAPTISMA ITERETVR. TIT. VI.

1 *Ratio cur baptiſmus non poſsit iterari.*
2 *Pæna rebaptizati, & rebaptizantis.*

HOc titulo comprehenditur Anabaptiſtarum dogma: Eſt enim vnus Deus, vna fides, vnum baptiſma. Cur autem vnuſquiſque non poſſit 1
niſi ſemel baptizari, hanc habet rationem, quia character imprimitur indelebilis. vide quæ dixi ad tit. de Baptiſ. Et ſi quidem certum eſt aliquem eſſe ſemel baptizatum, non debet iterum baptizari: alioquin vltimum ſupplicium † quod mortem Azo interpretatur, imponitur reba- 2
ptizato & rebaptizanti. *l.2. C.h.tit.l.vlt.ff.de pæn.*

DE APOSTATIS. TIT. VII.

DE Apoſtatis opportunius ad eundem tit. in decret. dici poteſt, hic tit. eſt per ſe clarus, non egens vlla explanatione.

NEMINI LICERE SIGNVM SALVATORIS CHRISTI HVMI, VEL IN SILICE, VEL IN MARMORE, AVT SCVLPERE, AVT PINGERE. TIT. VIII.

NON in vniuerſum prohibetur ſanctum ſignum crucis exprimi, ſed humi prohibetur exprimi ſub pœna grauiſſima, quam Azo & Brand. hic mortem naturalem interpretantur, *l. vnic. C.h.t.* Ratio quia ſignum noſtræ redemptionis ſiue crucis, qua frontem & pectora noſtra munire debemus, pedibus conculcare non oportet. Et hoc eſt quod de Tyberio Conſtantino Paulus Diaconus ſcribit lib. 8. de Rom. geſt.

DE IVDAEIS ET CAELICOLIS. TIT. IX.

1 *Quatenus prohibeatur & permittatur ſecta Iudæorum.*
2 *An princeps poſsit Iudæos de ſuo territorio expellere, & eis auferre bona.*
3 *Cælicolæ qui.*

1 NOn prohibetur ſecta iudæorum, nam ijs eſt permiſſa ſynagoga *l.5.hoc tit.* permittuntur etiam litigare *l.7.* & *8. hoc tit.* vtuntur exceptione ſuarum feriarum, *l.die ſabbato hoc tit.* circumciſio quoque ijs eſt permiſſa, *l. circumcidere ff.ad l.Cor.de ſicc.* Neque coguntur fidem noſtram accipere, niſi fuerint Chriſtianati, quia Dominus ſpontanea, non coacta ſeruitia approbat. quamuis Paulum coegerit: ſed miracula non trahuntur in regulam. Attamen nihil eis relinqui poteſt, nec vllam dignitatem conſequuntur, *l.5. h.t. Mynſ. cent.2. obſ.13.* Quo iure cauſæ Iudæorum decidendæ ſunt quæritur? Et videtur dicendum quod ſecundum legem eorum ſit inter eos iudicandum, cum per Papam & Imperatorem in ritibus ſuis ferantur *l.3.* & *7.ext.h.t.* Nec obſtat *l.8.cum ſimilibus C.h.t.* quod Iudæi debeant viuere Romano iure & vti Romanis ll. Nam huiuſmodi procedunt in his quæ ſpectant ad ordinem iudiciarium, in quibus nihil per legem Moſaicam ſtatutum, Item vt Iudæus ſemper ſequatur forum Chriſtiani ſiue ſit actor ſiue ſit reus. *l.15.C.hoc tit.* An autem princeps † vel dominus terræ poſsit Iudæos de
2 ſuo territorio pellere, & eis auferre bona. breuiter ſic concludit. *Schneid. in inſtit. in princ. de hæredit. quæ ab inteſt n.12.* ſi Chriſtianis immineat periculum, vel ſcandalum ex cohabitatione clericorum, magiſtratum impunè eos expellere poſſe. *vide Capoll. caut. 24.* & *Iacob. de 5. Georg. in tract. de feud. in VV. Carolus Dux.*

3 Cælicolæ ſunt † qui cœlum, quaſi Deum colunt, vel cæli planetas, ſcilicet ſolem, lunam, vel ſtellas, & hi grauiſsimè, & non minus atque hæretici puniuntur, cum peccent contra legem naturæ, dum Deos alienos colunt. De his Iuuenalis: Nil præter nubes & cæli lumen adorant.

NE CHRISTIANVM MANCIPIVM, HAERETICVS, VEL IVDAEVS, VEL PAGANVS POSSIDEAT. TIT. X.

RAtio eſt, quia non decet Chriſti famulos vilisſimis mancipijs Diaboli ſeruire.

DE PAGANIS, SACRIFICIIS ET TEMPLIS TIT. XI.

PAgani ſunt ſimulachrorum cultores, quibus ſupplicium capitale proponitur. *l.1.2.7.* & *vlt. hoc tit.* Nec obſtat quod infideles ad fidem ſuſcipiendam prohibeantur compelli, de his namque, quæ extra nos ſunt nihil ad nos. Nam paganis non infertur vltimum ſupplicium eo fine, vt fidem ſuſcipiant, ſed quia cultu idolorum legem naturæ violant, ſed ad principem ſpectat ſubditos cuiuſcunque ſint religionis ad ſeruandam

legem naturæ compellere. Quid enim ſi Iudæi aliquem interficiant, nunquid ab eo principe cui ſub ſunt puniri poterunt? Quid etſi fides perturbetur propter Iudæos, nunquid per principem poterunt eijci? maximè Præterea eorum ſacrificia prohibentur, & omnia templa applicantur reipub. vt imperator ea cuicunque velit poſsit donare: ſicut fecit cæſar Phocas B. Bonifacio de templo quod vocatur Pantheon. *l. omnia hoc tit.* Licet autem pagani peſsimi ſint, non tamen permittitur chriſtianis eorum bona diripere, vel auferre: alioquin pro tali rapina (quod Azo *in ſum. hoc tit. in fin.* notandum monet) in duplum condemnantur, ſicut in caſu *l. qui mancipia inf. de ſer. fugit.*

DE IIS QVI AD ECCLESIAM CONFVGIVNT VEL IBI EXCLAMANT, ET NE QVIS AB ECCLESIA EXTRAHATVR. TIT. XII.

1 *De immunitate eccleſiæ.*
2 *Quæſtio, an Iudæi & debitores hac immunitate gaudeant.*
3 *De pœna in eccleſia exclamantium.*

INter cætera priuilegia quæ habet Eccleſia, † hoc præcipuum habet ſcilicet ius Aſyli, quod eſt tale, vt qui ad eccleſiam confugiunt, nequeant regulariter ab illa extrahi, aut in ea capi. *tot. hoc tit. & ext. eod. vbi latè de iure Aſyli ſiue eccleſiæ locali immunitate dicemus.* Namque tantum hic duas quęſtiones proponere ſtatuimus: quarum prima eſt num Iudæi, † hæretici, aut apoſtatæ hac immunitate gaudeant, altera, vtrum debitores. Quod ad primam attinet, certè niſi ſeriò eccleſiæ fidem recipiant, non ſunt tuti in eccleſia. *l. 1. hoc tit.* ratio eſt, quia non eſt dignus beneficio, qui eius reuerentiam & poteſtatem contemnit. nec obſtat, quod excommunicatus in eccleſia tutus eſt, nam ipſe non directè ex gremio Eccleſiæ diſceſsit, nec eam directè contemnit, ſed potius peracta pœnitentia eius gratiam adipiſci ſperat. Quod ad debitores attinet, iuri conforme eſt eos ab eccleſia extrahi non poſſe, *arg. c. inter alia ext. de immunit.* vbi docetur ſolos ſeruos extrahi poſſe ab eccleſia, & *arg. l. fin. §. cum autem hoc tit.* vbi docetur debitorem ex negotio ciuili, qui eſt in eccleſia, poſſe per procuratorem ſe defendere, alioquin ſubſecuturam eius immiſsionem in bonorum eius poſſeſsionem, ex quo apparet perſonaliter extrahi non poſſe. quod autem obijcitur debitorem fugitiuum die feriato capi poſſe, ideo in eccleſia quoque capi poſſe, argumento temporis ad locum, hoc genus argumenti in iure non valet propter diuerſam temporis & loci rationem.

Nunc aliquid de pœna in eccleſia exclamantium. † Exclamantes vltimum ſupplicium ſuſtinent, ſiue tumultum mouerint, ſiue impe- 3

tum in Eccleſia committant: vel in eccleſia, ſiue in quaālibet parte ciuitatis conuenticulum collecta multitudine colligant cauſa ſeditionis faciendæ, *l. denunciamus, h. t.*

DE HIS QVI IN ECCLESIIS MANVMITTVNTVR.

TIT. XIII.

QVI in eccleſia manumittitur coram Epiſcopo & præſente populo, plenam conſequitur libertatem.

DE LEGIBVS ET CONSTITVTIONIBVS PRINCIPVM.

TIT. XIV.

1 *Legis diuiſio.*
2 *Quo idiomate ll. proferri debeant, & an Scriptura ſit de ſubſtantia Conſtit.*

1 LEges taliæ ſunt generales quaſi omnes ligent: aliæ perſonales, quæ certas perſonas reſpiciunt, nec ad alias extendi poſſunt. vnde fit, vt licet Dauid Salomonem iuniorem filium in regni ſucceſſione filio Amon maiori natu prætulerit: & licet Matthias ſorte in Apoſtolum ſit aſſumptus, nihilominus hoc non decet ad exemplum trahi, ſed Rex filio iuniori ius primogenitum (quod inter Principes & multis quoque in locis inter nobiles obtinet) tribuere, nec prælatus Eccleſiæ per ſortem aſſumi debet. *c. non ſtatim, c. non exemplo 26. quæſt. 2.* Leges autem generales† ſiue Con-
2 ſtitutione, (quæ in lingua Latina tanquam communiore iuxta Felin. *in rub. de Conſt. n. 7. &* 8. edi & proferri debent) ita omnes ligant, vt poſt duos menſes à tempore publicationis earum lapſos, nemo ignorantiam eorum allegare poſſit. *l. 9. hoc tit. c. nouit de ſent. excomm.* Sed virtus legis non extenditur vltra territorium legiſlatoris. Vnde ſi Epiſcopus vel Dux in ſuo territorio faceret ſtatutum, vt fures fuſtibus, & virgis cædantur, vel excommunicentur, iſtius ſtatuti vigore non obligantur ij, qui extra diœceſin vel ducatum faciunt furtum, licet ſint ſubditi eius proprij. *c. vlt. de Conſt. in 6.* quia extra territorium ius dicenti impunè non paretur. *l. vlt. de iuriſd.* hic quæri poteſt, an forenſes & aduenas ſtatutum liget: diſtinguitur, aut ſtatutum illis proponit pœnam, qui id committunt quod iure naturali vel diuino eſt prohibitum, & tunc ſtatutum ligat, veluti in furto quod iure diuino in 4. præcep. Dec. & naturali eſt prohibitum. *§. 1. inſt. de furt.* nullus poteſt eius ignorantiam prætendere: aut non eſt prohibitum iure naturali, vel diuino, & tale ſtatutum non obligat ignorantes, veluti ſi ſit

ſtatutum ne per Galliam cum bombardis commeetur, vel ne ſi ſit ſtatuta pœna euntibus poſt ſonitum campanæ ſine lumine. *arg. l. 40. in fin. ff. de re militar.* An autem ſcriptura ſit de ſubſtantia conſtitutionis controuertitur. *Felin. in rubr. ext. de conſt. n. 4.* dicit de forma ſubſtantiali non requiri ſcripturam, ſed de forma accidentali ad inducendam obligationem ex lege, quia ante ſcripturam & publicationem lex nihil obligat. *arg. l. 36. ff. de ll.* Et hoc eſt quod *Bald. in c. 1. §. decedenti qui feud. dar. poſſ.* ait, æquitates humanæ non habent in ſe pondus ſtatuti, niſi ſint roboratæ ſcriptura.

DE MANDATIS PRINCIPVM.

TIT. XV.

1 *Mandatum vnde dictum.*
2 *Differentia inter mandatum & præceptum.*

INter leges & conſtitutiones numerantur etiam principum mandata, quæ ſunt quædam præcepta & monita quæ præſidibus euntibus ad regimen alicuius prouinciæ, vel alijs demandantur. Mandata † à manu danda qua promiſsiones firmari ſolent, dicta. *Valla libr. 5. ex Quintil.* Mandatum inter priuatos voluntatis & arbitrij eſt, *l. 1. ff. mand.* quia par in parem non habet imperium, *l. 4. de recept. qui arbit.* inter dominum & ſubditos vim habet præcipiendi, *l. vnic. cum auth. hoc tit.* velut & preces, *gloſſ. in l. 1. ff. quod iuſſu.* quanquam inter mandatum † & præceptum *gloſſ. & Bald. in l. ſæpè 8. in V. neceſsitatem,* ſubtiliter diſtinguãt, vt ſi verba directa ſint in Præſidem per verbum mando, delegare poſsint, ſecus ſi per verbum præcipio. *auth. vt nulli iudic. §. 1.*

(margin: 1, 2)

DE SENATVSCONS.

TIT. XVI.

De materia huius tituli dixi *ff. eod. tit. & de orig. iur.*

DE VETERI IVRE ENVCLEANDO, ET DE AVTHORITATE IVRIS PRVDENTIVM QVI IN FF. REFERVNTVR. TIT. XVII.

NOn minorem authoritatem habent prætorum edicta, reſponſa prudentium, conſilia iuriſperitorum, legeſque à veteribus latæ, de qui

bus omnibus, cum duo pene millia librorum conſcripta, & plus quàm tricies centena millia verſuum à veteribus nulla ordinata ſerie effuſa exiſterent, Imperator Iuſtinianus ea omnia opera & ſtudio Triboniani viri excelſi magiſtri officiorum, exquæſtoris ſacri palatij & exconſulis, aliorumque virorum celeberrimorum diuino adiuti adminiculo, multis inutilibus vſque ad centum quinquaginta ferè millia verſuum reſecatis, in quinquaginta libros pandectarum, qui ſeptem partibus ordine naturæ & artis ſeruato comprehenduntur, principaleſque Conſtitutiones duodecim libris Codicis digeſſit. ex quibus Iuſtiniani Imperatoris iuſſu inſti-
1 tutiones, quibus quaſi elementis legitimæ ſcientiæ, incipientibus via plana ad difficiliora iura perdiſcenda præſtruatur, continuatæ ſunt. Cùm igitur ad hanc formam totum ius ciuile, quod antea mille quadringentis annis confuſum extitit: diuino auxilio accedente, per viros celeberri-
2 mos redactum ſit. Ne igitur denuo in immenſum excreſcat, vel ad eandem confuſionem per diſſentientium forſitan interpretum ſententias redigatur, vel verboſis contrariarum opinionum allegationibus, vt antiquitùs factum eſt, ius vniuerſum conturbetur nulli Iuriſperitorum Commentarios, ſed tantum παράτιτλα vel κατὰ πόδα ſcribere, & legibus annectere licet. Si quid forſitan prætermiſſum fuerit, & negotia contingere poſſint, quæ certis legibus non comprehenduntur, cùm res diuinæ ſint perfectiſſimæ, & ſtabiles, humani verò iuris conditio viciſſitudini obnoxia ſemper in infinitum decurrat. Non tamen hæc opera Iuſtiniani Imperatoris ſacratiſſimi in ordinem certum redigendo & compilando iure collocata alicuius reprehenſionem incurrere debent:& hoc potiſſimum certas ob cauſas: nam omnibus perſpicuum eſt, tantam eſſe ingenij mortalis infirmitatem, vt tam exactè, & omni ſua parte perfectè, ne quid deſideretur, rem expedire non liceat. Deinde obſtitit huius rei vitium, quo totum ius ita inuolutum & nutricatum fuit, vt diligẽs lector vitioſa perplexitate rei anceps detentus, ſe ex obſcuris & difficilibus inuolucris extricare minus potuerit. Accedit, quod ſatius ſit, pauca idoneè tradere quibus intellectus humanus ad comprehendendam rem propoſitam delectatur & incitatur, quàm multa inutilia, quibus vt denſiſſimis tenebris acies obducitur & impeditur effundere. Denique quod ſi caſus ambigui, quorum deciſiones, in legibus certæ omiſſæ ſint, frequenter contigerint. Imperator penes quẽ vigore legis Regiæ, & Imperatoriã maieſtatem trãſlatæ poteſtatis, & legis condẽdæ ius, *§. ſed & quod Principi, Inſt. de iur. nat. ge.*
1 *& ciu.* maturo cõſilio ſupplere, quia ideo impiale fortunã rebus humanis poſſit hũc defectũ Deus præpoſuit, vt poſſit omnia, quæ nouiter contingũt, & emẽdare, & cõponere, & modis ac regulis cõpetentibus tradere, *l. 1.*
2 *ff. de ll.* cũ & ipſe Iulianus legũ & edicti perpetui ſubtiliſſimus cõditor, ſuis libris hoc retulerit: vt ſi quid imperfectũ inueniatur: ab Imperiali ſancti ne hoc repleatur. Imò & D. Hadrianus in cõpoſitione Edicti, & Senatuſ-

to, quod eam ſecutum eſt, hoc apertiſſimè diffiniuit, vt ſi quid in Edicto
poſito non inueniatur,hoc ad eius regulas, eiuſque coniecturas & imita-
tiones poſſit noua inſtruere authoritas. *l.2. §.ſed etſi quod & §.ſed quia diua, C.
h.t.vide latius Daniel. venator. hic.*

DE IVRIS, ET FACTI IGNORANTIA.

TIT. XVIII.

1 *Ignorantia duplex.*
2 *Quis erret in iure.*
3 *Quis erret in facto.*
4 *Quis probabit ignor.*

ERror ſiue ignorantia duplex eſt,alia iuris,alia facti.Hæc regulariter
non nocet, illa verò regulariter nocet. vti ad *hunc tit. ff. eod.* dixi-
mus.Non tamen ſi apices iuris ignor.*l.29.§ antep.ff.mand.*non tamen inquit,
Cuiac. *lib.6.obſ.c.39.* exegimus vt omnes Iuriſconſulti artificia didicerint,
ſicut Patreſf. Magonis vel Caſſij Dionyſij libros, ſed communem eorum,
quæ in legibus continentur, intelligentiam in omnibus exigimus. Errat 1
autem in iure, qui putat actionem naſci ex nudo pacto, vel non poſſe de-
legatis Falcidiam detrahi. Errat in facto † qui ignorat patrem eſſe defun-
ctum,vel ſe librum Iohanni dediſſe. Attamen licet error iuris noceat, ta- 2
men iuxta communem ſententiam Dd quæ in foro hodiè obtinet, ſuum
petentibus non nocet. Nec obſtat quod repetitio ei non datur, qui ciuili-
ter indebitum errore iuris ſoluit,quod naturaliter debebatur. *l.10.hoc tit.*
nam is non petit (ſic reſpondent illi Dd.) ſuum dominium condictione
indebiti, ſed rem quam ſoluit,repetit,ſiquidem eius rei dominium tranſ-
latum eſt in accipientem. Nec obſtat quoque,quod res mea præſcribi poſ
ſit,licet arbitrer præſcribi non poſſe,vnde videri poterat errorem iuris
nocere,ſuum petenti in amittendis rebus ſuis. Nam ſolus Domini error
nullus poſſediſſet, non perdidiſſet, ſed mediante facto aut vſucapione
alterius priuatur re ſua. Vter autem probabit ignorantiam † quæri-
tur: An is qui eam allegat: in hac ſententia eſt Couar. *lib.4. conſ.25.*
Ratio eſt, quia quicunque quid allegat, id probare debet. *l. 2. l. ve-* 3
rius,ff.de probat.Gail lib.2.obſ.46. Non obſtat, quod legatarius probare debeat
teſtatorem rem quam legauit, ſciuiſſe eſſe alienam: hæres verò probare
non teneatur.*§.non ſolum in fine, Inſt.de leg.* Nam hoc ſingulare eſt in legata-
rio, cùm præſumptio ſit contra, eum teſtatorem ignoraſſe
rem alienam fuiſſe,alioquin non legaturum. Nam
ignorantia facti ſemper præſumitur,
niſi probetur. *l.verius 22.*
de prob.

DE PRECIBVS IMPERATORI OFFERENDIS, ET DE QVIBVS REBVS SVPPLICARE LICIAT, VEL NON.

TIT. XIX.

1 *Differ. inter preces & reſcr.*
2 *Quomodo intelligendum quod ſeruus nequeat preces offerre principi.*

IN hoc titulo & ſeqq. agitur de precibus & reſcriptis, quæ ita diſtin-
1 guuntur, †vt preces ſint petitiones ſupplicantium: reſcripta verò ea, quæ ad preces ſupplicantium princeps vel præfectus prætorio reſcribit & reſpondet. *Azo in ſum. hoc tit. per tit. & nu.*10. Regulariter autem ſeruus nequit preces offerre principi,† quia abſurdum eſt principem occupari pe-
2 titionibus viliſsimorum mancipiorum. Attamen cùm reipub. interſit maleficia puniri, cumque diligentia & fides ſerui in dominum laudanda ſit atque probanda, ſeruis permittitur preces offerre principi, quibus domini ſui interfecti vindictam perſequantur, *l.1.hoc tit.* Imò libertate donabitur ſi quis aliquem accuſauerit, & homicidij conuicerit, *l.1.in fin.quibus ex cauſ.ſer.* nec obſtat *l.6.h.t.* vbi dicitur, non refert à quo ſit impetratum reſcriptum, dummodo à principe ſit conceſſum. nam hoc verum eſt, poſtquam reſcriptum eſt impetratum: alias quando preces offeruntur, diligenter inquirenda eſt conditio offerentis, *l.1.hoc tit.* Porro non omnia reſcripta valent, vtpote illa quæ ſunt contra ius, *l.7.hoc tit.* vnde dilatoria exceptio per reſcriptum impetrata valet, non autem peremptoria, *l.2.h.tit.* puta ſi quis moratoriam exceptionem impetrauerit, ne vllo tempore poſsit conueniri, *d.l.2.* Item non valent reſcripta quæ ſunt damnoſa fiſco, *l.3.hoc tit.* nec ea quibus ſecunda ſupplicatio conceditur aduerſus ſententiam præfecti prætorio, *l.S.hoc tit.* quia ob ſplendorem præfecti prætorio non oportet ſæpius inquirere de eo quod pronunciauit.

QVANDO LIBELLVS PRINCIPI DATVS, LITIS CONTESTATIONEM FACIAT.

TIT. XX.

1 *Libellus principi oblatus perpetuat actionem.*
2 *Reſcriptum principis duos operatur effectus.*

HIc agitur de magno libelli oblationum effectu, ſicut enim litis con-
1 teſtatio perpetuat actionem propoſitam, ita etiam eam perpetuat† libellus oblatus principi, *l.2.hoc tit.* vnde Iaſon in *l.1.n.4.hoc tit.* docet principis reſcriptum vel ſupplicationem porrectam principi, impetrato de-
2 ſuper reſcripto duos operari effectus.† Primus eſt, vt quantum ad actiones annales prætorias (vtpote Iniur. & quanto minor. act.) ſupplicatio porrecta principi, & eius reſcriptum habeantur pro lite conteſtata. Se-

Digitized by Google

cundus, vt ſi impetrans reſcriptum antequam illud exhibuerit in iudicio, moriatur, nihilominus tranſeat ad hæredes ad quos de iure communi non tranſiret.

VT LITE PENDENTE, VEL POST PROVOCATIONEM, AVT DEFINITIVAM SENTENTIAM NVLLI LICEAT IMPERATORI SVPPLICARE.

TIT. XXI.

1 *Contraria ſupplicationi.*
2 *Lis pendere quando dicatur.*
3 *Contra rem iudicatam abſque infamia ſupplicare non licet.*

IN hoc titulo traditur de contrarijs quæ ſupplicationi obſtant.† Inprimis circumſtãtia temporis non legitimi aduerſatur ſupplicationi, ſi lite pendente vel poſt ſententiam definitiuam, quæ ſemel in rem iudicatã 1
tranſiuit, quid ſupplicetur. Dicitur autem lis pendere† iure ciuili à litis 2
conteſtatione, *l.15.ff.rem rat.hab. Baldus in l.in fine C.de relat.* iure canonico poſt oblatum libellum parti inſinuatum. *clem.2.vt lit.pend.c.gratum de off.deleg.* cui minoribus noſtris ſtatur. *Mynſ.cent.4.obſ.26.arg.c.1.de noui.oper.nunc.Iaſ.in l.2.n.2. hoc t.* Vnde lite pendente ſi quid impetretur, nullius eſt efficaciæ, quia lite pendente nihil innouandum, *l.facultas C.de iur.faſ.* hoc fallit ſi petatur copia actorum vel pronunciationis *l.2.h.t.* vel ſi ſupplicetur, vt mandetur iudici in cognitione cauſæ procedere. ſi ſit negligens, vel ſi ſit ſuſpectus, petatur vt vel remoueatur, vel ei adiũgatur alius. Gail *lib.1.obſ.33.* vel ſi princeps quid ex motu proprio reſcripſerit, *Iaſ.in d.l.2.* qui motus exprimi debet in reſcripto alias nõ præſumitur, neq; probatur per teſtes *c.ſi motu de præbendis in 6.* quãuis geminatũ reſcriptum vim clauſulæ & motus proprij habeat, maximè ſi ſecundum reſcriptum faciat mentionem de primo *Bald. in l.2.C. de pet.bonor.ſubl.lib.10.* Imò contra rem iudicatam † abſque infamiæ nota & 3
præſtatione æſtimat.litis ſupplicare non licet, *l.vlt.C.hoc tit.* Vnde huiuſmodi ſupplicans, ſi aliquando in teſtem producatur, poterit tanquam infamis repelli, *Caſtrenſis in d.l.fin.*

SI CONTRA IVS VEL VTILITATEM PVBLICAM, VEL PER MENDACIVM ALIQVID FVERIT POSTVLATVM.

TIT. XXII.

Effe-

EFfectus reſcriptorum eſt varius. nam aut ſunt impetrata contra ius, vtilitatem publicam per mendacium, vel ad ius, & declarandi iuris cauſa. primo caſu reſcripta impetrata nullius ſunt momenti, quia reſcripta, ſub conditione (ſi preces veritate nitantur) cõceſſa videtur. *l. fi. h. t.* Imò tantum abeſt, vt valeant, quod mendax precator non modo carere debeat impetratis, verumetiam pœnis legitimis ſubijci. *l. 5. hoc tit.* Nec quis ad obſeruantiam illorum obſtringit. Et exceptione falſitatis legitimè oppoſita, quodque reſcriptum per mendacium ſit impetratum querela facta, inquirere iudex diligenter debet, de veritate & falſitate precum. Adeò vt decem librarum auri puniantur iudices, qui precum argui falſitatem vetuerint, *l. 3. hoc tit.*

DE DIVERSIS RESCRIPTIS ET PRAGMATICIS SANCTIONIBVS.

TIT. XXIII.

REſcripta à pragmaticis ſanctionibus in eo ferè differunt, quod illa plerumq; de rebus ſingulorum & ex ſola relatione petentis, ac ideo ſine cauſæ cognitione concedantur. Iſta verò de rebus alicuius collegij vniuerſitatis vel reipub. dantur cum cauſæ cognitione, conſilio ſc. prudentiſsimorum virorum adhibito, *l. 1. fin. hoc tit.* Hoc eſt commune omnibus reſcriptis & pragmaticis ſanctionibus, vt iudici originalia oſtendantur, non exempla, *l. 3. hoc tit.* vtque ſint ſubſcripta, & manu principis ſubſignata, *l. 6. hoc tit.* vtque in ijs ſit adiectus dies & conditio, *l. 4. hoc tit.*

DE STATVIS, ET IMAGINIBVS.

TIT. XXIV.

NOn poſſunt erigi ſtatuæ ſine licentia principis, *l. 1. & fin. hoc tit.* & quando principe permittente eriguntur, proprijs benemerentium ſumptibus ſunt erigendæ, *d. l. fin.* nam non vult Princeps, vt ſubditi contribuant, etiamſi ſtatuæ in ipſius honorem erigantur, *l. 3. hoc tit.*

DE HIS QVI AD ECCLESIAS CONFVGIVNT. TIT. XXV.

APud ſtatuas principum ſoli ſunt ſecuri, qui ad eas confugiunt, vt ſint ab iniurijs tuti: non illi qui eò confugiunt, vt alijs iniuriam inferant, creentque, *l. vnic. hoc tit.*

Digitized by Google

DE OFFICIO PRAEFECTI PRAETORIORVM ORIENTIS ET ILLYRICI.

TIT. XXVI.

QVamuis hic & cæteri ſequentes huius libri tituli vt foro noſtro non adeò vtiles, ſilentio à nobis pro hac vice præteriri potuiſſent: tamen quia ſupra in ff. promiſi de ijs aliquid dicere; ideo ea quæ Dd. & maximè Brant. ád ſingulos tit. dixerunt, ſubijcere volui.

De principe qui caput eſt omnium magiſtratuum, diximus. Nunc de alijs magiſtratibus qui ſunt principis, tanquam capitis membra. Horum alij ſunt maiores, alij minores, alij medij. Maiores vt illuſtres: qualis eſt Præfectus prætorio Orientis, item Illyrici, item Africæ, item vrbis Romæ. Minores ſunt clariſsimi, putà Præſides prouinciarum. Medij ſunt, ſpectabiles: vt Proconſul. Præfectus AEgypti, qui dicitur Auguſtalis. Excellentiores præfecti ſunt, Præfectus prætorio Orientis & Illyrici, quorum eſt, vt ab eorum ſententijs non appelletur. *vide Duar. lib. 2. diſp. c. 2.* Item nec contra eorum ſententias detur reſtitutio, niſi ab ipſis, item condere poſſunt leges, vt tamen non ſint contrariæ generalibus legibus vel conſtitutionibus. Et ſumpſit hic Imperator exordium ab illuſtribus, hoc eſt, à præfectis prætorio, quaſi à maioribus, qui minores ſunt dignitate & adminiſtratione. Sed in ff. exordium ſumpſit à ſuperilluſtribus, hoc eſt à Conſulibus, qui ſuperilluſtrem dignitatem habent. Eſt autem Illirycũ vel Illyris prouincia, cuius fines latiſsimi ſunt: quippe quæ intra Italiam, ſuperioremque Germaniam, Macedoniam, Thraciam, Epirum & Adriaticum ſinum, Danubiumque continetur. Verg. I. Aen. Illyricos penetrare ſinus &c.

DE OFFICIO PRAEFECTI PRAETORIO AFRICAE, ET DE OMNI EIVSDEM DIOECESEOS STATV.

TITVLVS. XXVII.

ET hic illuſtris eſt, ſicut ſuperior, & eſt eius ſedes Carthago, cuius officium eſt, vt milites conſtituat, per quos prouinciæ iudicentur & defendantur. Item ſi viderit caſtella & ciuitates nimiæ magnitudinis eſſe, poterit ad talem formam redigere, vt per paucos melius poſsint conſeruare. Et incœpit tunc præfectus Africæ conſtitui, cum à Gothis, Vuandalis Africa centum & quinq; annos poſſeſſa & captiuata, demum volente Domino, imperio recuperata & adiecta eſt Romano Imperio. Status autem diœceſeos Africæ eſt, vt in ſeptem prouincias diuiſa, ſcilicet in Carthaginem. Byzantium, Tripolim, Tingin, quæ antè proconſularis vocabatur, Numidiam, Mauritaniam, & Sardiniam, ſuis iudicibus diſponantur.

DE OFFICIO PRAEFECTI VRBIS.

TIT. XXVIII.

HIc quoque illuſtris eſt, vt ſuperiores. Vrbis autem appellatio ſimpliciter prolata, pop. Ro. ciuitatem antonomaſticè ſignificat. de iſto ſatis, *in ff. eod. titu. dixit Brant.*

DE OFFICIO MAGISTRI MILITVM

TIT. XXIX.

HIc magiſter militum illuſtris eſt, ſicut & ſuperiores: vt Quæſtor; de cuius officio tractatur. *inf, tit. proxi.* Et habent cognitionem conuento milite, & de ciuili cauſa. Si vero ſit cauſa criminalis, de crimine militari, vt quia alienauit arma, vel quia vagatus extra caſtra eſt, ſimiliter ad ipſum ſpectat cognitio. Si vero acccuſato de crimine cõmuni, & enormi, conuenitur ſub præſide tantũ. Si non ſit enorme: ſub magiſtro militũ. Etſi conueniatur ſub præſide, ipſe remittit ad magiſtrum militum, hi & magiſtri peditum & equitum appellantur.

DE OFFICIO QVAESTORIS.

TITVLVS XXX.

QVæſtorum, vt munus olim aliud fuit; ita & dignitas minor, cum primus ad maiores honores gradus eſſet. Poſtea ſub Auguſtis nouum quæſtorum genus creatum, qui à veſte candida, Principis Candidati, appellarentur: non quærendis pecunijs, ſed legendis principum in ſenatu libris, hoc eſt, codicillis & epiſtolis operam dantes.

Horum dignitas poſt ita creuit, vt in palatio ſacro libellos ſupplices reciperent, ijs ſicut & nouis legibus, mandatis, vice principis ſubſcriberent, reſponſa redderent, leges & mandata dictarent, minori laterculo, hoc eſt, Codicibus & regiſtris dignitatum, officiorum, adminiſtrationũ, noticiarum, reddituum & aſsignationum Imperij præeſſent: omnem denique iuris ac iuſtitiæ poteſtatem in Aula haberent: quam nunc penes eum, qui Cancellarius vocatur, eſſe videmus, quod nomen huic officio poſtea eſſe prælatum, Niceta teſtatur. lib. 7.

DE OFFICIO MAGISTRI OFFICIORVM.

TIT. XXXI.

NVnc de ſpectabilibus, qui ſecundum Pla. mediam gerunt adminiſtrationem, ſed Azo hunc illuſtrem dixit, eò quod eius officium deſignetur inter illuſtres: nam & ſequentes tres illuſtres ſunt.

Et eius officium eſt, vt ſtipendia meliora & labor prolixior eius iuſſu, dignis honoribus antecedant. Ad huius officium pertinet ſignificare, quemadmodum militum & caſtrorum ſeries procedat.

DE OFFICIO COMITIS SACRARVM LARGITIONVM. TIT. XXXII.

HVnc Pla. ſpectabilem dicit. Sed tamen lex apertè contrà: illuſtris enim eſt, ſicut & Comes rerum priuatarum. Et eſt ille, per quem princeps ſtipendia largiebatur: & hic fortè erat procurator Reipublicæ, qui græcè logiſta, id eſt, rationalis nuncupatur.

DE OFFICIO COMITIS RERVM PRIVATARVM. TIT. XXXIIII.

ETiam hic illuſtris erat, vt priores. Et erat fortè procurator Cæſaris, ſiue priuatæ rationis, & fortè architriclinus. Et eſt in eo ſpeciale, quod ſeruus principis eius iuſſu adire poteſt hæreditatem.

DE OFFICIO SACRI PATRIMONII. TITVLVS XXXIV.

AT rurſus duplex eſt patrimonium, priuatum de quo ſuperior, & ſacrum de quo hic titulus. atque ita ſeparatim legitur vnũ ab altero in edicto Iuſtiniani 4. & 8. & in formulis Caſsiodori. Quod attentè obſeruandum eſt: alioquin prima ſpecie idem videntur eſſe Comes rerum priuatarum, & Comes ſacri patrimonij. Sed duo planè ſunt diuerſi Comites. Et Comes rerum priuatarum, vt dixi, gubernat, priuatam principis ſubſtantiam, per rationales ſcilicet præpoſitos, procuratores, atque etiam Comites quoſdam ſpeciales. Comes patrimonij ſacri eſt, veluti procurator penus, qui regias, vt Caſsiodor. ait, 6. epulas ſolicita ordinatione diſponit, iudex aulici apparatus & epularum: cui, vt idem ſignificat lib. 12. commiſſæ ſunt apothecæ & enthecæ aulicæ, & putem cellario principis dicatorum prædiorum in Cappadocia prouentus quoque ad eum redijſſe. Tres igitur erant principis περιουσίαι quod & Grçci interpretes notant, largitiones, priuatæ, patrimoniales.

Et hic quidem tit. nullam habuit latinam, Grçcam habuit conſtitutionem quæ deſideratur.

DE OFFICIO PROCONSVLIS ET LEG.
TITVLVS XXXV.

PErfecto tractatu illuſtrium, ſupponit de ſpectabilibus: hic enim proconſul ſpectabilis eſt. quæ ſit differentia inter proconſulem & præſidem dixit *ff. eodem tit. Brant.*

DE OFFICIO COMITIS SACRI PATRIMONII.
TIT. XXXVI.

IN vulgar. deeſt, in emendatioribus exemplis; cum eius lex vnica pertineat ad tit. præcedentem.

DE OFFICIO COMITIS ORIENTIS.
TIT. XXXVII.

COmes Orientis ſpectabilis eſt, & electus ad hoc officium à curiali liberatur conditione. Et erat Comes Orientis, procurator Cæſaris earum rerum quas habebat in Oriente.

DE OFFICIO PRAEFECTI AVGVSTALIS.
TIT. XXXVIII.

HIc ſpectabilis eſt: vt infra de *pri. car. li. 1. §. viro de hoc. ff. eod. tit. dixi pagi.* 14.

DE OFFICIO VICARII.
TIT. XXXIX.

MAgiſtratus qui appellantur præfecti, quia illuſtres erant, & anteſtabant cæteris dignitatibus: ideò habebant vicarios ſuos in ciuilibus cauſis audiendis, & terminandis. Sicut & magiſter militum habebat vicarium in negotijs militaribus. Et ita vicarius magiſtri militum, maior eſt vicario magiſtratus in negotijs militaribus, vicarius autem magiſtratus maior eſt vicario vel comite magiſtri militum in cauſis priuatorum, vel paganorum: Et videtur quod hi vicarij fuerint ſpectabiles, cum eorum officia ponat inter ſpectabiles.

DE OFFICIO PRAETORIS.
TIT. XL.

HIc ſpectabilis eſt, & de eo ſatis, *ff. eod. ti. pag.* 13.

DE OFFICIO RECTORIS PROVINCIAE, ET VT NVLLI PATRIAE SVAE ADMINISTRATIO SINE SPECIALI PROMISSA PRINCIPIS PERMITTATVR. TITVLVS XLI.

NVnc de Clariſsimis incipit. Præſes enim Clariſsimus eſt: ille enim dicitur Rector prouinciæ, qui prouinciæ præſidet. de huius officio dixi *ff. de offi. præſid.*

VT NVLLI PATRIAE SVAE ADMINISTRATIO SINE SPECIALI PERMISSV PRINCIPIS PERMITTATVR.

TIT. XLI.

PArs hic titulus eſt ſuperioris, nimirum de rectore prouinciæ, vt nemo eius prouinciæ fiat rector, aut præſes, ex qua originem ducit, vel in qua domicilium habet. Anaſtaſij conſtitutio Græca, cui ſimilis *l. vlt. inf. decr. fac.* & vetuſtior Antonini apud xiphilinum *μηδένα ἐν τῷ ἔθνει, ὅθεν ὁ ἀρχαῖον ἐστιν ἄρχειν.* niſi ſcilicet, honos ab ipſo principe vltrò ei concedatur, vt Caſsiodorum legimus patriæ ſuæ Lucaniæ & Brutiorum, correctorem fuiſſe. lib. 1. Varia. ac ſimiliter nemo poteſt in patria ſua officium fiſcale adminiſtrare, vel præſidi aſsidere vltra menſes quatuor, niſi cui id princeps ſpeciali beneficio promiſerit. Et rationem reddit Paulus. V. Sent. ne aut gratioſus aut calumnioſus apud ſuos eſſe videatur, & attigit Caſsiodorus ſupra dicto loco ſcribens, glorioſum eſſe in patria ſua præſidatu fungi preclarè, vbi neceſſe eſt, vt aut gratiam parentela prouocet, aut odium longæ contentiones exaſperent. At contrà prætores in vrbe non fiunt, niſi qui in ea domicilium habent: quia prætorum tum iuriſdictio parua, & prætura onus potius, quam honos, adeo vt plerique eam detrectarent. eademque ratio magiſtratuum municipalium, vel generaliter in vrbe, vbi eſt ſedes imperij & magiſtratuum ingens copia, & obſeruatores actus cuiuſque multi, ciuibus & incolis magiſtratum capeſſere licet, in prouincijs præſidatu fungi non licet, quoniam longè maius eſt præſidis imperium, quam cuiuſque magiſtratus in vrbe.

DE OFFICIO PRAEFECTI ANNONAE. TIT. XLII.

ANnonæ, id eſt publicæ functiones à quolibet debent præſtari: quod ſi quis vel priuilegio vel præſcriptione prætendat excuſationem, præfectus annonæ de hoc ipſo cognoſcit: alioquin imponitur ei pœna 30. lib. auri. Et dicitur Annona ab anno, eò quod anni eſt alimonia, & non ſolum frumentaria, ſed etiam aliarum rerum. Cicero lib. 1. de Diuina. Si Epicurus de voluptate corroſus eſſet, putarem annonam in macello cariorem fore.

DE OFFICIO PRAEFECTI VIGILVM. TIT. XLII.

HVnc titulum in Digeſto impreſſores noſtri nuper ignauia quadam, & inaduertentia prætermiſerunt: quapropter vt eius cognitio habeatur, & prætermiſſa debito modo ſuppleantur, hîc repetenda veniunt quæ aliàs alibi ediſſeruimus. Præfecti autem vigilum Incendijs arcendis præerant: dicti ab eo quod vigilibus & excubijs præeſſent. Nam diuus Auguſtinus ſeptem cohortes opportunis locis conſtituit, vt binas regiones vrbis vnaquæque cohors tueretur: præpoſitis eis tribunis, & ſuper oẽs propoſito viro ſpectabili, qui præfectus vigilum appellabatur: cuius officium erat, per totam noctem vigilare, ac ſi eſſet noctua: & calceatum calceis ferreis currere cum armis & dolabris, omnes inquilinos admonere, ne per aliquam negligentiam incendij caſus oriatur: præterea vt aquam vnuſquiſque inquilinus in cœnaculo ſuo haberet, qua extingueretur incendium. Et de culpa incendij cognoſcit: de dolo autem adhibito remittit ad Præfectum vrbis puniendum, & dixit Pla. eum non gerere honorem, quia non dormit de nocte.

DE OFFICIO CIVILIVM IVDICVM. TIT. XLIII.

ERant quidam, qui dicebantur honorarij aduocati, qui habebant dignitatem talem, vt ſemper aditus eis pateret ingrediendi conſiſtorium principis, aut Secretarium, id eſt, auditorium ciuilium iudicum, id eſt qui audiebant ciuiles cauſas: aut ſedendi cum ipſis iudicibus, & in aduentu ſuo ſalutabantur, eo tamen tempore quo ipſi conueniebantur, aut cauſas agebant, reſidendi cum iudice non habebant facultatem.

DE OFFICIO MILITARIVM IVDICVM. TIT. XLIV.

MAgiſter militum de curialibus vel priuatis perſonis non habet poteſtatem.

DE OFFICIO COMITIS TRIBVNI ET COMITIS REI MILITARIS.

Iacobus Cuiacius hunc tit. hic reponit.

EX militaribus iudicibus inferioribus, & minoris, laterculi, Tribuni & Comites rei militaris viri clariſsimi, tribuni ſcilicet minores cohortium ſeu numerorum, & præfecti, & præpoſiti caſtrorum honorati comitiua dignitate, de quorum officio deſideratur Græca Conſtitutio in hoc tit. Superiores magiſtri ſcilicet & duces, ſunt illuſtres, vel ſpectabiles, & emittuntur ex maiori laterculo.

NE REI MILITARIS COMITIBVS, VEL TRIBVNIS LAVACRA PRAESTENTVR.

TIT. XLV.

CIuitates vel Curiæ non debent compelli balnea ſuccendere, id eſt, calefacere tribunis, vel ducibus, vel comitibus militum, id eſt, vicarijs magiſtrorum militum, vel pro ſuccendendo non debent compelli, præſtare aliquam adærationem, id eſt, æris præſtolationem. Illuſtribus autem viris, vt magiſtris militum, indulgetur priuilegium: ſi tamen id voluerint, vt eis prædicta balnea parentur & ſuccendantur; nam iſtud eſt lauacrum præſtare, de quo in titulo.

DE OFFICIO DIVERSORVM IVDICVM. TIT. XLVI.

HOc pertinet ad officium omnium iudicum diuerſorum, id eſt, cuiuſcunq; diuerſitatis ſint, vt non compellant matrem f. in publicum venire, cùm vel per ſe in domo ſua, vel in ſacroſancta Eccleſia, vel per legitimũ procuratorem reſpondere poſſit. Si verò criminalis cauſa ei obijciatur, dare debet fideiuſſorem iudicio ſiſti, ſi poteſt: alioquin iuret iudicio ſiſti. Vbi aũt grauiſſimum eſt crimen, in monaſterium mittitur donec finiatur. Item obſeruari debet à quolibet, vt honoratis & celſioribus viris exhibeant debitum honorem, & in ſedendo & in ſalutando. Nec in ſubſcriptionibus nominent eos fratres.

Digitized by Google

VT OMNES IVDICES, TAM CIVILES, QVAM MILITARES POST ADMINISTRATIONEM DEPOSITAM, QVINQVAGINTA DIES IN CIVITATIBVS VEL CERTIS LOCIS PERMANEANT.

TIT. XLVII.

Ex hac rubrica patet, quod ille qui geſſit publicum officium, eo depoſito, ibidem debet remanere, non priuatim in domo ſua, vel alicuius potentis, vel in Eccleſia: ſed publice ante eorum ora, quos nuper rexerat: & reſpondebit ſuper furtis ſuis, vel domeſticorum, vel manipulariorum: & in quadruplum damnatur, & ſic hodie per ſpecialia etiam ſtatuta diſpoſitum eſt in rectoribus vniuerſitatum.

DE OFFICIO EIVS, QVI VICEM ALICVIVS IVDICIS, VEL PRAESIDIS OBTINET.

TIT. XLVIII.

De magiſtratibus ordinarijs ſuprà dictum eſt: nam & vicarij, de quibus dictum eſt, erant ordinarij, cùm vices ordinariorum viuentium & præſentium ſupplerent. Nunc autem ponit de his, qui gerũt vices mortuorum, & abſentium: & appellantur ſuffecti: decedentes autem dicebantur Indemortui. Et potuerunt huiuſmodi ſuffecti omnia agere quæ pertinent ad iuriſdictionem rectoris prouinciæ, præter vltimum ſupplicium, & membri abſciſſionem.

DE ASSESSORIBVS, ET DOMESTICIS ET CANCELLARIIS IVDIC. TIT. XLIX.

Nunc de collateralibus iudicum, id eſt, aſſeſſoribus, & cancellarijs, &c. Aſſeſſor eſt, qui ab eo, cui data eſt iudicandi poteſtas, rogatur, vt ſibi in cognitione cauſæ aſſideat, vt eum debito fine, cauſam decidere inſtruat: non autem metu terribili, & neceſſitate incongrua libertati, debet ad hoc compelli aſſeſſor: & eſt eius officium, vt ex definitione patet. De hoc *ff. eod. tit.* diximus. Domeſtici autem alij habebant ſibi deputata officia in republica, quæ tamen apertè non ſpecificantur in lege. Nullus t...

Digitized by Google

men præſes domeſticum vel cancellarium, vel aſſeſſorem ſecum debet ducere. Cancellarij autem introducebant petitiones & ſupplicationes in curiam: dicti Cancellarij, eò quod præerant cancellis vel oſtijs. Dicuntur enim cancelli feneſtrata oſtia per modum crucis: per eos enim patebat aditus & acceſſus. Vel dicuntur Cancellarij, quia dictata ſibi ab aſſeſſoribus ſcribebant, & cancellabant, id eſt, delebant, ad modum crucis ducta penna ſecundum Azo. ſic ponitur, *Inſt. de ſol. l. inductum, & ff. de prob. l. ſi chirographum.*

DE ANNONIS ET CAPITATIONE ADMINISTRANTIVM, ET EORVM ASSESSORVM, ALIORVMQVE BONAS SOLICITVDINES GERENTIVM: VEL EORVM QVI ALIQVAS CONSECVTI SVNT DIGNITATES.

TIT. L.

DE maioribus & minoribus magiſtratibus dixit: nunc de eorum ſolatijs, id eſt, ſalarijs. Et quia ipſi percipiebant ſalaria in annonis, ideo ponit de annonis & capite, id eſt, capitatione miniſtrantium & aſſeſſorum, & aliorum gerentium publicas dignitates, id eſt, quæ dabantur miniſtrantibus publica officia. Ipſi enim præter anonas, ſalaria fortè conſequebantur in pecunia. Vel dicit de annona, quæ pro capite, & perſona magiſtratuum & aſſeſſorum dabatur: & hoc eſt quod dicitur, quod milites Romani annonã & capita ſingulis diebus conſequebantur. Sicut enim Capitatio dicitur tributum, quia pro capite datur: ita annona dicitur tributum, vel ſalarium, quodcunque datur pro capite ſuo, remunerationis cauſa. Et iſta continentur conſuetudine cuiuſque prouinciæ.

DE CONTRAC. IVDIC. VEL EOR. QVI SVNT CIRCA EOS, ET INHIBENDIS DONATIONIBVS, IN EOS FACIENDIS, ET NE ADMINISTRATIONIS TEMPORE PROPRIAS AEDES AEDIFICENT SINE SANCTIONE PRAGMATICA.

TIT. LI.

HOc titulo diſtinguuntur præſides prouinciarum à magiſtratibus vrbis Romæ: nam magiſtratus tempore officij ſui domus emere, vel extruere non poteſt: niſi ſpeciali permiſsione principis, vel forte niſi paterna vendatur. Donationes autem recipere nõ poteſt hic vrbanus magiſtratus etiam principe permittente: niſi finito officio is, qui donauit, eundem confirmauerit expreſsim, vel tacuerit quinquennio. Prouincial-

Digitized by Google

autem magiſtratus donationes vel emptiones admittere non debet, nec ædificationes facere, etiam principe permittente conceduntur: vt nec expreſsim, nec taciturnitate quinquennij, etiam finito officio confirmentur: & quod dicitur in prouinciali magiſtratu, obſeruatur idem in conſiliarijs eius domeſticis & aſſeſſoribus.

DE MODO MVLCTARVM, QVAE A IVDICE INFLIG. TIT. LII.

QVia magiſtratibus permiſsū eſt, defendere ſuā iuriſdictionē pœnæ, vel mulctarū iudicio, ideo ponit de modo mulctarū. Eſt aūt mulcta, peccati animaduerſio pecuniaria, iudicis arbitrio ſtatuenda. *l. aliud 1. ff. de verb. ſignif.* Pœna autem eſt & corporalis & pecuniaria & certa, prout lege ſtatuitur. Item à pœna nō appellatur, ſed à mulcta. Item mulcta non indicitur, niſi à maioribus magiſtratibus, id eſt, à iudicibus habentibus merum imperium, non alijs. Pœna autem à quolibet, qui habet poteſtatem, iudicandi. Item ſi mulcta imponatur vltra modum lege conceſſum, non tenet impoſitio, ſecus in pœna. *l. eos C. de mod. mulct.* quod verum iuxta Alex. *in l. 1. §. 16. videtur n. 11. in fin. ff. ſi quis ius dic.* quando iudex nullam in præcepto certam pœnam expreſsit, & poſtea velit inobedientem mulctare, non poterit excedere metam taxatam *in d. l. eos.* Et quis ſit modus mulctandi omnium magiſtratuum, habetur infr. eod. Et applicantur mulctæ fiſco.

DE DEFENSORIBVS CIVITATVM TIT. LIII.

NVnc de minoribus iudicibus ſcilicet defenſoribus ciuitatum qui ſunt minimi: quia nec merum nec miſtum habent imperium, ſed modicam coercionem: vt in eo tit. §. aud. Eſt autem officium defenſoris, præbere authoritatem his quæ aguntur apud eum ex voluntate partium, vt adoptio, emancipatio, manumiſsio teſtamentaria. Item donationis inſinuatio. In contentioſa autem iuriſdictione habet cognitionem vſque ad 30. aureos: olim vſque ad 50. In criminibus & leuioribus. habet cognitionem, & caſtigationem competentem. In maioribus reum debet detrudere in carcerem, & mittere ad præſidem.

DE MAGISTRATIBVS MVNICIPALIBVS. TIT. LIV.

NVnc de magiſtratibus municipiorum, & villarum, ſeu burgorum aut caſtrorum, in quibus ſatis dici poteſt, eadem ſeruanda, quæ in defenſoribus ciuitatum dicta ſunt. Sed circa eorum electionem ſeruari debet, vt per tres menſes antè debeant eligi, quam incipiat eorum adminiſtratio.

Digitized by Google

DE OFFICIO IVRIDICI ALEXANDRIAE.

TIT. XLV.

DE hoc diximus *ff.eod.tit.& de offic.procur.Cæſ.pag.13.*

Conſtitutio huius tituli docet etiam iuridico Alexandriæ ius eſſe actorum conficiendorum. fuit & ius dandi tutoris, & legis actio, & iuriſdictio in Alexandrina ciuitate, & inde iuridici nomen proprium, quod poterat eſſe commune δικαιοδότης Straboni, æquidicus, antiquis inſcriptionibus ſub præfecto Auguſtali, & ipſe Auguſtalis. Ordo autem ſiue curia Alexandriæ, initio nulla fuit, ſed neque vllus Alexandrinus in Senatum vrbis cooptari potuit ex lege Auguſti: poſt Seuerus Alexandrinis ius curiæ dedit: Antoninus ius in Senatum coeundi, auctore Dione. Lib. LV.

LIBER SECVNDVS COD. IVST. DE EDENDO.

TIT. I.

1 *An libellus mutari vel emendari poſsit.*

2 *An reus teneatur actori, ad fundandam ſuam replicationem, inſtrumenta edere.*

PRINCIPIVM actionum inſtituendarum eſt in ius vocatio, quàm vulgò citationem vocant. Moribus noſtris antequam reus citetur, actor edere citationem, & mandato iudicis per viatorem ſeu apparitorem intimare eam debet reo. prout *ad tit. ff. de in ius vocand. & ad hunc tit.* latius de hac materia diximus, ita vt non ſit opus eadem hic repetere.

An autem mutari vel emendari poſſit † libellus controuertitur, Muta 1
re libellum, eſt variare ipſius libelli ſubſtantiam, & veteri actione relicta nouam proponere, vel omiſſa re petita aliam proponere, veluti ſi pro boue petito iam petam ſtichum &c. Emēdare hoc in loco nihil aliud eſt, quàm mendum & errorem tollere, ſalua remanente ſubſtantia. *l. actorum 46. ff. de re iudicata. Alciat. in l. Edita, Cod. hoc tit.* In quæſtione propoſita Dd. diſtinguunt & ſubdiſtinguunt *gloſſ. & Bart. in d. §. ſin minus, Ferrar. in for.*

lib. in reali act. in verb. ſaluo. Sed communiter Dd. Faber, Angelus, Iaſon, & Mynſ. in *d. §. ſin minus* ſequuntur Martini gloſſatoris ſententiam, exiſtimantis & docentis mutari vſque ad litis conteſtationem, emendari vſque ad ſententiam poſſe, quorum ſententia probari videtur his argumentis. primò per *d. §. ſin minus*, vbi dicitur libellum emendari poſſe in eodem iudicio, ergo non opus eſt nouæ litis conteſtatione, alioquin non eſſet idem iudicium, eademque inſtantia. Nam, vti ſæpè admonuimus, iudicium de iure ciuili incipit. Secundò, per *l. Edita 3. hoc tit.* quę ſine vlla diſtinctione libelli emendationem permittit. & meritò, cùm emendans libellum reo expenſas refundat: nullumque illi incommodum ex libelli mutatione proueniat, ergo non eſt opus diſtinguere, emendetur libellus necne. Nec obſtat *l. non poteſt 23 ff. de iud.* Nam ibidem illa verba (Alia interpellatione) non ſignificant nouam inſtantiam, aut nouam litis conteſtationem, ſed prout verba ſonant, ſignificant nouam petitionem. Nec obſtat *auth. qui ſemel in fin. C. quomodo, & quando iud.* vbi docetur actorem qui ſemel in iudicio actionem ſuam inſtituit, debere vſque ad extremum in iudicio perſiſtere ſi id reus poſtulet, nam emendari, mutarique poteſt prima actio, ſed ea actio non poteſt differri aut ſubterfugi tam diu quàm ei libuerit, ne ſcilicet lites in magnum detrimentum rei fiant immortales.

2 An autem reus † teneatur actori ad fundandam ſuam replicationem inſtrumenta edere, quæſtionis eſt. Affirmantem ſententiam tuentur *gloſſ. & Bart. in l. vlt. h. t. Coſtal. in l. 3. hoc tit. primò per l. maritus pen. §. vlt. ff. ad l. Falcid.* vbi hæres retinere volens Falcidiam cogitur officio iudicis inſtrumenta & rationes hæreditarias legatarijs oſtendere. Secundò quia replicatio eſt quædam exceptio, at excipienti ſunt danda inſtrumenta partis aduerſæ, ergo & replicanti. Pars negans ex hoc fundamento probatur, quia actori ad fundandam ſuam intentionem inſtrumenta rei non ſunt edenda, at actor verè in replicatione quoque actor eſt. *l. 2. ff. de excep.* Non obſt. partis affirmantis primum argumentum, nam hæres legatarijs oſtendere cogitur deſcriptionem bonorum & rationes defuncti edere, vt ſcire poſſint, num hæres iuſtè vtatur Falcidia, neque hoc eſt nouum, eum à quo petitur pecunia, implorare rationes creditoris, vt fides veri conſtare poſsit *l. 5. l. vlt. hoc tit.* nec minus obſtat ſecundum argumentum, in quo ſimpliciter neganda minor propoſitio. Ad actoris tamen mentionem fundatam iuuandam rectè inſtrumenta rei exhiberi poſtulantur: v. g. ſi perdiderim inſtrumentum, in quo te mihi debere centum dicitur appareat in quali moneta, rectè petere poſſum tuum inſtrumentum quo monetæ qualitas continetur.

Digitized by Google

DE IN IVS VOCANDO.

TIT. II.

De hac materia ad hunc tit. in ff. diximus, nec ſcio quid hic præterea ad inſtitutum noſtrum adferri poſsi.

DE PACTIS.

TIT. III.

1 *Pactum quid.*
2 *Quæſtio quid iuris in pacto ſtricti iuris contractui adiecto, an ex parte actoris inſit vt pariat quoque actionem.*
3 *Quæſtio an pactũ in continenti adiectum bonæ fidei pariat act. præſcrip. verbis.*

Pactum † eſt duorum vel plurium in idem placitum conſenſus, *l.1.ff.h.t.* De pacti *definit. diuiſ. & effectu de quo ſatis ad eund. tit. in ff. diximus.* 1

Addubitatur † quid iuris ſit in pacto ſtricti iuris contractui adiecto: an ex parte actoris inſit vt pariat quoque actionem ſicut pacta adiecta contractibus bonæ fidei. *l.7.§.quinimò ff. hoc tit. Baro & Cuiac. in d. §. quia iud. & Don. in l. lecta, ff. ſi cert. pet.* dicunt non oriri actionem ex huiuſmodi pacto, quia paſsim in ll. fit mentio contractuum bonæ fidei, cum pacta contractibus in continenti adiecta dicũtur illis ineſſe, & ex parte actoris actionem parere, *l. 13. hoc tit. & d. §. quinimò*, ergo à contrario ſenſu conſequens, eſt vt pacta adiecta contractibus ſtricti iuris non pariant actionem ſeu non inſunt ex parte actoris, 2. quia in d. §. quinimò pactum dicitur interdum formare actionem, vt in bonæ fidei iudicijs, ergo ſequitur vt non formes actionem in ſtricti iuris iudicijs, cum vox (interdum) denotat regulam eſſe in contrarium, *l. interdum, ff. de cond. ind.* Tertio quia contractus ſtricti Iuris ſunt ſtrictè intelligendi, nec aliquam recipiunt extenſionem, *l. quicquid ergo de verb. oblig.* ergo contractus ſtricti iuris præcedens non debet extendi ad pactum ſubſequens, & conſequenter tale pactum non parit actionem, nec obſtat, *l. lecta ff. de reb. credit.* quæ intelligenda eſt, vt ex parte rei inſit. *Borchol. in c. vlt. n. 44. de pactis.* 2

An autem ſicut pactum in continenti adiectum contractui bonæ fidei parit actionem ex ipſo contractu: ita quoque præter illam actionem pariat quoque acto. præſcriptis verbis: pars negans probatur primò per *l. 1. 2. 3. ff. de præſcript. verb.* vbi dicitur quod actio de præſcriptis, verbis tantum datur, cum deficit alia actio. ſecundò, quia remedium, extraordinarium, non habet locum vbi ordinarium competit, *l. 16. ff. de minoribus*: atq; actio de præſcriptis verbis eſt extraordinarium remedium, ergo, &c. tertiò, ex integro venditionis contractu vna tantum datur actio ex vendito, atque idem eſt ius partis ad totum, *l. quæ de tota 63. de rei vendic.* vnde parte eiuſmodi etiam dabitur ſola actio ex contractu, non autem actio præ- 3

ſcriptis verbis Alc. lib. parad. 5. c. 2. Pars affirmans probari videsur per *l. 2. inf. pact. inter empt. & vēd. l. Labeo 50 ff. de contrah. empt.* vbi cōcurrunt actio præſcriptis verbis, & actio ex vendito. Vnde negandum eſt quod dicitur actionem de præſcriptis verbis eſſe actionem extraordinariam. neque enim in *d. l. 1. 2. 3.* docetur actionem hanc præſcriptis verbis tantum dari, quando ordinaria deficit, ſed quoties dubitari poteſt, quæ actio competat. *vide Duar. ad l. iuriſg. §. quinimò ff. hoc tit.*

DE TRANSACTIONIBVS.

TIT. IV.

1 *Tranſactio quid.*

2 *Quæſtio an ſit tranſactio, ſi pretio mediante conuenerim de re aliter dubia, quam ratione litis motæ vel mouendæ.*

3 *Obiectio contra deciſionem l. transigere C. eod.*

4 *An ex tranſactione detur actio.*

1 TRanſactio † propriè ſumpta, eſt pactum rei dubiæ ratione litis iam motæ vel mouendæ. *l. 1. ff. hoc tit.* vbi diximus, Quæritur an ſit tranſactio, ſi pretio mediante conuenerim de re aliter dubia, quam ratione litis motæ vel mouendæ: v.g. ego hęres rogatus ſum à teſtatore, vt bona tibi reſtituam ſi moriar ſine liberis, conueni tecum vt tibi datis 100. aureis bona nunquam reſtituam, ſiue moriar ſine liberis, ſiue ſuſceptis ijs, talis controuerſia valet, *l. 1. de pact.* ſed quæritur num ſit tranſactio: quod prima facie videri poterat: tum quia ſic vocatur *in l. de fideicommiſſo 11. hoc tit.* tum quia docetur de futuris alimentis tranſigi non poſſe ſine prætore *l. de alimentis hoc tit. l. cum ij ff. eod.* Quibus tamen non obſtantibus tradunt Dd. prædictam conuentionem nullatenus eſſe tranſactionem, *l. 2. hoc t.* quia tranſactio eſt introducta ad lites dirimendas, atque ita vt lites minuat interponi debet ſuperer dubia ratione litis motæ, vel mouendę. Non obſtat *d. l. de fideicommiſſo*, quia tunc tranſigitur de fideicommiſſo ſub conditione relicto, quando controuerſia tenetur. at compoſitio alia quam metu litis facta, tranſactio non eſt, ſed pactum, cui cauſa ſubeſt *d. l. 1. ſup. de pactis.* Rur-
2 ſus dum dicitur non poſſe tranſigi ſuper alimentis ſine prætore, poſſe autem eius decreto interueniente, id eſt intelligendum, dum controuerſia eſt, an alienorum legatorum legatum valeat *d. l. de alimentis in V. ſi quæſtio deferatur.*

Diximus ſupra in ff. eodem, poſſe de criminibus publicis tranſigi, ex quibus pœna ſanguinis infertur, *l. tranſigere, hoc tit.* quia ſanguinem ſuum licet qualitercumque redimere. *l. 1 ff. de bon. eor.* pœna ſanguinis hic ſumitur pro vltimo ſupplicio, ad denotandum quod ille locus *d. l. tranſigere*, non intelligatur quoque de morte ciuili. Sed contra illam
3

deci-

deciſionẽ opponitur primò. Quod pacti † priuatorũ nõ poſſit prẹiudicari Reip. *l.19. publicum, ff. de pactis*: atq; paciſcẽtes de crimine publico ſua tranſactione lædunt rẽp. ſi quidẽ pœna ſanguinis reip. debeatur, quã tranſactio impedit: deinde per tranſactionẽ ſemper delicta manerent impunita, tertiò qui paciſcitur, crimen fateri videtur, *l.5. ff. de his qui not. inf.* quarto qui corrumpit iudicem pecunia, incidit in crimen falſi, *l.1. ff. ad l. Corn. de falſ.* & per conſequens is etiam qui corrumpit accuſatorem, atque reus accuſatori donans pecuniam, vt à lite diſcedat, eum corrumpit, ergo. Sed vno verbo reſponderi poteſt ad omnia illa obiecta, per huiuſmodi tranſactionem maleficia non manere impunita, neque præiudicari reipub: nam licet tranſigens prohibeatur reum eodem crimine rurſus accuſare, nihilominus non præiudicat alijs accuſare volentibus, *arg. l.3. §. pœnalium de ſepulchro viol. l. qui cœtu §. fin ff. ad l. Iul. de repub. vide Fachan. lib.1. controu. c.9.*

Quæritur quoque an ex tranſactione detur actio: † & certum eſt actionem dari ſi ſtipulatio interceſſerit, *v. g.* ſi ſim ſtipulatus, vt des mihi decem, vt à lite diſcedam, potero agere ad illa decem condictione certi ex ſtipulatu. Sed tota difficultas eſt, ſi nudo pacto ſine ſtipulatione fiat tranſactio: quod non detur actio, probari videtur, *per l. ſi apud acta hoc tit.* vbi traditur ex pacto non potuiſſe dari actionem, hoc tamen non obſtante putant Conanus, *lib.5. c.6. n. vlt. Donellus in l. ſi pro fundo 33. hoc tit.* dari actionem præſcriptis verbis per *d. l.* ſi profundo. nam inquiunt, non eſt nudum pactum, ſed tale cui ſubeſt cauſa & pactum veſtitum, ex quo actio datur. Non obſtat, dicunt, *d. l. ſi* apud acta, quia non loquitur de vera tranſactione, ſed de pacto & placito tranſactionis, quod eſt pactum nudum, ex quo non datur actio, *v. g.* ſi conueni vt mihi 10. des, vt à lite diſcedam, nec adhuc, deceſſerim, eſt nudum pactum, quia actio mea non eſt peremptа; ſed poſſum adhuc petere, quamuis exceptione poſtea poſsit perimi, ſed vbi iam à lite diſceſsi, tunc mihi datur actio, quia pactio mea non eſt amplius nuda. Tu vide quid diximus *ſup. in ff. eod. ſc.* quod non obſtante huiuſmodi tranſactione, nihilominus prima actione agi poſsit, niſi per acceptilationem extincta ſit.

1

2

DE ERRORE CALCVLI.

TIT. V.

1 *Error quomodo corrigi poßit, & quamdiu.*

Corrigi poteſt error in rationibus † computandis commiſſus, niſi de eo tranſactum ſit, *l. 1. hoc tit.* quod *Iaſ. ibid. num. 6.* procedere affirmat, ſi poſt interuallum calculo tranſactio adiecta fuerit. Nam ſi ſtatim, præſumitur eodem errore feciſſe 1

libe-

Digitized by Google

liberationem, quo fecit calculationem. *l. aoli ff. de nouat.* Regulariter autem extra hunc caſum calculus ſæpius poteſt retractari vſque ad 30. annos iuxta, *gloſſ. in l. calculi ff. de adm. ad rer. cui. per.* & indebitum per errorem calculi promiſſum poteſt condici. *Iaſ. in d. l. vnic. n. 3. hoc tit.* niſi calculator à iudice fuerit poſitus inter partes litigantes, tunc talis calculatio iuxta Bart. *in l. 2. ff. de vſufr. leg.* plenam fidem facit.

DE POSTVLANDO.

TIT. VI.

1 *Poſtulare quid.*
2 *Officium & munus aduocatorum.*

1 POſtulare quod eſt † proprium nomen aduocatorum, eſt deſiderium
2 ſuum vel amici ſui in iure exponere *l. 1. ff. eod.* munus aduocatorum † qui non ſolum orthodoxam fidem habere, ſed etiam literis ſiue iuris ſcientia imbuti eſſe debent, eſt, vt patrocinium litigatorum lubenti animo ſuſcipiant, neque id potiſsimum ſi à iudice moneantur, partibus petentibus denegent, cauſam ex induſtria *l. 5. hoc tit.* non protrahant. Nec
3 de quota litis etiam ſub pœna priuationis officij paciſcantur. † Se inuicè petulanti procacitatis lingua non conſectentur, iniuria laceſſant, vel probris certent, nec non niſi quantum litium poſcit vtilitas in conuiciandi maledicendique temeritatem ſub exiſtimationis iactura prorumpant. *l. 6. hoc tit.* Merita cauſæ inutilibus penitus omiſsis diligenter obſeruent, nullum cum parte ſua ſub victoriæ obtinendæ ſpe ineant contractum, licet honorarium laboribus impenſis (quos tamen ipſi ad turpe compendium ſtipemque deformem transferre non debent) commenſuratum percipere poſsint. Iudicandi autem munere abſtineant, quoniam inter patronos & arbitros aliquem oportet eſſe delectum. Aſsidue adſint cauſæ, quamuis à prætextu abſentia patroni cauſæ, quæſtiones legitimè deciſæ ad examinis rigorem denuò non reuocentur.

Etſi autem diximus aduocatum de quota litis paciſci non poſſe ex *l. 5. h. tit.* quia verendum ne fraudibus & dolis cauſam euincere nitatur; nihilominus ratione palmarij rectè paciſcitur vel ſtipulatur. *l. 1. §. litu, ff. de varijs & extraord. cognit. Gail lib. 1. obſ. 44.*

DE ADVOCATIS, DIVERS. IVDICIORVM. TIT. VII.

1 *Aduocatorum immunitas.*

PRoprium habent aduocati, quod ex ſua induſtria acquiſiuerunt: præterea ſi moriantur anno nondum completo integri ſtipendij faculta

mittunt, *l.15.ff.hoc tit.* nec obeunt munera† perſonalia, & ſunt de iure (non hodiè de facto) immunes à collectis exemplo militum, qui ab huiuſmodi eximuntur, *l.3.ff.ad municip.* Nam Aduocati non minus militare dicuntur, quàm illi qui clypeis & gladijs nituntur, *l. Aduocati, Cod. hoc tit. Guid. Pap. deciſ. 388.n.8.* 1

DE ADVOCATIS DIVERS. IVDICVM.

TIT. VIII.

VNus & idem eſt cum præcedenti.

DE ADVOCATIS FISCI.

TIT. IX.

ADuocatorum Fiſci, qui alijs præeminent, ſingulare munus eſt, vt citra alterius calumniam fiſci commodo pro publico ſalario procurent, *l. fiſci aduocatus, hoc tit.* nec poſſunt cauſam fiſcalem ſemel ſuſceptam prætextu ſalarij non exoluti deſerere, ſed vt propriam defendere teneantur, *l. cùm te fiſci hoc tit.*

DE ERRORE ADVOCATORVM, VEL LIBELLOS, SEV PRECES CONCIPIENTIVM.

TIT. X.

1 *Error quomodo obſit litigatoribus: & quamdiu corrigi poſſit.*

ERror Aduocati non obeſt litigatoribus† abſentibus, *l. vlt. hoc tit.* ſed ijs præſentibus & non contradicentibus obeſt. *l. vlt.* niſi intra triduum correxerint errorem, quod tempus olim appellationibus dabatur, *l. vlt. h. tit. l.1. C. quando & intra quæ temp.* Caſtrenſis verò *in d. l. vlt.* hoc ſic intelligit, vt quidem intra triduum ſine onere probandi corrigi poſſit, poſtea verò vſque ad ſententiam appellatione ſuſpenſam, cum onere probandi, quod fortè verum in foro noſtro, niſi per aduerſarium acceptatum. *Bald. in l. cùm precum. Cod. de lib. cauſ.* 1

VT QVAE DESVNT ADVOCATIS PARTIVM, IVDEX SVPPLEAT.

TIT. XI.

1 *Iudex quæ ſunt iuris, non quæ facti, ſupplere poteſt.*
2 *Caſus quo ſupplere quoque poteſt facta.*

1 IVdex ea quæ litigatores vel aduocati omiſerunt, ſi ſint iuris, ſupplere poteſt:† non item ſi ſint facti, ſi forte iudex ſuppleat interrogando aut reſponſa acceptando. volet enim iudex, vt melius inſtruatur, interrogare partes, & diligenter accipere notiones. Poteſt tamen aliquando ſupplere facta† per partes vel aduocatos omiſſa, ſi ea vel ex actis vel ex euiden-
2 tia facti nota habeat, vel iudex ſupremus ſit ſuperiorem non agnoſcens. Cynus *in l. vnic. hoc tit.* alioquin regulariter vt diximus, facta ſupplere non poteſt, *l. 1. C. de ann. except.* ne aduocati munere potius fungi, quam iudicis videatur.

EX QVIBVS CAVSIS INFAMIA, IRROGATVR. TIT. XII.

1 *Infamia quid.*
2 *An infamia ſemel iuri impoſita perpetuò duret.*

1 INfamia eſt famæ † ſeu exiſtimationis noſtræ damnum, *l. ſi furto §. hoc tit.* vel eſt læſæ dignitatis ſtatus, *moribus, ac ll. reprobatus, vti ad tit. in ff. de his qui not. infam. monuimus.*

2 An infamia ſemel iure impoſita perpetuò † duret: Et viduo dicendum quod ſic. Nam Vlp. *in l palam 42. in princip ff. de rit. nupt.* non aboletur, inquit, turpitudo, quæ poſtea intermiſſa eſt. Et Plautus: Hominum immortalis eſt infamia: etiam tum viuit, cum credis eam eſſe mortuam. Sed an pœna temporali impoſita, eaque finita, nihilominus duret infamia, in hac quæſtione omnes ferè Interpp. in varias ſententias diſtrahuntur. Petrus Gregor. ſyntag. *lib. 32. c. 29. n. 12.* putat infamiam poſt ſubitam pœnam tolli, ſc. quando vt Paulus ait, *in l. ordine 15. ff. ad municip.* damnatus delinquens durioribus pœnis quàm legitimis eſt punitus, vt ſic intellgiendas ll. codicis, puta *l. 3. c. & 6. hoc tit.* ſi autem minoribus pœnis fuerit inflictus, adhuc manere, vt videre eſt *in l. §. 6. interdum, ff. de furtis, l. in ſeruorum 10. ff. de pœnis l. ad tempus, ff. de diuer.* Sed quamuis Iudex certam legis vindictam ex probabili cauſa poſsit facere arbitrariam. *Tyraq. in tract. de pœnis.* tamen hæc conciliatio iure non probatur, quia *in d. l. 3.* fuit minor pœna temporalis

Digitized by Google

impoſita,& tamen ea impleta, finitur quoque infamia, quare Cuiac. vir peritiſsimus, *lib.7.obſ.c.19.* conatur leges contrarias ſic conciliare, ll. & veteri iure notam perpetuò durare: conſtitutionibus verò principum poſt expletionem, coercionis tempore remitti, ſed pace tanti Iuriſconſulti hæc opinio ſubſiſtere nequit, quia multæ ll.cod.ſunt veteriores ll. Digeſt. Imò *l.6.hoc tit.* vult vt poſt expletum tempus damnatus nihilo minus damno infamiæ ſubijciatur. VVeſſenbecius in *ff. eod.* ferè hanc quæſtioné rectè acu tetigiſſe videtur, quem conſules. Ego aliàs de ea quid ſentiam, dicam.

DE PROCVRATORIBVS.

TIT. XIII.

1 *Quæſtio an procurator in criminalibus ad defendendum admittatur.*
2. *An procurator poſt litem conteſtatam conſtitutus efficiatur dominus litis.*

De procuratoribus in *ff.eod.* tractauimus.
Vtrum verò procurator † in cauſis criminalibus ad defendendum admittatur, controuertitur: Communis tamen opinio eſt, reos defendi 1
poſſe per procuratores, quantum ad hoc vt eorum abſentiam excuſare procuratores poſsint, non autem ad hoc vt innocentiam defendere poſſint. & ſic Accurſ. *in l. pen.§.ad crimen, ff. de publ. iud. & Cuiac. lib.5 ſentent Pauli tit. 6 per l. ſeruum quoque §. publicè, ff. h. t. conciliant l.3. de accuſ. cum d. l. pen.§. ad crimen. vide Fach. lib.1. contr. c.24. cum 2. ſeqq.* Quæritur † præterea an procurator poſt litem conteſtatam conſtitutus efficiatur dominus litis: affirmat com- 2
munis Dd. opinio. Negant verò Martinus & Bart. in *l. nihil 20. hoc tit.* ex hoc fundamento, quia iſte procurator cum non ſit litem conteſtatus, igitur in iudicio quaſi non contraxit, & per conſequens non eſt factus dominus litis. Deinde morte prioris procuratoris iſte dominus reuocatur vt Dd. contrariæ opinionis ipſi fatentur, & ſi factus eſſet dominus litis, non reuocaretur, *arg. l. nulla 23 hoc tit.*

NE LICEAT POTENTIORIBVS, PATROCINIVM LITIGANTIBVS PRAESTARE, VEL ACTIONES IN SE TRANSFERRE.

TIT. XIIII.

1 *Cur procuratores conſtituantur.*
2 *Potentiores ne patrocinium in alijs præſtent.*
3 *Pœna actiones cedentis potentiori.*
4 *Pœna potentiorum.*

Digitized by Google

1 DEbent procuratores ita eſſe conſtituti, † vt potius defenſioni cauſæ
incumbant,& pro æquo ſalario deſeruiant,quam redemptis litibus,
&|actionibus in ſe trãſlatis, pauperiores forſan potentia qua pollent op-
2 primant.Nam edicto diui Claudij † cautum eſt, ne liceat potentioribus
patrocinium litigantibus præſtare, vel actiones in ſe transferre,pœna a-
mittendæ cauſę contra facienti impoſita.*l.pen.inſ.mand.*Et hoc potiſſimum
ob duas rationes: Primò, vt iudiciariæ lites potius ſuo marte decurrant,
quàm potentum opibus nitantur. Dein ne tenuiores iniquis potentium
vexationibus opprimantur.Non immeritò igitur conſtitutio† diui Clau-
dij iactura cauſæ punit eos,qui vel potentioribus actiones ſuas cedunt,
vel ab iiſdem formidoloſum patrocinium accerſunt. qua pœna verò
3 potentior † afficiatur,docet hic Azo in ſum.Cod ſcilicet arbitraria, *arg.l.
1.§.explicatores de Effract.* Hoc Edictum D. Claudij limitatur non procedere,
quando litigatur contra æquè potentem,quia par affectionis cauſa tollit
ſuſpicionem fraudis,*l.non ſolum §.de vero,de iure dot.*vt &in criminalibus cau-
ſis,quia in his licet ſanguinem ſuum quomodocunque redimere *l. tranſige-
re C.de tranſact.* neq; extenditur ad aduocatos. potentiores enim pro quoli-
bet orare poſſe demonſtrat *l.quiſquis C.de poſt.*

DE HIS QVI POTENTIORVM NOMINE TITVLOS PRAEDIIS AFFIGVNT, VEL EORVM NOMINA IN LITEM PRAETENDVNT. TIT. XV.

1 *Titulos potentioris prædijs alienis quando prætendere licet, vel non.*
2 *Potentiorum verbum.*

1 PAriter prohibitum eſt, † ne quis iniuſtarum cauſarum deſperatione,
potentium titulos, vel eorundem priuilegia aduerſarij deterrendi
cauſa,& in fraudẽ legũ in iudicio opponat.grauiſsima pœna impoſita eſt
illi, qui hoc fecit, diſtinguitur tamen: nam aut litigator titulum aut no-
men potentioris cuiuſdam in hoc conſentientis, ad terrorem aduerſarij,
& in fraudem legum prætendit, & amiſsione cauſæ etiam iuſtæ, & pro-
babilis.potentior autem qui conſentit, vt calumniarum redemptor, ex
iſtimationis & bonæ famæ iactura plectitur: ſi quis tertius abſque ho-
rumſcitu hoc patrauerit,affectus plumbo perpetuis metallorum ſuppli-
cijs deputatur.

Potentiorum verbum † hic accipitur pro qualicunque potentia, ſiue
2 fori,ſiue officij, ſiue nobilitatis: ſiue dignitatis alicuius magnæ. *Sichard, in
rub.h.t.*

Digitized by Google

VT NEMO PRIVATVS TITVLOS PRAEDIIS SVIS, VEL ALIENIS IMPONAT, VEL VELA REGIA SVSPENDAT.

TIT. XVI.

1 *Continuatio.*
2 *Genuinus ſenſus huius rubricæ.*

HIC titulus eſt † obſcurus propter ignorationem reru & temporum; ideo dicit Sichard. *in rubr. hoc tit.* Iuſtinianum rectius feciſſe ſi illum ad tres libros nouiſſimos Cod. reieciſſet. Variè hic tit. à Dd. exponitur. vti videre eſt apud Brand. Danielem venator. & VVeſſ. Ego cum doctiſſimo Cuiacio, †(vt ſit diſcrimen inter hunc & ſuperiorem) eum ſic expono, vt intelligatur hic non agi de potentiorum, ſed de principis titulis; ita vt ſi quis prædio ſuo impoſuerit titulum principis ſine conceſſione, illud amittat, cùm ſit inſigne Regiæ maieſtatis principum domus cum inſcriptione legi, *l. 3. cùm gloſſ. ibid. C. de bonis vac. lib. 10. l. 1. hoc tit.* vel ſi alieno prædio, extremo ſupplicio afficiatur, ſi plebeius fuerit: aut ſi honeſtior, maxima capitis diminutione plectatur. 1 2

VT NEMINI LICEAT SINE IVDICIS AVTHORITATE SIGNA REBVS IMPONERE ALIENIS. TIT. XVII.

NE quis rebus alienis, de quibus cum altero litigat, ante ſentētiam ſine conceſſione iudicis titulum vel ſigna, quibus denotet res ab alio detentas ſuas eſſe, *l. 1. & 2. hoc tit.* imprimat: niſi velit omnibus ſuis rebus quaſi publicatis titulos fiſcales apponi, quæ eſt pœna *Nou. 17.* & extremum ſupplicium *Nou. 164.* Titulus ſignificat nomen domini, Signum, Characterem ſiue apophragiſma annuli ſignatorij, Cuiac. hic.

NE FISCVS, VEL RESPVBLICA PROCVRATIONEM ALICVI PATROCINII CAVSA IN LITE PRAESTET.

TIT. XVIII.

1 *Reſpublica vel fiſcus nullius priuati patrocinium, ne quidem prætextu intereſſe ſuſcipere debet, & ratio.*

QVod de potentioribus diximus, ne ſuo patrocinio cauſæ alienæ
1 prægrauentur aut ſubleuentur: & ne actiones alienas in ſe transferant, illud quoque ad Fiſcum & ciuitates extenditur: †non modò quod opibus, ſed etiam vt plurimum potentia, & gratia priuatis antecedant. Quare alienas in ſe ſuſcipere lites, vel ijs patrocinium impertiri non debent. ne quidem prætextu æris alieni, *l. 1. & 3. hoc tit.* aut ceſſionis. *l. vlt. hoc tit.* niſi ob iuſtum intereſſe. *l. ſi cui, Cod. de non numer. pec. VVeſ. in parat. hoc tit.* ſed ne quidem prætextu intereſſe iuxta Sichard. *in l. 4. n. 1. hoc tit.* idque propter generalitatem l. 1. hoc tit. & ne quidem debitori prætextu pecuniæ ſibi debitæ *d. l. 4.* Fiſcus enim & ciuitas ſemper locupletes intelliguntur. nec obſtat *d. l. ſi cui.* nam illa loquitur in priuato non potente, vt is exceptionem omiſſam ab alio pro ſuo intereſſe opponere poſſit. nec obſtat quoque quod fiſcus vtatur iure priuati, hoc verum regulariter *l. item veniunt §. in priuatorum ff. de petit. hæred.*

DE NEGOTIIS GESTIS.

TIT. XIX.

1 *Negot. geſtor quis.*
2 *An actio negot. geſt. ſit ciuilis, an prætoria.*
Quam culpam præſtet.
3

1 NEgotiorũ geſtor appellatur † qui abſentis & ignorantis negotia adminiſtrat, atque ideo ſine mandato aliena negotia gerit, ſicut ad tit. in ff. declarauimus. & vide latius *Azonem in ſum. & Sich. in rubr. hoc tit.* Quæri-
2 tur vtrum actio neg. geſtorum ſit ciuilis, †an prætoria. Et dicit gloſſ. in *l. 3. in princ. per illum text. ff. hoc tit.* eſſe prætoriam, & reſpondet ad *l. 9. hoc t.* Ibi per verbũ (ciuiliter conſiſtere) non ſignificari experiũdum eſſe actione ciuili negot. geſt. ſed amicè & ciuiliter agendum eſſe, ſicut in ſpecie *l. ſi cui ff. de ſeruit.*

3 Quam culpam præſtat † negotiorum geſtor: & diximus in ff. regulariter leuem, *Dd. & Petr. faber. ad l. contractus ff. de reg. iur. tutori 20. hoc tit.* Non obſtat *l. ſi mater C. de vſur.* nam quod ibi docetur, omnem culpam eſſe præſtandam, non eo referendum eſt, quaſi culpa leuiſſima præſtanda ſit, ſed ita vel omnis leuis culpa præſtanda ſit, quocunque modo obtingat. neque etiam obſtat *§. 1. Inſt. de oblig. quæ ex quaſi contract.* nam tunc eſt præſtanda culpa leuiſſima à negotior. geſtore, quando alius paratus erat ea negotia diligentius adminiſtrare. nec obſtat quoque, quòd nonnunquam negotiorum geſtor præſtet caſum fortuitum *l. 12. ſi negotia ff. eod.* vnde videri poterat præſtandam eſſe inſuper culpam leuiſſimam: nam id verum eſt in certis caſibus, de quibus eo loco agitur, & ibidem ab accurſ. notatur ſed regulariter non præſtat culpam leuiſſimã, quandoquidẽ negotium non geritur in fauorem eius qui gerit, ſed in vtilitatem domini abſentis. Nec obſtat

deni

Digitized by Google

deniq́ue *l.7.hoc tit.* quia ibi non tractatur de proprio negotiorum geſtore, ſed de hærede negot.geſtoris.ſed illa lex neutiquam obſtat.

DE IIS, QVAE VI METVSVE CAVSA GESTA SVNT.
TIT. XX.

1 *Vis quid.*
2 *Minæ an ſufficiant ad probat.*
3 *Metus reuerentialis an reſtitutionem pariat.*

VIs eſt maioris rei †impetus,qui vitari, aut cui reſiſti non poteſt, *l.2. ff.hoc tit.* 1

An autem minæ ſufficiant † ad probationem metus? In hac quæſtione breuiter dicendum, inſpiciendam eſſe perſonam minantis, num ſoleat gloriosè minari de conſuetudine,& eas non exequi:vel num ſit potens & ſoleat minarum executionem facere, & hoc poſteriori caſu iuſtus metus dicitur, ita vt cautio de non offendendo iuſtè exigi poſſit. *gloſ. in c. dilectus, ext.eod.* 2

An metus reuerentialis reſtitutionem pariat: † communis eſt ſententia Dd. quibus quoque ipſe *Fachan.libr.2.contrau.96.* adſtipulatur, ea quæ geſta ſunt reuerentiæ cauſa, veluti metu quodam,rata non eſſe habenda. ſi aut minæ præceſſerint, aut læſio interceſſerit. Vide Couuar. *in Epitome de ſponſali part.2.§.7.n.4. & Menech.de Arbitr.Iud. caſu 136.* Fundamentum habet in *l.1.§.Quæ onerandæ, ff.Quarum rerum actio non detur,* in illis verbis:tamen cauſa cognita,ſi liquidò appareat,libertum metu ſolo, nimia patroni reuerentia ita ſe ſubieciſſe,vt velpœnali ſtipulationi ſe ſubijceret: &c. Item *in l. pen.ff.de furt.ibi:* Et hoc modo Patronus quoque liberto, & is, cuius magna verecundia &c. 3

Cæterum aduerſus hãc ſententiã Franc.Duar. argumentatur in comm. *ad tit.de eo quod metus cauſa:* reſpondeo,inquit,nõ eſſe locũ reſtitutioni,quod nulla ſit mentio eius reuerentiæ, ſub hoc titulo, neque in Pandectis,neq; in Codice,quam ſententiam confirmo alijs exemplis.Vnum eſt in *l.Si patre cogente,de ritu nuptiarum.* cogente enim interpretor imperãte. Matrimonium enim iuſto metu cogente factum,nullum eſſet,vt cætera metu facta,& tamen contractum reuerentiæ metu firmum eſt.Similis locus eſt in *l.Fideiuſſor,§.1.de pignor.* vbi pater obligat prædium filij ſui, & filius ſcribit inſtrumentum obligationis: re enim oppignorata, metu reſtitueretur filius. Verùm quia metu reuerentiæ tantum coactus eſt, ſcribit rectè contractum eſſe pignus, & ſilentium eius, loco conſenſus haberi.Objicitur nobis lex pen.inf.de furt.vbi ait:Si Patronus rẽ liberti contrectet eo pręſente & nõ cõtradicente metu reuerẽtiæ, poteſt dici metu feciſſe. Videbatur tamẽ furtũ nõ eſſe,quia furtum eſt cõtrectatio rei alienæ inuito Domino,

Digitized by Google

& ſic,qui volente Domino contrectat,non eſt fur. Vult autem, qui non contradicit:videbatur igitur hîc conceſsiſſe libertus,ob reuerentiam:dicitur tamen Patronus non ideò minus furtum feciſſe,quia libertus ob reuerentiam Patrono debitam non contradixit.Obijcitur & *l.1.§.Quæ oneranda,infra quarum rerum actio* non datur,vbi adiectum liberto,onerandæ libertatis gratia,propter nimiam Patroni reuerentiã erigi non poteſt. Vulgò diſtinguunt,iuxta,*l.Interpoſitas.C.de Tranſactio.* Sed hanc diſtinctionem nunquam probauit, inquit, Duar. Itaque breuiter ita reſpondet ad,*d.l.penult.* Expendenda eſt diligenter ſpecies. Quæſtio eſt,an libertus tacens & non contradicens,ſit intelligendus conſenſiſſe, & permiſiſſe, reſpondetur nõ conſenſiſſe. Hîc enim agitur de præſumptione,quæ vt alibi diximus,alteri cedit præſumptioni. Nam præſumptio conſenſus, cedit præſumptioni reuerentiæ. Præſumimus enim libertum conſenſiſſe, quia ob patroni reuerentiam, noluit contradicere. Similis locus eſt in *l.23.§.1. infra.* Soluto matrimonio. *Ad l.1.§.Quæ onerandæ.verſ.In ſumma ait*, non dabitur exceptio, &c. niſi liquido appareat, metu, vel nimia reuerentia in id conſenſiſſe. Nec dicit ſimpliciter reuerentia, ſed nimia, ſiue immodica; ita vt ei ſuccurrendum ſit ex bono & ęquo. deinde fauor libertatis ſuadet, vt ita benignè interpretemur pro libertate. hactenus Duarenus. Quibus non obſtantibus à communi ſententia recedendum Fachan. non videtur, cui ſecundum aliquos etiam ſuffragatur, *l. Si ſuperſtite, Cod. de dolo.* Non obſtat *text.in l.* Si patre cogente, quia de matrimonio filijfamilias loquitur, in quo ille iure ciuili inſpecto,arbitrium liberum non habet,cum illud cõtrahere non poſsit, abſque conſenſu patris, vſque adeò vt patris iuſſus præcedere debeat, vt in *§. 1. inſtitut. de nuptijs.* Merito matrimonium patre cogente,id eſt imperante, celebratum valet, nec id communi ſententiæ ſupradictæ aduerſatur. Neq; enim hoc vult,vt omnia, quæ geruntur cum ijs perſonis,quibus reuerentia exhibenda eſt, tali velamento infirmentur. Non obſtat textus. *in l.Fideiuſſor, §.1.* Quia nec conſtat in ea ſpecie filiũ fuiſſe læſum, eo charitatis officio, quod patri impendit, dum paſſus eſt bona ſua obligari,nec conſtat ibi reuerentiæ cauſa factum fuiſſe,eò,quod pater maximè id vrgeret, ac impetraret. In quibus terminis communis ſententia eſt intelligenda.Porrò allati reſponſiones *ad l.penul.& ad §.*Quæ onorandæ,facile poſſunt eludi. Nam ſi præſumitur conſenſus, in ſpecie *d.l.penult.* ex ea,quod libertus non contradicit,ergò furtum non contrahitur. At Iuriſconſultus contrahi dicit, quia talis conſenſus reuerentiæ cauſa adhibiti ratio non habetur. Quod cum ibi ita ſit conſtitutum, nil proponitur,cur & in ſimilibus non idem reſpondendum ſit, nempe rata non eſſe habenda;, quæ tali conſenſu intercedente geruntur. Quod verò attinet ad *§. Quæ onerandæ,* cauſatur Duarenus nimiam reuerentiam, & fauorem libertatis; ſed fruſtrà: quia & communis ſententia loquitur, de tali reuerentia,aut paulò certè minori, & libertatis fauor ibi non per

pendi-

Digitized by Google

penditur, ſed nimia reuerentia, vnà cum læſione liberti. Ego putarem in hac quæſtione Dd.cum Duar. ſub hac diſtinctione conciliari poſſe, vt ea quæ reuerentiæ cauſa facta ſunt non habeantur rata, ſed non ex Edicto, ſed officio iudicis reſcindantur, maximè ſi liquidò appareat metu, vel mia reuerentiain id conſenſiſſe, *l. pen. & final. hoc titulo. vide Bart. in d. l. 15. quæ oneranda.*

An autem, quando metum paſſo res reſtituitur, is viciſsim pretium acceptum reſtituere teneatur, vel an lucretur, controuertitur. Et quidem omninò reſtituendum videtur per *l. ſi vi. hoc tit.* nec obſtat *l. ſi mancipium 23. nu. de rei vind.* nam eo loci nihil aliud docetur, quam quod metum paſſus rei pretium ſoluere non debeat, ſi nullam accepit, neque etiam mouet *l. pen. hoc tit.* nam ſingulare eſt, vt ſi ij qui in officio publico ſunt conſtituti, iuſtum metum inferant, pretium ſolutum perdant, eo quod grauius alijs peccant, cum illi ſubditos ab iniurijs tueri deberent.

DE DOLO MALO.

TIT. XXI.

1 *Actio de dolo, ſi alia actio ſit, non competit. conciliat. ll. obſtant.*

ILla quæ dolo malo geſta dicuntur, prætor rata non habet, ſed reſcindit data in perſonam actione famoſa, quanti ea res eſt de dolo malo cauſa cognita *vt ad tit. in ff. diximus.* Dixi cauſa cognita. nam non paſsim indulgetur, non certè ſi alia actio ſit † *l. 2. C. hoc tit.* Cui tamen quamplurimę ll. aduerſantur. Et quidē inprimis *l. diuus de reſt. in integr.* vbi cū actione doli reſtitutio in integrum competit. Secundò *l. item ſi cum exceptione ff. quod metus cauſa.* vbi dicitur poſſe, vel actione de dolo, vel quod metus cauſa agi. Tertiò *l. & eleganter §. ſi dolo malo l. cum à te l. ſeruit. 20. §. vlt. l. 9. §. 3. ff. hoc tit.* Sed Duar. circ. *fin. & med. in c. 1. de dolo* eas hoc modo concilare conatur, vt reſpondendum ſit ad d. l. diuus. ibidem verba quæ ſequuntur expendenda eſſe, vbi permittit quidem prætor reſtit. in integr. vel actionem de dolo, ſed ad monet ſatius eſſe petere reſt. in integr. ad *d. l ſi item §. cum.* qui ſic reſpondet, aduertendum eſſe quam actionem actor intendat, ſi dolorem eſſe extortam aſſerat, actio de dolo tantum competit, quia vis ſine dolo malo non adhibetur, & vna actio per alteram conſumitur. quod ad *§. ſi dolo malo d. l. ſi eleganter*, illum intelligendum putat iuxta *d. l. ſi cum à te.* nam actione comprehenditur exceptio & replicatio, & ſic quia ſupereſt replicatio, non datur actio de dolo. In §. vlt. d. l. ſeruus recitatur tantum Iuliani opinio, & iuxta d. l. cum à te intelligi debet vt & *d. §. 3. d. l. 9.* intelligendus eſt, quia illa verba ambigua ſunt, ſcilicet de dolo teneri: vnde iuxta *d. l. cum*

à te ad replicationem referenda: in ambiguis enim legibus ea potius accipienda eſt ſignificatio quæ vitio caret, *l. domum 57. ff. contr. empt.* An autem actio doli cum actione præſcriptis verbis concurrat: & negatur per *l. 5 §. quod ſi facie de præſcrip. verb.* At inquies, ſi doli actio non conceditur cum actione præſcrip. verbis, quando ergo habebit locum: cum nulla alia actio prorſus nec ciuilis, nec prætoria competit *l. eleganter ff. hoc tit.* Eſt enim hæc actio de dolo prætoria, extraordinaria, arbitraria in perſonam, non in rem, ſicut actio quod metus cauſa ſcripta: quamuis hoc Coraſ. *lib. 1. miſcell. cc. 22.* multis contendat.

DE IN INTEGRVM RESTITVTIONE MINORVM VIGINTI QVINQVE ANNIS.

TIT. XXII.

Cum tit. ſequentibus vſque ad tit. In quibus cauſis reſtit. in integr. non neceſſe eſt.

TIT. XLI.

1 *Reſtitutio quid.*
2 *Qui reſtituantur.*
3 *Quibus ex cauſis.*

1 Reſtitutio in integrum † eſt rei integrandæ vel cauſæ actio, quæ fit ob ſex cauſas, quas IC. in *l. 1. ff. eod.* recenſet. Hic autem de tertia cauſa agitur, nimirum de minoribus 25. an reſtituendis. Et reſtituuntur minores, ſiue ſint patres ſiue filijfam. tit. de fil. minor. dummodo non in rem patris,
2 iuſſuque eius contraxerint *d. l. 2. d. tit.* Et quidem reſtituuntur † (quorum tamen reſtitutio vt nec patri, ſic nec fideiuſſori rei principalis tit. de fideiuſſor. minor. prodeſt, ni ſi ſit ſalua tranſlatio iudicij aduerſario in alium *l. minor. ff. de procur.* vel niſi fideiuſſor ignorauerit eum eſſe minorem pro quo interceſsit. *arg. l. ſi Titius ff. de fideiuſſ. Cuiac. in d. t. l. 7. in fin. de except.* vel niſi minor dolo aduerſarij circumſcriptus ſit, *l. 1. & 2. C. d. tit. l. 7. in fin. de except.* Neque tutori vel curatori tit. ſi tutor vel curator interuenerit, vel maiori ob communionem quã habet cum minore tit. ſi cum eod. Cuiac.
3 prodeſt) vel aduerſus † rem iudicatam *tit. ſi aduerſ.* rem iud. vel aduerſus venditionem, niſi corporaliter factis ſacroſanctis euangelijs contractũ confirmarit *auth. ſacr. puber. C. aduerſ. vendit. Sichard. ibid. in l. 1. n. 3. & 4.* vel aduerſus venditionem pignoris tit. ſi aduerſ. vend. pig. vel aduerſus donationem *tit. ſi aduerſus donat.* aduerſus tranſactionem vel diuiſionem *tit. ſi aduerſus tranſact.* vel aduerſus ſolutionem, *tit ſi. aduerſ. ſol.* vel aduerſus dotem, *tit. ſi aduerſ. dot.* Contra libertatem verò per minores ſeruis datam, non reſtituitur minor, idque ob ſummum fauorem libertatis tit. ſi aduerſ. libert. neque aduerſus delictum reſtituitur. *tit. ſi aduerſ. delict.* niſi ſit culpa com-

miſſum *Cuiac. d. tit.* vnde ſi mulier minor 25. annis per errorem iuris liberis ſuis impuberibus tutorem non dederit, reſtituitur, *l. 2. hoc tit.* quamuis autem ætas eum qui dum leges inuocat, contra eas committit, non ex cuſet *l. auxilium 38. de minor.* & ſic pœnæ corporales aut capitales ob delictum perſoluendæ non tollantur reſtitutione: tamen etſi miſericordia ętatis vt plurimum mitigentur, *l. ferè vbi Decius. n. 2. de reg. iur. vide VVeſſ. in hoc tit. ſi aduerſus delictum*, vbi quoq; docet quod ob delictum in minori ætate commiſſum, maior non aliter puniatur quàm tum temporis, cùm deliquit, puniri potuiſſet.

Præterea reſtituuntur minores aduerſus fiſcum, *tit. ſi aduerſ. fiſc.* aduerſus creditorem, *tit. ſi aduerſ. credit.* aduerſus immixtionem, vel aditionem hæreditatis, *tit ſi minor ab hered.* vel aduerſus non aditam hæreditatem, *tit. ſi vt omiſſ. hæredit. vide latius ad ſingulos titulos (quos breuitatis ergo ſic conſtrinxi) Cuiac. Daniel Venator. Brand. & VVeſſ. & Azon in ſum. Cod.*

IN QVIBVS CAVSIS RESTITVTIO IN INTEG. NECESSARIA NON EST.

TIT. XLI.

1 *Reſtitutio minorum in quibus cauſis non ſit neceſſaria.*
2 *Ordinarium remedium cum datur, ad extraordinarium non eſt confugiendum.*

ET hęc omnia obtinent, cùm contractus & negotia minorum ipſo iure valent, & minoribus, niſi reſtituantur obeſſe poſſunt. Cæterum quando ipſo iure deficit contractus, † vel quia non interuenit tutor, vel curator: vel quia non interuenit decretum, &c. non eſt neceſſaria reſtitutio in integrum, *arg. rubr. hoc tit.* Nam iuris eſt manifeſti, quod quotieſcunque ordinarium remedium competit, ad extraordinarium non eſſe confugiendum. † & quod ipſo iure nullum eſt, non adferre læſionem, vel adimere aliquid, cuius reſtitutio concedatur: vnde minor, qui intra quinquennium non mouit in officioſi querelam, non reſtituitur, cùm cauſa integra ipſi adhuc ſeruetur. *l. adoleſcentiæ, C. in quibus cauſis, &c.* nec ille, qui oppreſſi parentis necem vlciſcitur. quia nihil amiſit, *l. minoris, eod.* Nec is cuius bona longi temporis decurſu ſunt poſſeſſa, quia ei vi poſſeſſionis dominium rerum minoris authoritate legis non adijcitur, cùm præſcriptiones longi temporis contra minores ipſo iure non currant, rationem ſubdit Imperator. melius enim eſt intacta iura eorum ſeruari, quàm poſt cauſam vulneratam remedium quærere, *l. ſancimus eod.* Præſcriptiones autem longiſſimi temporis etiam contra illos locum habent, *l. ſancimus, eod.* Et ſanè ſi tutor munus non legitimè adminiſtrauerit, ipſo iure nullum eſt quod geritur, reſtitutionem igitur implorare non eſt neceſſe, *l ſi tutor tuus eod.*

QVI, ET ADVERSVS QVOS, IN INTEGRVM RESTITVI NON POSSINT. TIT. XLII. VSQVE AD TIT. XLII.

1. *Minor induſtrius non reſtituitur.*
2. *Minor qui ſe maiorem dixit, quoq; non reſtituitur.*
3. *Nec reſtituitur qui veniam ætatis impetrauit: quomodo hoc accipiendum.*
4. *Nec qui maior factus ratum negotium habuit: conciliatio l.3. § ſcio, ff. de minor.*
5. *Quomodo hoc intelligendum, quod ſæpius in vna cauſa reſtitutio non concedatur.*

SVnt & plures caſus quàm ad tit. de reſt. in integr. annotauimus, in quibus reſtitutio in integrum non conceditur. Neque enim facilè minor
1 reſtituitur quem conſtat eſſe induſtrium patremf.† ſicuti etiam non reſtituuntur liberti & liberi aduerſus patronos & parentes, quia reuerentiam ipſis debent. *l. 1. & 2. hoc tit.* præterquam aduerſus matrem ad ſecundas nuptias conuolantem *Nou. 115.* Neque enim huiuſmodi matribus tantam debent reuerentiam, quæ ſuæ voluptati indulgere malunt, quàm ſuo-
2 rum curam habere. Similiter non reſtituitur minor, † qui ſe maiorem dolo & mendacio dixerit *l. 2. & 3. ſi minor ſe maior.* nam iura ſubueniunt deceptis non decipientibus *l. & primo 2. ff. ad SC. Velleian.* Nec minor, qui veniam ætatis impetrauit. *l. 1. infr. de his qui ven. ætat. impetr.* ſolet enim aliquando princeps ad hoc certis ſolennitatibus, maribus qui vigeſimum impleuerunt annum, fœminis quæ decimum octauum exceſſerunt, † talem concedere
3 facultatem, qualem habent maiores, ita vt poſtea non gaudeant reſtitutione in integr.

Attamen non tanta eſt illius gratiæ virtus, vt minores abſque prætoris decreto ſua prædia alienare poſſint. *l. 3. hoc tit. Pomponius lib. 16. tit. 2. arreſt. 1. & 2.* Similiter non reſtituitur, qui maior factus ratum habuit. † *tit. ſi maior, hoc*
4 *tit.* ratus non obſtat. *l. 3. §. ſcio etiam illud. ff. de minor.* quia minor iam maior factus exigit debita à debitoribus paternis, non eo animo vt ratum haberet, quod antè geſſerat, vtque ratam immixtionem hæreditatis paternæ haberet, ſed quia exactio debitorum non ſequebatur ex immixtione, Cuiac. ibi. Erat enim immixtio in minori ætate perfecta, At in negotio in minori ætate perfecto minor reſtituitur. Inſuper ſæpius reſtitutio in vna eademque cauſa non conceditur, † niſi nouæ emergant & proponantur de-
5 fenſiones, *l. 1. 2. & 3. inf. ſi ſæpius in integ. &c.* cui non obſtat, *l. 7. §. reſtitutus ff. de minoribus*, vbi minor qui ſemel aduerſus repudiationem hæred. fuit reſtitutus, iterum fuit reſtitutus, vt eam repudiaret. Nam quod dicitur ſemel duntaxat petendam reſtitutionem, hunc habet ſenſum. quod illi cui denegatum ſit beneficium reſtit. non poſſit denuò in eadem cauſa illud implorare.

Digitized by Google

VBI ET APVD QVEM COGNITIO, IN INTEGRVM RESTITVTIONIS AGITANDA SIT. TIT. XLVII.

PEti autem poteſt reſtitutio in integrum coram iudicibus ijs quibus rei cognitio ſpecialiter commiſſa eſt, vel quibus vniuerſitas cauſarũ delegata eſt, non autem coram arbitro vel ijs, qui nec lege, conſuetudine, vel principis authoritate propriam iuriſdictionem habent, *l. cùm primus, C. vbi, & apud quem, &c.* Quia regulare eſt quod in cauſa reſtitutionis in integrum, actor ſequatur forum rei, *l. quoniam, c. eod.* Ergo coram iudice ordinario rei qui conuenitur, petitio inſtituenda erit. *d. l. quoniam, & l. cùm ſcimus, C. eod.*

DE REPVTATIONIBVS, QVAE FIVNT IN IVDICIO IN INTEGR. RESTITVTIO. TIT. XLVIII.

EFfectus primus reſtitutionis eſt, quod reſtituto minore, omnia reponantur in priſtinum ſtatum, tam aduerſus minorem, quàm aduerſus extraneum: ſicuti enim reſtitutio ei damno non eſſe, ita nec lucrum afferre debet. Et ideo quidquid ad minorem peruenit, vel ex emptione, vel venditione, vel ex alio contractu, ex aditione hæreditatis, vel commiſſione doli, id totum reſtituet, ſicuti ſi interceſſor minor 25. annis interuenerit, in veterem & principalem debitorem transfertur actio. *l. vnic. C. de reputat. &c.*

ETIAM PER PROCVRATO. CAVSAM IN INTEGRVM RESTITVTIONIS AGI POSSE. TIT. LXIX.

ET procedunt hæc ſiue minori ipſe per ſe petitionem inſtituerit, ſiue per procuratorem ſpeciale mandatum ad hoc habentem. Cùm enim reſtitutionis beneficium ſit extraordinarium, generali procuratoris mandato, iuxta Bartoli ſententiam non comprehenditur, *l. vnic. C. etiam per procur. cauſ. reſtit.*

IN INTEGRVM RESTITVTIONE POSTVLATA, NE QVID NOVI FIAT. TIT. L.

ALter effectus reſtitutionis in integrum eſt, quod poſtulata in integrum reſtitutione, omnia in ſtatu ſuo donec res finiatur manere, nec quid innouari debet, idque curabit iudex ad cuius partes ea res ſpectat, *l. vnica. C. de in integ. reſt. poſtul. &c.*

DE RESTIT. MILIT. ET EOR, QVI, REIP. CAVSA ABSVNT. TIT. LI.

ET habent iſti effectus locum non tantum in reſtitutione minorum, verumetiam maiorum, qui functionibus cauſa reip. ſuſceptis, rebus domi ſuæ relictis præeſſe non poſſunt. Nam abſens reipub. cauſa aduerſus omne ius tempore abſentiæ ſuæ amiſſum, vt ſi bonis ſuis aliquid deceſſerit, vel actiones competentes, temporis decurſu, ex pirauerint, reſtituitur. *l. ſi quid. de bonis. C. de reſtit. milit. &c.* Sicuti & miles, ſi ſe in militia agente, res ſuæ fuerint vſu captæ, vel incauſam pignoris obligatæ, diſtractæ, contra vſucapionem & venditionem pignoris reſtituitur, *l. quod tempore, & l. quod militaribus eod.* Adeò vt hæres defuncti militis ex eius perſona reſtituatur, *l. ſi Valerianus eod.* Licet hæredis priuilegij acta & confirmata à defuncto non reuocentur, *l. ea quæ à patre eod.* Et obſeruandum, quod hæc priuilegia & tempora petendæ reſtitutionis, non ijs militibus, qui citra expeditionis neceſsitatem domi, vel alijs in locis degunt, ſed qui in expeditionibus procincti verſantes, ad confligendum ſemper parati ſunt, *l. ſancimus eod.*

DE TEMPORIBVS IN INTEGRVM, RESTITVTIONIS. TIT. LIIII.

1 *Tempus in reſtit. in integr. olim varium.*
2 *Hæres minoris quomodo reſtituatur.*
3 *Tempus in integr. reſtit. quomodo computetur.*
4 *An & quomodo tempus hoc currat ciuitati vel eccleſiæ.*

HIc titulus tractat intra quæ tempora, & ad quanta reſtituantur tam minores & maiores, quàm eorum hæredes. Et erat olim quidem, vt de temporibus primum dicamus, inquit, Cuiac. *in Cod. h. tit.* omnibus iure prætorio conſtitutus annus vtilis ad petendam reſtitutionem in integrũ,
1 † deinde lege Conſtantini fuit reſtitutionibus quæ minoribus dantur, conteſtandis finiendiſque in vrbe & intra centeſimum milliarium vrbis præſtitutum quinquennium, poſt legitimam ætatem, in Italia quadriennium, in prouincijs triennium continuum, vt non malè *in C. Th. l. 5. huius tit.* habeat, iugè tempus, pro quo vulgo, iure, & Baſil. *ροµίνως* fortè quia ſibi vindicat continui temporis definitionem Iuſtinianus abrogata lege

Conſtan-

Conſtantini, conſtituens, vt non obſeruata differentia locorum, vel ætatum intra quadriennium continuum agatur & peragatur cauſa reſtitutionis in integrum, *l. vlt. hoc tit. vlt. inf. de rep. hæred.* quod quidem minoribus numeratur, ex die primo anni 26. in diem extremum 29. vel ex die quo inſinuauerunt veniam ætatis, *l. 5. hoc tit.* militibus ex die miſsionis, *l. 1. h. tit.* & alijs abſentibus Reipublicæ cauſa ex die reditus. Altera quæſtio *in hoc tit. eſt*, † de hæredibus earum perſonarum, quatenus in integrum reſtitui poſsint, in qua ita diſtingui ſolet. Aut minor minori hæres extitit, aut minor maiori, aut maior minori, aut maior maiori. Si minor minori, hæredi ex edicto datur poſt ſuam legitimam ætatem ex defuncti perſona, non ſpectata tamen aut computata ætate defuncti, totum quadriennium ad in integrum reſtitutionem, *l. interdum, ff. de minor. & Paulus 1. ſent. tit. eodem, & l. 5. §. 1. hoc tit.* Si minor maiori nondum completo quadriennio, hæredi poſt legitimam ætatem non datur totum quadriennium, ſed ex perſona defuncti id duntaxat tempus, quod defuncto ſupererat. *d. l. interdum. §. 1. d. l. 5. §. quod ſi maioris. l. vlt. in fi. inf. ſi ma. fac. al. fac.* ſine decr. puta annus, ſi defunctus vixerit, annis 28. Si maior minori, hæredi ſtatim ab adita hæreditate quadriennium datur ex perſona defuncti, *l. 4. l. 5. §. vlt. h. t. l. minor autem §. vlt. ff. de mino. l. 4. ff. de in integ. reſt.* Sin maior maiori, rectè Accurſius hæredi ſtatim, ab adita hæreditate, id tempus dari, quod defunctus habuit. Et ſecundam hanc diſtinctionem † in ſpecie, *l. 2. huius tit.* ſi minor minori hæres extitiſti, & militiæ nomen dediſti, maiorque redijſti, ex die reditus ad reſtitutionem in integrum habes quadrienninm, itemque ſi minor redijſti, poſt legitimam ætatem completam. Quod ſi maiori, nondum exacto quadriennio, ipſi minor, vel intra quadriennium conſtitutus, hæres extitiſti, & militiæ nomen dediſti, reuerſo tibi tempus cedet, quod defuncto ſupererat, ſtatim, ſi maior, vel poſt completam ætatem legitimam, ſi minor redijſti. Etiam illud valdè notandum eſt, *ex l. 1. hoc tit.* minori circumſcripto, qui in militia exegit annum 29. aut 30. tempora reſtitutionis in integrum non computari, niſi ex die miſsionis, *vt l. ſemper. §. ſi quis reipublica, verſi.* nam & ſi *ff. quod vi aut clam.* quia ipſo iure continuatur beneficium reſtitutionis, *l. 3.* id eſt, *συναπτῶς φυλάττεται*, vt Baſil. interpretatur. Et tamē ſi maior qui temporalem aliquam actionem habuit, militię nomen dederit, actionis tempus ei cedit: ſed reuerſo cauſa cognita per reſtitutionem remittitur præſcriptio temporis, *l. 1. ſup. de reſtit. milit.* & ita accipienda eſt prima pars, *d. §. ſi quis Reipub.* exemplo ſcilicet & argumento eius *§.* qui pręcedit. Plus tribuitur minori militię nomen danti quam maiori. An verò† & quomodo tempus hoc currat ciuitati vel eccleſiæ, vide apud Panor. *in c. 1.* cum ſeq. de reſt. in integr. vt autem eccleſia poſsit petere reſtit. in integrum requiruntur quatuor. primo quod fuerit læſa occaſione illius contractus ſecundò quod manifeſtè appareat de læſione, tertio quod ſit enormis lęſio. Nam pro modica læſione non datur reſtitutio in integr. *c. pen. de reb. eccleſ.*

Margin numbers: 2 (beside "tit. eſt, † de hæredibus"), 3 (beside "& militiæ nomen dediſti"), 4 (beside "quis Reipub. exemplo").

l.ſ.io de reſt. in integr. 4. vt petatur infra quadriennium à tempore læſionis. *c.1.de reſt. in integr. in 6.* niſi ſubſit iuſtiſsima aliqua cauſa, puta enormiſsima læſio, & tunc non currit quadriennium, vt gloſſ. *in d.c.1.*

QVIBVS EX CAVSIS MAIORES IN INTEGR. RESTITVANTVR.

TIT. LIV.

ABſentibus reipublicæ cauſa comparantur illi, qui legationis officio funguntur, *l. ſi propter, C. quibus ex cauſ. &c.* Et militibus in expeditionibus occupatis illi, qui militari cuſtodia detinent. *l. ſi idcirco eod.* Vel qui captiui ab hoſtibus ſeruantur, *l. ſi ab hoſtibus eod.* Illi enim omnes ſi in abſentia læſi fuerint, cum rebus ſuis ſupereſſe non poſsint exemplo minorum & reipub. quæ minorum iure etiam vti ſolet, auxilium reſtitutionis etiã implorare poſſunt, *l. ſi reſpub. eod. & l. ſi idcirco. eod.* Nec hoc ita accipiendum eſt, quid alijs maioribus fuco aduerſariorum læſis non ſit ſuccurrendum; nam in contractibus bonæ fidei in quibus æquitas potiſsimum in conſiderationem venit, etiam maioribus officio iudicis cauſa cognita iura ſubueniunt. *l. in contractibus eod.*

DE ALIENATIONE IVDICII MVTANDI CAVSA FACTA.

TIT. LV.

Do hoc dixi, *ff. eod. tit.*

DE RECEPTIS ARBITRIIS.

TIT. LVI.

1 *Arbiter quis.*
2 *An à reductione boni viri liceat appellare.*

1 ARbitri nomen aliquando ita latè ſumitur, vt is arbiter dicatur, † qui vt vir bonus aſſumitur ad aliquod negotium definiendum, prout ſibi bonum & æquum videbitur, ita vt iudices nonnunquam appellentur arbitri, vt in l. quiſquis de poſtulando, aliquando ſtrictè ita vt opponatur iudici. Iudex enim eſt, qui ſententiam fert ex commiſsione publica: arbiter qui non ex publica, ſed priuata commiſsione facultatem habet
2 pronunciandi arbitrium ſeu laudum. Quæritur † an à reductione boni viri liceat appellare, Bart. in *l. 1. n. vlt. de leg. 2. hoc negat ſecutus Innoc. in c.* præſenti de teſtib. Couar. verò affirmatiuam ſententiam tenet hac ratione: nam ex eo quod quis pronunciat ſuper cauſa reductionis, iudex ordinarius eſt, ſed à iudicibus licet appellare l. in maioribus 1. de appell, ergo &

ab il

ab illo, cum pro regula iuris præſumatur, donec exceptio probetur, l. omnis definitio *de reg. iur.*

DE SATISDANDO.

TIT. LVII.

1 *Satiſdare quid.*
2 *Satiſdationis definitio.*
3 *De cautione iudicis.*
4 *De cautione actoris & partibus h. caut.*
5. *De ſatiſdat. rei.*
6 *De cautione vtriuſque.*
7 *De cautione aduocati & procuratoris*

SAtiſdare eſt † ſatis præſtare datis fideiuſſoribus, *l. 1. ff. qui ſatiſd. cog.* qui olim in his iudicialibus requirebantur 42. *de off. iud. in ver.* fideiuſſore, licet non in conuentionalibus, *l. promiſſor 21. §. fin. de conſt. pec.* ſed hodiè etiam in his iudicialibus receptum eſt, pignoribus poſſe caueri. Satiſdatio igitur de qua hic agitur, eſt actus iudicialis, † quo datis fideiuſſoribus vel pignoribus, idoneè de lite cauetur. Spec. *in hoc tit.* 1 2

Iudex olim † in ſingulis cauſis iureiurando cauebat, l. rem non nouam cum authentic. ſeq. Cod. de iudic. & paſsim in oratione Cicer. pro Roſcio Cęlio &c. hodiè ſolum initio officij, non ad ſingulas cauſas præſtat iuramentum, Nouell. 9. tit. iuſiurand. quod præſtatur. Nam poſt cœperunt officia eſſe, cum olim electione prætoris ſingulis etiam cauſis iudices vel priuati darentur, *l. ſolent de iuriſd.* vt omnino, dum opus fuerit in ſingulas iurari, hodie non item, mandata quaſi vniuerſitate cauſarum officijs, *in Authentic. de iudic. & de defenſ. ciuit.* In criminalibus tamen iudex etiamnum cauet interdum petentibus litigatoribus, præſertim reis: **gibt jnnen ſicher gleitt zu recht/vnd vur vnrecht gewalt:** quæ noſtris cautio ſecuritatis aut ſaluus cōductus dicitur. Panor. *c. vlt. de treug. & pac. Bart. l. vtimur 5. de ſepulch. viol. in leg. ſi quis reus 5. de public. iudic. lege prima de cuſtod. reor.* & contra violentiam facti, non iuris cauet. *Bart. l. vltim. num. 1. Cod. de dign. lib. 12. & in l. 3. num. 3. ad leg. Iul. Maieſt. lege prima, vbi Rebuf. de Nauacular. lib. 11. Alex. lege prima §. non fuit, de dol. mal. & conſ. 15. volum. 4. Mynſing. obſ. 82. cent. 1.* Continet autem liberam non tantum accedendi, ſed & recedendi facultatem: Bartol. *d. l. vltim d. l. 3. Rebuff. in d. lege prima. Cod. de nauacular. Bartol. l. vtimur. de ſepulch. viol. Alexan. d. lege prima §. non fuit & d. conſ. 15. vol. 4. Panorm. d. cap. vltim. de treug.* **Sicher gleitt zu vnd ab/** vt vulgò loquimur: de quo Clarus *lib. 5. ſentent. §. fin. quæſt. 32. Menoch. lib. 1. de iudic. arbitra. quæſt. 80.* quam tum fragilem cautionem vocat Menoch. *d. conſ. 100. num. 185.* Iudex delegatus partibus etiam cauet per documentum ſuæ commiſsionis. *c. cum contingat. 24. de reſcrip.* cum ſimilibus. 3

Actor † quanquam iure veteri ſatiſdare non cogebatur. *§. 1. hoc tit.* hodiè tamen ſatiſdat, intra duos à tempore porrecti libelli menſes, ſe litem cōteſtaturum, *§. in auth. de execut. auth. libellum. Cod. de litis conteſt. glo. verb. nullam. §. 1. h. tit.* deinde ad finem vſque iudicij ſe in lite permanſurum: *Specul. de ſatiſ-* 4

dat.in prin. Tertiò pro expenſis, contingat ipſum ſuccumbere, & in expenſas condemnari. *auth.generaliter vbi Bartol. Bald. Addit Speculator, eod.tit.in princip.* has ſatiſdationes conſuetudine nonnunquam remitti: ſicut remittuntur interdum, vt immobilia poſsidenti, iure ciuili id eſt *ſciendum, ſatiſdat.cog.* quæ ſecundum communem opinionem etiam in actore obtinet. *Iaſon ibi num.1.& 2.contra Bartol. & alios.* A reo poſtulatum † cauere iudicatum ſolui, etiam in criminalibus, *l.ſi quis 57.§.vltim.de fideiuſſ.* qua ſatiſdatione leuatur iure nouo, ſi cauerit iudicio ſiſti, & ſe ad finem vſque in lite perſeueraturum, *§.2.inſtit.eod.Specul.eodem 52.* & tempore ſententiæ affuturum *C. alia hoc tit.*

5 Quod genus etiam in criminalibus recipitur *lib.1.vbi Bart.l.3.Cod.de cuſtod. reor.* ſicut & alia de reo præſentando, l.ſancimus 26. Cak de fideiuſſor. Qui tamen per procuratorem litigat, iudicatum ſolui ſatiſdare debet *§. ſin autem in fi.h.t.2 §.ſin autem adfuerit.* & ſe tempore ſententiæ præſtò futurum *d.§. alia.* niſi immobilia poſsideat: quo caſu tantum promittit, *d.l.ſciendum,* quæ propriè loquitur *in reo, vt gl. ibi.* Cæterum qui ſatiſdedit iudicatum ſolui, non tenetur ad aliam iudicio ſiſti *l.filiusfam.14. vbi Iaſon.num. 8.poſt.gloſ.ibi.* In criminalibus iure ciuili non tam facile reus ad cautionem admittitur, ſed potius vinculis, & carcere conſtringitur. *lege prima vbi Bartol ff. de cuſtod. reor.* etiamſi bona immobilia in loco iudicij poſsideat. *Iaſ.d.l.ſciendum 15. numer.3.* Eſt etiam, cum in realibus exigitur à reo cautio de bonis non minuendis, *l. Senatuſconſul. 16. de off. præſid.* Eſt cum arreſtores mobiles, vel etiam perſona ſuſpecti de fuga præcludantur, *dict.l.ſi fideiuſſor 7.§.pen. eodem:* immobiles cum fructibus ſequeſtrantur, *l.vnic.vbi Dd. præcipuè cur.* Quod tamen non niſi ex certis cauſis faciendum, de quibus *gloſ. & Dd. d.l.vnic. Iaſon Alexand.& nos ad litem de prob.ſeq.dicemus.* Nec enim huiuſmodi fugitiui obrati ad iuratoriam cautionem admittuntur. *in authent.de exhib.reis.* In perſonalibus eadem quoque cautio petitur, etiam antequam ceſſerit, aut venerit debitionis dies: maximè ſi vergat ad inopiam reus. l. in omnibus. de iudic.l. grege 13. §. ſi ſub conditione 5. de pignor. Minoribus etiam reus, qui carceribus relaxatur, iurat, ſe non vlturum, quidquid ibi paſſus eſt: ac ſi condemnatus ſit, pariturum ſe etiam ſententiæ. **als der verwieſen wirdt / muß das landt verſchweren: welches man verpieten nennet.**

6 Ab alterutro verò † exigitur cautio de non offendendo, ſi fortè formidoloſus ſit, & minas exequi ſolitus: *Bart.num.7.* quæ etiam extra iudicium peti poteſt, *leg.illicitas.6. §.ne potentiores 2. vbi Bart. de off. præſid.* Olim etiam ab vtraque parte, atque adeò eorum adminiſtratoribus exigebatur calumniæ iuramentum. leg.1.2.de iuram.prop.calum.l.rem non nouam, Cod.de iudic. quod etiamnum in Camera durat: *vide Gail lib.1.obſ.84.* ſed & hodie ab vtrique exigitur cautio iudicio ſiſti, & de proſecutione litis, ſi vter

que

que ſit peregrinus, aut obſimilem cauſam, ne iudicium reddi poſſit eluſorium. contra. *l. ſi prætor, de iudic.*

Aduocati olim † in qualibet lite, hodie initio officij iuramento cauent. *l. rem non nouam 12. cum authent. inſerta, vbi Dd. C. de iudic.* Procurator actoris non ſatiſdat rem ratam dominum habiturum, ſi apud acta factus ſit, aut pro præſente procuret. *l. vnic. C. eod.* quia mandaſſe patiendo intelligitur, *l. qui patitur 18.* mand. niſi probetur. mandatum reuocatum, *d. l. vnic. in fin. C. eod.* Si nullum mandatum habeat procurator, ne cum cautione quidem admittitur. *Dd. l. 1. C. de procurat.* niſi coniuncta ſit perſona, *l. ſed & hæ 35. de procur.* intra quartum gradum, *gloſſ. in l. cum alienam, C. de legatis.* quę tamen nec ipſa admittitur, ſi de contraria domini voluntate conſtet, *l. Pomponius 40.* aut niſi mandatum allegauerit *l. 2. §. hoc etiam*, vbi gloſſ. verb. nullo mandato, iudicemque in illam opinionem adduxerit, vt exiſtimet etiam cum vſitata Rati cautione admittendum. *d. l. 2. §. quod etiam.* Nam ſi dubitetur probabiliter de mandato, aut non plenum illud ſit, cogitur de Rato cautionem pręſtare, *l. 1. vbi Iaſ. num. 3. Cod. de procurator.* At procurator rei rem ratam dominum habiturum cauere non cogitur *l. exigendi 12. Cod. de procur.* niſi quandoque in realibus. *Spec. de ſatiſdat.* Nam de ſuo dependet, ſi dominus non ratificat, *l. non cogendum 45. de procurat.* Vt qui non admittitur niſi præſtita de iudicato ſoluendo cautione. vt hic in principio, & *§ ſi verò rem*, etiamſi mandatum habeat. *l. qui proprio. 46.* quia ſine hac ſatiſdatione nemo idoneus eſt alienæ rei defenſor. *§. vlt. hoc tit. d. l. vnic.* Hæc VVeſſenb. 7

DE FORMVLIS ET IMPETRATIONIBVS ACTIONVM SVBLATIS.

TIT. LVIII.

OLim licet actio competeret, non licebat eam proponere, niſi à Prætor eam impetraſſet, qui actori formulam petendi & actionem dabat. Quæ iuris formulæ cum aucupatione ſyllabarum inſidiarentur, vt qui formulis excideret, cauſa caderet, Conſtantinus Imper. illam captioſam impetrandæ actionis neceſſitatem è medio ſuſtulit, *l. 1. hoc tit.*

Digitized by Google

VBI ET APVD QVEM COGNITIO,

IN INTEGRVM RESTITVTIONIS AGITANDA SIT. TIT. XLVII.

PEti autem poteſt reſtitutio in integrum coram iudicibus ijs quibus rei cognitio ſpecialiter commiſſa eſt, vel quibus vniuerſitas cauſarũ delegata eſt,non autem coram arbitro vel ijs,qui nec lege,conſuetudine, vel principis authoritate propriam iuriſdictionem habent, *l.cùm primus,C. vbi,& apud quem, &c.* Quia regulare eſt quod in cauſa reſtitutionis in integrum,actor ſequatur forum rei, *l.quoniam, c.eod.* Ergo coram iudice ordinario rei qui conuenitur,petitio inſtituenda erit.*d.l.quoniam, & l.cùm ſcimus, C. eod.*

DE REPVTATIONIBVS, QVAE FIVNT IN

IVDICIO IN INTEGR. RESTITVTIO. TIT. XLVIII.

EFfectus primus reſtitutionis eſt quod reſtituto minore, omnia reponantur in priſtinum ſtatum, tam aduerſus minorem, quàm aduerſus extraneum:ſicuti enim reſtitutio ei damno non eſſe, ita nec lucrum afferre debet.Et ideo quidquid ad minorem peruenit, vel ex emptione, vel venditione,vel ex alio contractu, ex aditione hæreditatis, vel commiſſione doli, id totum reſtituet, ſicuti ſi interceſſor minor 25. annis interuenerit, in veterem & principalem debitorem transfertur actio. *l. vnic. C.de reputat.&c.*

ETIAM PER PROCVRATO. CAVSAM IN

INTEGRVM RESTITVTIONIS AGI POSSE. TIT. LXIX.

ET procedunt hæc ſiue minori ipſe per ſe petitionem inſtituerit,ſiue per procuratorem ſpeciale mandatum ad hoc habentem. Cùm enim reſtitutionis beneficium ſit extraordinarium, generali procuratoris mandato,iuxta Bartoli ſententiam non comprehenditur, *l.vnic.C.etiam per procur.cauſ.reſtit.*

IN INTEGRVM RESTITVTIONE POSTV-

LATA, NE QVID NOVI FIAT. TIT. L.

Digitized by Google

ALter effectus reſtitutionis in integrum eſt, quod poſtulata in integrum reſtitutione, omnia in ſtatu ſuo donec res finiatur manere, nec quid innouari debet, idque curabit iudex ad cuius partes ea res ſpectat, *l. vnica. C. de in integ. reſt. poſtul. &c.*

DE RESTIT. MILIT. ET EOR. QVI, REIP. CAVSA ABSVNT. TIT. LI.

ET habent iſti effectus locum non tantum in reſtitutione minorum, verumetiam maiorum, qui functionibus cauſa reip. ſuſceptis, rebus domi ſuæ relictis præeſſe non poſſunt. Nam abſens reipub. cauſa aduerſus omne ius tempore abſentiæ ſuæ amiſſum, vt ſi bonis ſuis aliquid deceſſerit, vel actiones competentes, temporis decurſu, expirauerint, reſtituitur. *l. ſi quid. de bonis. C. de reſtit. milit. &c.* Sicuti & miles, ſi ſe in militia agente, res ſuæ fuerint vſu captæ, vel in cauſam pignoris obligatæ, diſtractæ, contra vſucapionem & venditionem pignoris reſtituitur, *l. quod tempore, & l. quod militaribus eod.* Adeò vt hæres defuncti militis ex eius perſona reſtituatur, *l. ſi Valerianus eod.* Licet hæredis priuilegij acta & confirmata à defuncto non reuocentur, *l. ea quæ à patre eod.* Et obſeruandum, quod hæc priuilegia & tempora petendæ reſtitutionis, non ijs militibus, qui citra expeditionis neceſsitatem domi, vel alijs in locis degunt, ſed qui in expeditionibus procincti verſantes, ad confligendum ſemper parati ſunt, *l. ſancimus eod.*

DE TEMPORIBVS IN INTEGRVM, RESTITVTIONIS. TIT. LIII.

1 *Tempus in reſtit. in integr. olim varium.*
2 *Hæres minoris quomodo reſtituatur.*
3 *Tempus in integr. reſtit. quomodo computetur.*
4 *An & quomodo tempus hoc currat ciuitati vel eccleſiæ.*

HIc titulus tractat intra quæ tempora, & ad quanta reſtituantur tam minores & maiores, quàm eorum hæredes. Et erat olim quidem, vt de temporibus primum dicamus, inquit, Cuiac. *in Cod. h. tit.* omnibus iure prætorio conſtitutus annus vtilis ad petendam reſtitutionem in integrũ,
1 † deinde lege Conſtantini fuit reſtitutionibus quæ minoribus dantur, conteſtandis finiendiſque in vrbe & intra centeſimum milliarium vrbis præſtitutum quinquennium, poſt legitimam ætatem, in Italia quadriennium, in prouincijs triennium continuum, vt non malè *in C. Th. l. 5. huius tit.* habeat, iugè tempus, pro quo vulgo, iure, & Baſil. *ρομίνως* fortè quia ſibi vindicat continui temporis definitionem Iuſtinianus abrogata lege

Conſtan-

Conſtantini,conſtituens, vt non obſeruata differentia locorum, vel æta-
tatum intra quadriennium continuum agatur & peragatur cauſa reſtitu-
tionis in integrum, *l.vlt.hoc tit.vlt.inf.de rep.hæred.* quod quidem minoribus
numeratur,ex die primo anni 26. in diem extremum 29. vel ex die quo
inſinuauerunt veniam ætatis, *l.5.hoc tit.* militibus ex die miſsionis, *l.1.h.tit.*
& alijs abſentibus Reipublicæ cauſa ex die reditus. Altera quæſtio *in hoc*
tit. eſt,† de hæredibus earum perſonarum, quatenus in integrum reſtitui 2
poſsint,in qua ita diſtingui ſolet. Aut minor minori hæres extitit,aut mi-
nor maiori,aut maior minori,aut maior maiori. Si minor minori,hæredi
ex edicto datur poſt ſuam legitimam ætatem ex defuncti perſona, non
ſpectata tamen aut computata ætate defuncti,totum quadriennium ad in
integrum reſtitutionem,*l.interdum,ff.de minor.& Paulus 1.ſent.tit.eodem,& l.5.§.*
1.hoc tit. Si minor maiori nondum completo quadriennio, hæredi poſt le-
gitimam ætatem non datur totum quadriennium, ſed ex perſona defun-
cti id duntaxat tempus, quod defuncto ſupererat. *d.l.interdum.§.1.d.l.5.§.*
quod ſi maioris. l.vlt.in fi.inf.ſi ma.ſac.al.ſac. ſine decr. puta annus, ſi defunctus
vixerit,annis 28.Si maior minori, hæredi ſtatim ab adita hæreditate qua-
driennium datur ex perſona defuncti, *l.4.l.5.§.vlt.h.t.l.minor autem §.vlt.ff.de*
mino.l.4.ff.de in integ.reſt. Sin maior maiori, rectè Accurſius hæredi ſtatim,
ab adita hæreditate,id tempus dari,quod defunctus habuit. Et ſecundam
hanc diſtinctionem † in ſpecie,*l.2.huius tit.* ſi minor minori hæres extitiſti,
& militiæ nomen dediſti, maiorque redijſti, ex die reditus ad reſtitutio- 3
nem in integrum habes quadrienninm,itemque ſi minor redijſti, poſt le-
gitimam ætatem completam. Quod ſi maiori, nondum exacto quadrien-
nio,ipſi minor, vel intra quadriennium conſtitutus,hæres extitiſti,& mi-
litiæ nomen dediſti,reuerſo tibi tempus cedet,quod defuncto ſupererat,
ſtatim,ſi maior,vel poſt completam ætatem legitimam, ſi minor redijſti.
Etiam illud valdè notandum eſt,*ex l.1.hoc tit.* minori circumſcripto, qui in
militia exegit annum 29. aut 30. tempora reſtitutionis in integrum non
computari, niſi ex die miſsionis,*vt l.ſemper.§.ſi quis reipublica,verſi.* nam & ſi
ff.quod vi aut clam. quia ipſo iure continuatur beneficium reſtitutionis, *l.3.*
id eſt,*συναπτῶς φυλάττεται*,vt Baſil.interpretatur.Et tamẽ ſi maior qui tem-
poralem aliquam actionem habuit,militię nomen dederit,actionis tem-
pus ei cedit: ſed reuerſo cauſa cognita per reſtitutionem remittitur præ
ſcriptio temporis,*l.1.ſup.de reſtit.milit.* & ita accipienda eſt prima pars,*d.§.ſi*
quis Reipub. exemplo ſcilicet & argumento eius §. qui pręcedit.Plus tribui- 4
tur minori militię nomen danti quam maiori. An verò† & quomodo
tempus hoc currat ciuitati vel eccleſiæ,vide apud Panor.*in c.1.* cum ſeq. de
reſt.in integr.vt autem eccleſia poſsit petere reſtit.in integrum requirun-
tur quatuor.primo quod fuerit læſa occaſione illins contractus ſecundò
quod manifeſtè appareat de læſione, tertio quod ſit enormis lęſio. Nam
pro modica læſione non datur reſtitutio in integr. *c. pen. de reb. eccleſ.*

l.ſcio

Digitized by Google

l. ſcio de reſt. in integr. 4. vt petatur infra quadriennium à tempore læſionis. *c.1. de reſt. in integr. in 6.* niſi ſubſit iuſtiſsima aliqua cauſa, puta enormiſsima læſio, & tunc non currit quadriennium, vt gloſſ. *in d. c. 1.*

QVIBVS EX CAVSIS MAIORES IN INTEGR. RESTITVANTVR.

TIT. LIV.

ABſentibus reipublicæ cauſa comparantur illi, qui legationis officio funguntur, *l. ſi propter, C. quibus ex cauſ. &c.* Et militibus in expeditionibus occupatis illi, qui militari cuſtodia detinent. *l. ſi idcirco eod.* Vel qui captiui ab hoſtibus ſeruantur, *l. ſi ab hoſtibus eod.* Illi enim omnes ſi in abſentia læſi fuerint, cum rebus ſuis supereſſe non poſsint exemplo minorum & reipub. quæ minorum iure etiam vti ſolet, auxilium reſtitutionis etiã implorare poſſunt, *l. ſi reſpub. eod. & l. ſi idcirco. eod.* Nec hoc ita accipiendum eſt, quid alijs maioribus fuco aduerſariorum læſis non ſit ſuccurrendum; nam in contractibus bonæ fidei in quibus æquitas potiſsimum in conſiderationem venit, etiam maioribus officio iudicis cauſa cognita iura ſubueniunt. *l. in contractibus eod.*

DE ALIENATIONE IVDICII MVTANDI CAVSA FACTA.

TIT. LV.

Do hoc dixi, *ff. eod. tit.*

DE RECEPTIS ARBITRIIS.

TIT. LVI.

1 *Arbiter quis.*
2 *An à reductione boni viri liceat appellare.*

1 ARbitri nomen aliquando ita latè ſumitur, vt is arbiter dicatur, † qui vt vir bonus aſſumitur ad aliquod negotium definiendum, prout ſibi bonum & æquum videbitur, ita vt iudices nonnunquam appellentur arbitri, vt in l. quiſquis de poſtulando, aliquando ſtrictè ita vt opponatur iudici. Iudex enim eſt, qui ſententiam fert ex commiſsione publica: arbiter qui non ex publica, ſed priuata commiſsione facultatem habet
2 pronunciandi arbitrium ſeu laudum. Quæritur † an à reductione boni viri liceat appellare, Bart. in *l. 1. n. vlt. de leg. 2. hoc negat ſecutus Innoc. in c.* præſenti de teſtib. Couar. verò affirmatiuam ſententiam tenet hac ratione: nam ex eo quod quis pronunciat ſuper cauſa reductionis, iudex ordinarius eſt, ſed à iudicibus licet appellare l. in maioribus *1.* de appell, ergo & ab il-

ab illo, cum pro regula iuris præſumatur, donec exceptio probetur, l. omnis definitio *de reg. iur.*

DE SATISDANDO.

TIT. LVII.

1 *Satiſdare quid.*
2 *Satiſdationis definitio.*
3 *De cautione iudicis.*
4 *De cautione actoris & partibus h. caut.*
5. *De ſatiſdat. rei.*
6 *De cautione vtriuſque.*
7 *De cautione aduocati & procuratoris.*

SAtiſdare eſt † ſatis præſtare datis fideiuſſoribus, *l. 1. ff. qui ſatiſd. cog.* qui olim in his iudicialibus requirebantur 42. *de off. iud. in ver.* fideiuſſore, licet non in conuentionalibus, *l. promiſſor 21. §. fin. de conſt. pec.* ſed hodiè etiam in his iudicialibus receptum eſt, pignoribus poſſe caueri. Satiſdatio igitur de qua hic agitur, eſt actus iudicialis, † quo datis fideiuſſoribus vel pignoribus, idoneè de lite cauetur. Spec. *in hoc tit.* 1 2

Iudex olim † in ſingulis cauſis iureiurando cauebat, l. rem non nouam cum authentic. ſeq. Cod. de iudic. & paſsim in oratione Cicer. pro Roſcio Cęlio &c. hodiè ſolum initio officij, non ad ſingulas cauſas præſtat iuramentum, Nouell. 9. tit. iuſiurand. quod præſtatur. Nam poſt cœperunt officia eſſe, cum olim electione prætoris ſingulis etiam cauſis iudices vel priuati darentur, *l. ſolent de iuriſd.* vt omnino, dum opus fuerit in ſingulas iurari, hodie non item, mandata quaſi vniuerſitate cauſarum officijs, *in Authentic. de iudic. & de defenſ. ciuit.* In criminalibus tamen iudex etiamnum cauet interdum petentibus litigatoribus, præſertim reis: gibt jnnen ſicher gleitt zu recht/vnd vur vnrecht gewalt: quæ noſtris cautio ſecuritatis aut ſaluus cōductus dicitur. Panor. *c. vlt. de treug. & pac. Bart. l. vtimur 5. de ſepulch. viol. in leg. ſi quis reus 5. de public. iudic. lege prima de cuſtod. reor.* & contra violentiam facti, non iuris cauet. *Bart. l. vltim. num. 1. Cod. de dign. lib. 12. & in l. 3. num. 3. ad leg. Iul. Maieſt. lege prima, vbi Rebuf. de Nauacular. lib. 11. Alex. lege prima §. non fuit. de dol. mal. & conſ. 15. volum. 4. Mynſing. obſ. 82. cent. 1.* Continet autem liberam non tantum accedendi, ſed & recedendi facultatem: Bartol. *d. l. vltim d. l. 3. Rebuff. in d. lege prima. Cod. de nauacular. Bartol. l. vtimur. de ſepulch. viol. Alexan. d. lege prima §. non fuit & d. conſ. 15. vol. 4. Panorm. d. cap. vltim. de treug.* Sicher gleitt zu vnd ab/ vt vulgò loquimur: de quo Clarus *lib. 5. ſentent. §. fin. quæſt. 32. Menoch. lib. 1. de iudic. arbitra. quæſt.* 80. quam tum fragilem cautionem vocat Menoch. *d. conſ.* 100. *num.* 185. Iudex delegatus partibus etiam cauet per documentum ſuæ commiſsionis. *c. cum contingat. 24. de reſcrip.* cum ſimilibus. 3

Actor † quanquam iure veteri ſatiſdare non cogebatur. *§. 1. hoc tit.* hodiè tamen ſatiſdat, intra duos à tempore porrecti libelli menſes, ſe litem cōteſtaturum, *§. in auth. de execut. auth. libellum. Cod. de litis conteſt. glo. verb. nullam. §. 1. h. tit.* deinde ad finem vſque iudicij ſe in lite permanſurum: *Specul. de ſatiſ-* 4

dat. in prin. Tertiò pro expenſis, contingat ipſum ſuccumbere, & in expenſas condemnari. *auth. generaliter vbi Bartol. Bald. Addit Speculator, eod. tit. in princip.* has ſatiſdationes conſuetudine nonnunquam remitti: ſicut remittuntur interdum, vt immobilia poſsidenti, iure ciuili id eſt *ſciendum, ſatiſdat. cog.* quæ ſecundum communem opinionem etiam in actore obtinet. *Iaſon ibi num. 1. & 2. contra Bartol. & alios.* A reo poſtulatum † cauere iudicatum ſolui, etiam in criminalibus, *l. ſi quis 57. §. vltim. de fideiuſſ.* qua ſatiſdatione leuatur iure nouo, ſi cauerit iudicio ſiſti, & ſe ad finem vſque in lite perſeueraturum, *§. 2. inſtit. eod. Specul. eodem 52.* & tempore ſententiæ affuturum *C. alia hoc tit.*

5 Quod genus etiam in criminalibus recipitur *lib. 1. vbi Bart. l. 3. Cod. de cuſtod. reor.* ſicut & alia de reo præſentando, l. ſancimus 26. Cod. de fideiuſſor. Qui tamen per procuratorem litigat, iudicatum ſolui ſatiſdare debet *§. ſin autem in fi. h. t. 2 §. ſin autem adfuerit.* & ſe tempore ſententiæ præſtò futurum *d. §. alia.* niſi immobilia poſsideat: quo caſu tantum promittit, *d. l. ſciendum,* quæ propriè loquitur *in reo, vt gl. ibi.* Cæterum qui ſatiſdedit iudicatum ſolui, non tenetur ad aliam iudicio ſiſti *l. filiusfam. 14. vbi Iaſon. num. 8. poſt gloſ. ibi.* In criminalibus iure ciuili non tam facile reus ad cautionem admittitur, ſed potius vinculis, & carcere conſtringitur. *lege prima vbi Bartol ff. de cuſtod. reor.* etiamſi bona immobilia in loco iudicij poſsideat. *Iaſ. d. l. ſciendum 15. numer. 3.* Eſt etiam, cum in realibus exigitur à reo cautio de bonis non minuendis, *l. Senatuſconſul. 16. de off. præſid.* Eſt cum arreſtores mobiles, vel etiam perſona ſuſpecti de fuga præcludantur, *dicit. l. ſi fideiuſſor 7. §. pen. eodem:* immobiles cum fructibus ſequeſtrantur, *l. vnic. vbi Dd. præcipuè cur.* Quod tamen non niſi ex certis cauſis faciendum, de quibus *gloſ. & Dd. d. l. vnic. Iaſon Alexand. & nos ad litem de prob. ſeq. dicemus.* Nec enim huiuſmodi fugitiui obrati ad iuratoriam cautionem admittuntur. *in authent. de exhib. reis.* In perſonalibus eadem quoque cautio petitur, etiam antequam ceſſerit, aut venerit debitionis dies: maximè ſi vergat ad inopiam reus. l. in omnibus. de iudic. l. grege 13. §. ſi ſub conditione 5. de pignor. Minoribus etiam reus, qui carceribus relaxatur, iurat, ſe non vlturum, quidquid ibi paſſus eſt: ac ſi condemnatus ſit, pariturum ſe etiam ſententiæ. als der verwieſen wirdt / muß das landt verſchweren: welches man verpieten nennet.

6 Ab alterutro verò † exigitur cautio de non offendendo, ſi fortè formidoloſus ſit, & minas exequi ſolitus: *Bart. num. 7.* quæ etiam extra iudicium peti poteſt, *leg. illicitas. 6. §. ne potentiores 2. vbi Bart. de off. præſid.* Olim etiam ab vtraque parte, atque adeò eorum adminiſtratoribus exigebatur calumniæ iuramentum. leg. 1. 2. de iuram. prop. calum. l. rem non nouam, Cod. de iudic. quod etiamnum in Camera durat: *vide Gail lib. 1. obſ. 84.* ſed & hodie ab vtrique exigitur cautio iudicio ſiſti, & de proſecutione litis, ſi vter-

que

que ſit peregrinus, aut ob ſimilem cauſam, ne iudicium reddi poſſit eluſorium. contra *l. ſi prætor, de iudic.*

Aduocati olim † in qualibet lite, hodie initio officij iuramento cauent. *l. rem non nouam 12. cum authent. inſerta, vbi Dd. C. de iudic.* Procurator actoris non ſatiſdat rem ratam dominum habiturum, ſi apud acta factus ſit, aut pro præſente procuret. *l. vnic. C. eod.* quia mandaſſe patiendo intelligitur, *l. qui patitur* 18. mand. niſi probetur. mandatum reuocatum, *d. l. vnic. in fin. C. eod.* Si nullum mandatum habeat procurator, ne cum cautione quidem admittitur. *Dd. l. 1. C. de procurat.* niſi coniuncta ſit perſona, *l. ſed & hæ 35. de procur.* intra quartum gradum, *gloſſ. in l. cum alienam, C. de legatis.* quę tamen nec ipſa admittitur, ſi de contraria domini voluntate conſtet, *l. Pomponius* 40. aut niſi mandatum allegauerit *l. 2. §. hunc etiam*, vbi gloſſ. verb. nullo mandato, iudicemque in illam opinionem adduxerit, vt exiſtimet etiam cum vſitata Rati cautione admittendum. *d. l. 2. §. quod etiam.* Nam ſi dubitetur probabiliter de mandato, aut non plenum illud ſit, cogitur de Rato cautionem pręſtare, *l. 1. vbi Iaſ. num. 3. Cod. de procurator.* At procurator rei rem ratam dominum habiturum cauere non cogitur *l. exigendi 12. Cod. de procur.* niſi quandoque in realibus. *Spec. de ſatiſdat.* Nam de ſuo dependet, ſi dominus non ratificat, *l. non cogendum 45. de procurat.* Vt qui non admittitur niſi præſtita de iudicato ſoluendo cautione. vt hic in principio, & *§ ſi verò rem*, etiamſi mandatum habeat. *l. qui proprio. 46.* quia ſine hac ſatiſdatione nemo idoneus eſt alienæ rei defenſor. *§. vlt. hoc tit. d. l. vnic.* Hæc VVeſſenb. 7

DE FORMVLIS ET IMPETRATIONIBVS ACTIONVM SVBLATIS.

TIT. LVIII.

Olim licet actio competeret, non licebat eam proponere, niſi à Prætor eam impetraſſet, qui actori formulam petendi & actionem dabat. Quæ iuris formulæ cum aucupatione ſyllabarum inſidiarentur, vt qui formulis excideret, cauſa caderet, Conſtantinus Imper. illam captioſam impetrandæ actionis neceſſitatem è medio ſuſtulit, *l. 1. hoc tit.*

Google

DE IVREIVR. PROPTER CALVM. TIT. LIX.

1 *Calumniæ iuramentum quid, & quando præſtandum.*
2 *Pœna non iurantis.*

1 CAlumniæ iuramentum eſt † cum quis iurat ſe bona fide & non calumniandi animo agere, vel reſpondere, nec calumniandi animo egiſſe vel reſpondiſſe, *l.2.§.antiqua hoc tit.* hoc iuramentum ſtatim poſt litem conteſtatam, & ſi ante litis conteſt. quandoque præſtari deberet, puta ſuper except. dilatoria, *c.fin.hoc tit.* tam per procuratorem habentem ad hoc ſpeciale mandatum, quam per ipſum principalem *c.fin. ext.hoc tit.* præſtari
2 debet, ita vt expreſſe remitti non poſsit. l.2.§.ſed quia h.tit. *Gail lib.1.obſ.*84. Pœna † non iurantis de calumnia eſt, vt ſi actor hoc præſtare noluerit, per ſententiam actionis iacturam ſuſtineat, hoc eſt cauſa cadat: reus verò tanquam confeſſus condemnationem ferat *d.l.2.§.pen. Gail lib.1.obſ.* 86. & 87. vbi de pœna non iurantis de malicia tractat. Debet autem & poteſt exigi iuramentum in omnibus cauſis ciuilibus, & hodiè quoque in ſpiritualibus *c.2.§.1.eod.in 6.* ſed non in criminalibus, cum ſufficiat inſcriptio *d.l. vlt.C.de accuſ.non.leg.97.*

LIBER TERTIVS
COD. DE IVDICIIS.
TIT. I.

1 *Iudicum diuiſio.*
2 *Delegati & ordinarij differentia, & de recuſ.iudicis.*
3 *Explicatio l.properandum in qua de contumacia actoris & rei agitur.*

IVdices alij ordinarij, alij delegati. † Ordinarij dicuntur qui propriam habent iuriſdictionem. Delegati qui mandatam † *l.1.§.qui mandatam.ff.de offic. eius cui mandet.* Vnde fit vt ordinarij iudices ſuam iuriſdictionem, ſuaſque cauſas delegare poſsint, non iudices delegati. attamen delegare poteſt qui à principe delegatus eſt, *l. à iudice hoc tit.* Ratio eſt, quia delegatus tantam poteſtatem habet in cauſa ſibi demandata, quantam ordinarius in ſuis cauſis, quia latiſsimè ſunt interpretandæ principum conceſsiones l. beneficium ff. de conſtit. vnde fit, vt delegatus in huiuſmodi cauſa ſit maior ordinario. Prædictis non

aduerſatur *auth. ad hæc hoc tit.* nam ille locus non agit de iudice cauſam ſuam prorſus delegante, & in delegatum iuriſdictionem ſententiæque pronunciationem tranferente: ſed de eo tractat, qui ſententiam ea lege delegat, vt ſententiæ delationem ſibi conferant. Differunt quoque ordinarius † & delegatus principis. nam hic vt ſuſpectus recuſari poteſt. *l. apertiſſimi 11. hoc tit.* etiamſi delegatus ſit cum clauſula, remota recuſatione quæ ſicut & clauſula remota appellatione, intelligenda eſt de leuibus & modicis ſuſpicionibus, *Gail lib. 1. obſ. 33.* Ordinarius verò non item, ſed ei alius adiungi debet *auth. ſi verò, hoc tit. arg. l. vnic. quando Imper. inter pupill. &c.* idque fortè ob præſumptam eius iuſtitiam, & fidem, & ne ſplendor magiſtratus vlla ſuſpicionis labe obſcuretur. Nec obſtat *l. ſi conuenerit 18. ff. de iuriſd.* ibi iudicis ordinarij iuriſdictio non recuſatur, ſed eius in cuius iuriſdictionem partes conſenſerant. Non obſtat quoque *l. 17. ff. de iuriſd.* quia ſingulare eſt, vt recuſari poſſit iudex, quia in eadem cauſa fuit aduocatus. An autem cauſa ſuſpicionis in eo ſcripto, vel libello recuſatorio exprimenda ſit, inter Ius Canonicum & ciuile differentia eſt. Logiſtæ tenent cauſam non exprimendam, ſed ſufficere allegationem ſuſpicionis in genere, ſecundum formulam recuſandi, quam tradit gloſſa *in d. l. apertiſſimi in Ver. libello,* (puta: vt quoniam res periculoſa eſt, & triſtes ſolet ſortiri euentus ſub iudice ſuſpecto ſubire iudiciũ; ideo audientiã tuã recuſo; vel ſi delegatũ velit recuſare, debet dicere: Domine delegãs, quia delegatus mihi ſuſpectus eſt, peto illum remoueri. quo caſu intra triduum debent eligi partes, qui cognoſcent de cauſis ſuſpicionis *l. fin. hoc tit.*) dummodo tamen recuſans iuramentum præſtet de calumnia, quo calumnioſè non recuſet. nam hoc iuramentum loco probationis erit, cùm quilibet præſumatur memor eſſe ſalutis ſuæ. *gloſſ. in d. l. apertiſſimi.* Et proinde arbitri à partibus electi, ſecundum ius ciuile, omiſſo articulo ſuſpicionis in cauſa principali cognoſcunt, quia cùm cauſa libello non ſit inſerenda, per conſequens nec probanda eſt. *l. fin. hoc tit.* Canoniſtæ verò aliter ſentiunt, videlicet cauſam in libello excuſatorio exprimendam, & coram arbitris electis probandam eſſe. *c. cum ſpeciali de appellat.* ſi non probetur, aut illegitima ſit, cauſam ad iudicem recuſatum remittendam, prout in appellationibus, ab interlocutorijs, quibus recuſationes comparantur, *ſup. in ff. de app.* Quod ſi probata fuerit cauſa ſuſpicionis, tunc demum arbitros de principali cauſa cognoſcere. *vide latius D. Gail lib. 1. obſ. 33.*

Ad officium iudicis pertinet, vt lis triennio à tempore litis conteſtatæ finiatur, ſi ciuiliter agatur: ſin criminaliter biennio, *l. properandum 11. hoc tit.* breuius tempus criminali cauſæ ſtatuitur, quàm ciuili, ne diutius de vitæ periculo reus dubitet. vnde fit, vt doctrina hæc procedat ſiue per viam accuſationis, ſiue etiam inquiſitionis, de crimine cognoſcatur. *Bald. in d. l. 11.* In praxi verò ſequimur Ius Pontificium quo inſtantia nullo perit tempo-

Digitized by Google

re, *c. venerabilis eod.* Eatenus tamen *d.l.* properandum adhuc hodiè in Camera, in noſtris & alijs curijs practicatur, vt ſi actor intra triennium in cauſa ciuili nihil egerit, reus poſsit dicere inſtantiam eſſe peremptam & deſertam.

3. In eadem l. properandum † per totum agitur de pœna actoris & rei contumaciter abſentis. Et quidem ſi poſt litem conteſtatam actor ter citatus, vel ſemel peremptoriè non comparet, reus præſens abſoluitur ab inſtantia, actore in omnes expenſas condemnato, aut ſi iudici liquet de cauſæ meritis, ſententiam proferet definitiuam pro eo cuius iuſta cauſa apparet, ſiue ſit reus præſens ſiue ſit actor contumax. *d.l. properandum, §.* & ſi quidem. Contumax tamen ſemper condemnabitur in expenſas, ſiue litem perdat, ſiue vincat. Nam quod dicitur victum victori in expenſas cōdemnari, hoc exaudiendum eſt, quando ſententia parte vtraque præſente lata eſt, atque ita intelligendus eſt, *§. ſin autem alterutra, d.l. properandum.* Quidem ſi actore contumace exiſtente reus ſuſcipere malit onus probādi, vt poſtea definitiuè abſoluatur, quàm mox ab inſtantia tantum abſolui. audietur. Nam intereſt eius plurimum vt abſoluatur definitiuè. quia reus tantum ab inſtantia abſolutus, per eandem inſtantiam rurſus de eadem re alioquin conueniri poterit, *l. ſancimus 13. h.t. & l. poſt edictum ff. eod.* Et hæc de contumacia actoris. Nunc de rei contumacia.

Vbi lis conteſtata eſt, reo contumaciter abſente, iudex ex ijs, quæ probata ſunt, vel adhuc probari poſſunt ab actore præſente, procedit, vel ad condemnandum, vel ad abſoluendum reum: aut ſi minus probatum fuerit, poſſeſsionem actori adiudicat, ſalua reo proprietatis quæſtione, *c. pro ut ext. de dol. & contum. l. conſentaneum 8. C. quomodo & quando iudex.* Porrò quod attinet ad actorem ante litem conteſtatam abſentem, is ſi ſemel in iudicio comparuit, & libellum exhibuit, deinde lite nondum conteſtata incipiat eſſe contumax, tunc in arbitrio rei erit, poſt tres inſequentes iuridicas elapſas, aut petere abſolutionem à citatione, aut in contumaciam actoris litem negatiuè conteſtari, & demum in cauſa principali procedere: poteſt enim reus onus probandi in ſe recipere, *Auth. qui ſemel. C. quomodo & quando iudex. C. cauſam quæ ext. de dolo & Contum. vbi Panor. 17.* quod in prçiudicium actoris contumacis receptum eſt, ſecus eſt in reo. Nam illo contumace exiſtēte actor mittitur in bonor. poſſ. pro modo debiti, *c. 1. & pen. ext. de dolo & cont* vel agitur ad Barum contra reum, ſiue excommunicatur, *c. ſuæ ext. vt lite non conteſt. Gail lib. 1. obſ. 60.* ſed non iure Cod. vel Pontificij ſententia definitiua lite nondū cōteſtata contra reū profertur. Ratio diuerſitatis eſt, quia maior eſt cōtumacia actoris quā rei: Actor enim agere nō tenetur, reus vero citatus comparere debet. Item reorum eſt fugere. Ordinatio tamē, quoad contumaciç proceſſum, non diſtinguit inter actorem & reum. nam vtroque caſu libello exhibito, lis in contumaciam pro conteſtata accep-

tatur, & demum ad diffinitiuam proceditur, *parte 3. tit. 42. d. Amb. atqui ſemel.*

DE SPORTVLIS ET SVMPTIBVS IN DIVERSIS IVDICIIS FACIENDIS.

TIT. II.

QVi initio cauſæ apparitor aſſumptus eſt, poſtea mutari nequit, ſed debet omnes exequi citationes, quibus in illa opus eſt, *l. 1. hoc tit.* niſi in officio vel negligenter, vel malitioſè verſetur. quod intelligendum eſt de apparitore iudicis, nón arbitri. nam arbitri non habent certos nuntios ſiue executores, quibus mandata ſua exequantur, *l. ſi interpellatur. §. 1. ff. de arbitr.* Cæterum ſportulæ ſunt hoc loco ſalaria apparitoribus & iudicibus elargienda.

DE PEDANEIS IVD.

TIT. III.

IVdices cauſas minuendas delegare poſſunt, *l. vlt. hoc tit.* ſed cauſas medias, id eſt, pecuniarias, quæ excedunt ſummam trecentorum aureorum, delegare nequeunt, niſi vel publicis negotijs occupentur, vel obruantur cauſarum multitudine : at cauſæ maximæ & criminales non delegantur, *l. 2. hoc tit.* Pedanei autem iudices de cauſa humili ſibi commiſſa cognoſcere, & non remittere ad ſuperiorem debent, *l. 3. hoc tit.* Hi nullam iuriſdictionem, nec ſolennem & plenam cognitionem habent, quia humiliora negotia breuitatis & celeritatis cauſa per adnotationem tantum diſceptant, & quaſi plano pede iudicant, *Nouel. 82*

QVI PRO SVA IVRISD. IVD. DARE, DARIVE POSSINT.

TIT. IV.

MAgiſtratus, cui id lege moribuſque permittitur, iudices dare poteſt, *l. 2. l. vlt. hoc tit.* Dari quoque poſſunt omnes qui non prohibentur, l. cùm Prætor. *l. cætus 16. ff. de iud.* vbi diximus.

NE QVIS IN SVA CAVSA IVDICET, VEL SIBI IVS DICAT.

TIT. V.

HIc titulus per ſe clarus eſt.

QVI LEGITIMAM PERSONAM STANDI IN IVDICIO HABEANT, VEL NON. TIT. VI.

IN iudicio ſtare nequit ſeruus. *l.6.& 7. de iudic.* nec minor ſine curatoris, nec pupillus ſine tutoris authoritate & conſenſu, quamuis ſententa lata pro pupillo, vel pro minore valeat. *l.non eo, de procurator.* Hoc tamen diſcrimen eſt inter minorem & pupillum, quod ſententia contra pupillum lata indiſtinctè ſit nulla, ſed contra minorem lata, in cauſa poſſeſſorij ſubſiſtat, licet non valeat in cauſa proprietatis *l.~lt.h.t.*

VT NEMO INVITVS AGERE VEL ACCVS. COG. TIT. VII.

MVlta huic titulo videntur aduerſari, vt *l.Iulianus 13. §.ſi venditor ff. de act.empt.l.2.ff.ad l.Rhod.de iact.* Sed dicendum huius pręſentis tituli ſenſum eſſe, quod cum experiundi facultas in arbitrio actoris conſiſtat, nemo cogi poſſit inuitus agere ab eo, cuius nil intereſt.

DE ORDINE IVDICIORVM.

TIT. VIII.

NE autem cognitio cauſarum confundatur, iudici ſummoperè cauendum eſt, ne cauſas maiores & minores cumulet: incidentes, quæ principalibus præiudicare poſsint negligat, vel non attendat. Vnde quoties in vno iudicio plures oriuntur quæſtiones, ita vt plerumque ordinari debeat iudicium, vt diſceptetur vna prius, quàm altera: veluti criminalis prius, quàm ciuilis, momenti prius q̃ proprietatis. *l.1.& 2.hoc tit.* quamuis in arbitrio iudicis ſit, hunc vel illum ordinem ſequi, & vtramque commiſcere & cumulare quæſtionem. *l pen. hoc tit.* Quod autem diximus, cauſam criminalem prius eſſe terminandam, hoc vetum eſt, quando vtraque eſt principalis, *l.3.hoc tit.*

DE

DE LITIS CONTESTATIONE.

TIT. IX.

1 *Litis conteſtatio quid.*
2 *Neceßitas litis conteſt.*

LITIS conteſtatio † (vulgò germanicè Die Kriegsbefeſtigung) eſt negotij principalis coram iudice facta narratio, & ſubſecuta reſponſio. *l. vnic. hoc tit.* non enim per poſitiones, ſiue nudam petitionem, ſed per narrationem continentem actoris petitionem, & rei reſponſionem, litis cõteſtatio inducitur, *c. vnic. h. t.* Hæc litis cõteſtatio † adeo in iudicio neceſſaria eſt, vt ob eius omiſſionẽ (quod tamen Camera nõ tã ſtrictè obſeruat. *Gail lib. 1. obſ. 75.*) proceſſus vitietur. Nam, ratio naturalis dictat, vt nemo violenter aut tumultuariè obruatur iuriſdictione, quæ ordinatio Dei eſt. *Rom. 13.* 1 2

DE PLVS PETITIONIBVS.

TIT. X.

PEtitur plus quatuor modis: re, tempore, loco, & cauſa. *vide §. plus autem, & ibi Mynſ. inſt. de act. vbi pœna plus petentis tractatur.*

DE DILATIONIBVS.

DE FERIIS.

De his titulis diximus ff. eod.

DE IVRISDICT. OMN. IVD. ET FORO COMP.

TIT. XIII.

1 *Competentia iudicis quomodò cognoſcatur.*

ACTOR litigare volens, iudicem competentem adire debet, alioquin ſententia à iudice incompetente lata, nulla erit; niſi fortè litigatores non ſui iudicis iuriſdictionem prorogauerint. *l. non debet hoc tit.*
Competentia verò iudicis † cognoſcitur ex foro rei, quem actor ſequi debet. *l. 2. hoc tit.* Sortitur autem reus forum quatuor modis, vti aliàs in ff. monuimus. 1

QVANDO IMPERATOR INTER PVPILLOS, VIDVAS, VEL ALIAS MISERAS PERSONAS COGNOS. TIT. XIV.

PErſonas miſerabiles ſunt pupilli, viduæ, vel alio longo morbo debiles, quæ in ius extra prouinciam ſuam ob ſumptus, aliaſque incommoditates vitandas, trahi prohibentur: at ipſæ ſi timent aduerſarium, cogere poſſunt, vt compareat coram principe, licet longè diſtet ab eius prouincia. *l. vnic. hoc tit.*

VBI DE CRIMINIBVS AGI OPORTEAT. TIT. XV.

1 *Delictorum forum competens.*

DE criminibus quis accuſari poteſt tribus in locis, vel loco delicti commiſſi, †vel vbi cœptum eſt de crimine agi, vel in loco domicilij. *l. 1. h. t.* vagabundi autem vbiuis locorum *gloſſ. & Bart. in d. l. 1.* quamuis regulariter potiſſimum fit cauſa & cognitio eius iudicis, in cuius territorio commiſſum eſt delictum. Nam ſi is qui deliquit fugit extra prouinciam illam in qua deliquit, iudex delicti commiſſi rectè petet eum ad ſe remitti. *VVeſſ. in parat. ff. in fir. de iud. Iul. clar. quæſt. 38. V. tutoris, §. fin. Couar. pract. quæſt. c. 11. n. 9.* ratio deſumitur ex *l. capitalium, ff. de pœnis.* cui niſi compareat iudex requiſitus, in tribus libris auri punietur. *§. ſi verò, d. l. capitalium.* Et hoc Dd. procedere limitant ſi iudex requiſitus nondum de crimine cognoſcere cœperit. *d. l. 1.* & vterque ſubſit vni principi. *Boer. deciſ. 29.* Sed hodiè moribus noſtris vix remiſsionibus locus eſt.

VBI DE POSSESSIONIBVS AGI OPORTEAT, TIT. XVI.

EAdem ratione in iudicio momentaneæ poſſeſſionis propter violentiam commiſſam, accuſari poteſt deijciens coram iudice loci vbi exiſtit poſſeſſio, & coram iudice domicilij, & loci vbi vis commiſſa eſt. *l. 1. hoc tit.*

VBI FIDEICOMMISSVM PETI OPORTEAT. TIT. XVII.

FIdeicommiſſa & legata peti debent vel in loco hæredis, vel vbi hæreditas, ſiue maior pars relicta, vel vbi fideicommiſſa ſunt ſita. *l.1. hoc tit. l.1. inf. vbi in rem actio.*

VBI CONVENIATVR QVI CERTO LOCO DARE PROMISIT. TIT. XVIII.

DE hoc titulo diximus ff. eod. tit. Hic quæritur an generaliter in quolibet loco conueniri poſſit debitor: quod exiſtimant Placent. *in l.1. ff. eod. & Iaſ. in §. loco inſt. de act per l. eum qui inſulam, 44. ff. de iudic. l. ſi duo, §. 1. ff. de conſt. pec.* At cæteri dicunt quod debeat conueniri tanquam nullo præfixo ſolutioni loco, in idoneo loco, puta originis, domicilij, vel contractus, *l. hæres abſens 19. §. vlt. ff. de iudic.*

VBI IN REM ACTIO EXERCERI DEBEAT. TIT. XIX.

QVI conuenitur in rem actione, non ſolum coram iudice domicilij, ſed & coram iudice loci in quo res quæ vendicatur, ſita eſt, conueniri poteſt: *l.1. hoc tit.* quia res ipſa magis intelligitur conueniri, quam perſona eam detinens. *l. Imperatores, ff. de public. in rem act.*

VBI DE HAEREDITATE AGITVR, VEL VBI HAEREDES, &c. TIT. XX.

AGens petitione hæreditatis, vel hæres poſſeſſionem rerum defuncti petens, debet à iudice illius loci, vbi res hæreditariæ ſitæ ſunt, petere, vel à iudice domicilij. *l. vnic. hoc tit. l. ſuſpecta, §. vlt. ff. de inoff. teſtam.*

Digitized by Google

VBI DE RATIOCINIIS TAM PVBLICIS, QVAM PRIVATIS, AGI OPORTEAT. TIT. XXI.

QVI negotia aliena adminiſtrauit, vt tutor, negotiorum geſtor, & ſimiles, conueniri ſolent eo loci vbi officio functi ſunt, etiamſi ibi non habitent ſiue reperiantur, *l. 1. hoc tit.* quod ſpecialiter receptum eſt, vt teſtimonia ſint magis nota, & iudex & partes melius inſtruantur: cùm alias in contractibus ciuilibus non fiat remiſſio. *Auth. quæ in prouincia ſup. vbi de crimine agi oportet.*

VBI CAVSA STATVS AGI DEBET. TIT. XXII.

EAdem regula quòd actor forum rei ſequi debeat, quoq; in cauſa ſtatus ſeruanda eſt. partes autem rei ſuſtinet, qui poſſeſſionis commodo gaudet. ſeruus igitur in quaſi poſſeſſione libertinitatis conſtitutus, vbi commoratur, eſt conueniendus. *l. ſi in poſſeſſione, hoc tit.* Sed ſi in quaſi poſſeſſi. ſeruitutis conſtitutus in libertatem proclamet, debet dominum conuenire vbi domicilium habet. *l. ſi ex poſſ. ſſ. hoc tit.*

VBI QVIS DE CVRIALI VEL COHORTALI ALIAVE CONDITIONE CONVENIATVR. TIT. XXIII.

SIcuti ſeruus fugitiuus à iudice loci vbi reperitur capi, & ad iudicem prouinciæ vnde receſſit remitti poteſt: *l. 1. ſup. tit. prox.* ita liber homo obnoxius curiæ vel cohorti, ſi inde aufugerit, per iudicem eius loci, vbi deprehenditur, curiæ & cohorti reſtitui poteſt. quod in arbitrio actoris eſt. *l. 1. h. tit. Bald. in ſum. h. tit.*

VBI SENATORES VEL CLARISS. CIVILITER VEL CRIMINALITER CONVEN. TIT. XXIV.

VIri clariſſimi ſine diſtinctione in loco commiſſi delicti conueniri poſſunt. *l. 1. hoc tit.* Illuſtres verò & ſpectabiles tantum coram principe eorum in criminalibus, vel coram à principe delegato, qui tantum de

crimine cognoſcit, & principi illud ad condemnandum eos, ſignificat, conueniri poſſunt. In ciuilibus verò cauſis coram ordinario conueniuntur. *vide Brant. & VVeſ. hic.*

IN QVIBVS CAVS. MILIT. FORI PRAESCRIPT. VTI POSSINT.

TIT. XXV.

MAgiſter militiæ eſt iudex militum ordinarius. quod fallit ſi pro debitis publicis conueniantur, *l. vnic. hoc tit.* & priuilegio fori renunciarint.

VBI CAVSAE FISCALES, VEL DIVINAE AGANTVR.

TIT. XXVI.

DE bonis ad Fiſcum delatis & deferendis, vel de pœna pecuniaria fiſco inferenda, vel de eo quod ex cauſa fiſco debetur, cognoſcit Cæſaris pocurator. *l. 6. & 7 h. t.*

QVANDO LICEAT VNICVIQVE SE, VEL PVBLIC. &c.

TIT. XXVII.

LICET nemo ſibi ius dicere poſſit: hic tamen quidam caſus ponuntur, 1
quibus alicui ſe vendicare permittitur, vt ſi reperiat quis nocturnum
agrorum depopulatorem: vel eum qui deſerens principem, ad hoſtem fugit. *l. vlt. hoc tit.* 2

DE INOFFICIOSO TESTAMENTO.

TIT. XXVIII.

1 *Legitima quid, & vnde dicta.*
2 *Conſuetudo & pactum paribus paſſibus ambulant.*
3 *Statutum legis nomine venit.*
4 *Legitima vnius eſt, licet ex natura cauſam trahat.*
5 *Legitima fauorabilis.*
6 *Surrogatum ſapere debet naturam ſurrogati.*
7 *Legitima æs alienum non eſt.*
8 *Legitimæ ſpecies.*
9 *Legitima ab inteſtato quid.*
10 *Legitima ex teſtamento quid.*
11 *Legitimæ cauſa efficiens.*
12 *Impulſiua.*
13 *Cauſa inſtrumentalis, & quibus debeatur legitima.*
14 *Materia legitimæ.*
15 *Materia circa quam.*
16 *Materia ex qua, & qua computantur*

in legitimantur.
17 *Forma*
18 *Legitimæ præſtandæ tempus.*
19 *Finis legitimæ.*
20 *Effectus.*
21 *Adiacentia.*
22 *Affinia.*
23 *Contraria.*

QVia hi tres tituli ſequentes à VVeſſ. latè ſunt tractati & expoſiti: neo
in ſuis paratitlis, fortè propter prolixitatem adponuntur,
ideò hic ſubijcero voluimus eos vtpote vtiles, adiunctis aliquibus meis
annot. Quoniam pleraſque huius titu. leges quarum quidem hodiè ſit v-
ſus, attigimus, ſuffecerit, ne cogamur de ijſdem eadem repetere, aliquid
ad *Auth. nouiſſ.* commentari, de legitima, quod tam ad huius, quam ſequentium
1 Tit. intelligentiam non parum conducere poteſt. Huius ſumma eſt. † Quod
legitima liberorum, quę olim erat quarta, ſeu quadrans bonorum *l. 6. hoc
tit.* hodiè ſit triens, ſi quatuor ſint liberi, vel pauciores: ſi verò plures, ſe-
miſsis, eamq; legitimā ſine onere liberi habere debeant, quæ tota res cō-
modum per vſitata capita poterit exponi. Legitimum à lege nomen ha-
bet, & ſignificat lege inſtitutū ac definitū eſt, vt legitima hæreditas, *l. 1. de
ſuis & leg. l. lege 130. de V. S. l. ad S. C. Tert. l. 1. 2. 3. de pet. hær. l. is. autem 11. de iur. pat.* Actio.
§. ſed iſte Inſt. de act. vxor. l. 4. de ritu nupt. tutela. *Inſt. de legit. tut.* Cognatio, *l. ſi qua 12.
§. vlt. de ritu nupt.* Quantitas, *l. donationes 25. inf. de don. int. vi. & vx. l. ſancimus 24. inf.
de don.* Vſura, *l. 7. §. pecuniæ 4. de adminiſt. tutor.* Ætas. *l. vlt ſupra de ijs qui non ætat.*
Spatium, *l. 14. de ſeruit. vrb. prædior.* Modus. *l. 3. §. de morte infer. l. 21. de don. l. 1. de ex-
ord. cognat.* Verba, *l. vlt. inf. de teſtam. tut.* Libelli, *l. 3. §. 1. de appell.* Itaque quę ex hę-
reditate, lege ſtatutuve debetur alicui portio, legitima eſt dicta, quę ex le-
ge cauſam habet. *Bal. l. l. maximum 4. num. 14. inf. de lib. præter.* Idque rectius eſt,
quam Corraſij ſententia, exiſtimantis hanc portionem ſic dictam, quod
æqua ac iuſta ſit. *Corraſius in l. ſi ium. 24. nu. 75. inf. famil. erciſc.* Sic etiam Falcidiam
legitimæ nomine deſignari receptum eſt. *Nou. 18. in prin. de trien. & ſemiſſ. &
Nouel. 1. de hæredit. & Falcid.* quomodo & hæc contra nomine Falcidiæ venit,
d. l. Papinia 8. ff. co. l. quiſquis 5. inf. maieſtatis. Bart. in l. 1. infr. ad l. Falcidiam. Sed propriè
& communiter legitimam vocamus portionem debitam ijs, qui de inof-
ficioſo agere poſſunt, *d. l. 6. h. tit. l. 5. infr. tit. 1. §. 1. Nou. 18. de trien. & Nou. 1. in prin.
2 de hæred. & falcid.* † Quoties verò conſuetudine vel ſtatuto. nam hęc paribus
paſsibus ambulant. *Crauet. conſil. 137. nu. 2 & 3. per l. de quib. 31. vbi gl. & Dd. dell. l.
omnes 9. de inſt. & iur.* eodemque etiam nomine & iure continentur, *Crauet.
conſ. 251. nu. 3. Curt. hac feud. 4. 3. n. 5. & 10.* alia quantitas deſignata eſt, ſicut deſig-
nari poteſt. *Bal. leg. 4. n. 14. inf. de libe. præterit.* per legem ſancimus. *penult. inf. de
3 nupt.* toties nomen legitimæ de ſtatuaria, non legali erit accipiendum. *Bal.
d. l. 4. n. 14.* quia iuris ac legis nomine ſtatutum venit, & iure communi de-
rogat. *Bal. d. l. 4. in pr. Iaſ. latè. l. 2 n. 15. 16. ſup. ſi contra ius vtilitat. &c. & in & omnes 9.
n. 20. de Inſt. & iur. Marant. diſp. 2. n. 18* Eſt igitur legitima † vt nomen indicat de-
bita alicui ex lege portio hęreditaria, *l. 2. & 5. inf tit. 1.* Siue ab inteſtato de-
beatur, *l. 8. h. t.* ſiue ex teſtamēti cauſa, *d. l. inf. t. 1.* quo ſenſu potiſsimum legitimæ

nomen accipitur hoc in argumento, cui ab inteſtato non eſt locus, niſi in ijs quæ ab inteſtato excluduntur. Vt declarat *AEmil. conſ.1.nu.3.4.& ſeq.per tot.*

Eſt autem hæc legitima Ciuilis, licet ex natura cauſam trahit. *l.22.in fi. de adop.§.1.Nou.18.de trien.& ſemiſſ.§.ſi quis autem.Nou.de hered.& falcid.* Decius in l.iura ſanguinis.6.nu.7.de R.I.Et eſt fauorabilis.*Corraſ.l.filium n.* 100. *inf.famil.erciſ.*†quoniam omni iure etiam naturali debetur,*c.ius natural.diſt.1.l.cũ ratio.7.de bon.damn.*fauorabilior quidem pia cauſa,*ſi quis 37.vbi gloſ.& Dd. inf. de Epiſc.& cleric.*patroni cauſa.*§.1.cum ſeq.Inſti.de ſucceſ.liberto* Falcidia & Trebellianica,*l.quanquam 10.inf.de falcid.l.iubemus 6.inf.ad Trebel.vbi Bal.l.ſcimus 36.§.illud 2.vbi Bald.h.t.*†Itaque bonę fidei putatur eius eſſe natura & actio, ſic ut etiam eſt petitio hæreditatis,*l.vlt.in fi.inf.de pet hered.§.actionum Inſt.de act.* Cuius partem cum petat.*l.ſcimus 36.§.1.h.tit.Corraſius d.l.filium.24.n.102.inf.familerciſc.eodem* iure cenſeri debet,*l. quæ de tota.76.de rei vendic.l.1.& tot.tit.ſi pars hered.petat.*de qua re plura *Bald.in d.l.ſi quis 6.§.legis h.t.*prȩſertim cum ſurrogari credatur alimentis.*Bal.l.lege.14.nu.1.verſ loco alimentorum inf.de legit. heред.l.ſi quis 33.nu.5.h.t.Cyn.in l.ſancimus 24.n.2. inf. de nupt per §. hoc nos & §. prohibemus. Nouell.18.de trien.& ſemiſſ.*poſt mortem ſaltem eius qui alere debuit.*Iaſ. in ſuis nu.1.8.15.de libe.& poſthum.l.is poteſt.15.n.17.cum ſeq.de acquir.hered.* natura debitis,*l.1.in fin.vbi Bald.& Dd.de inſt.& iur.l.necare,4.de lib.agn.*†quorum maximus fauor.*l.2.de ferijs.* Subrogatum autem ſapere debeat naturam eius cui ſubrogatur.*l.ſi eum 10.§.qui iniuriam 2.ſi quis caution.vbi Iaſ.* Sed & comparantur doti.Phil.Franc.Gemm. *& Dd.c.2.de pactis in 6.* cuius cauſa pia eſt & fauorabilis, vt loquitur Cyn.*d.l.ſancimus 24.nu.2.inf.de nup.Dd.l.1.ſol.matr.* vt & hanc eſſe eiuſdem naturæ omnino dici debeat ex iure parium.*l.ſi ſocer 44.in fi.ſolut.matrim.l.vlt.inf.de indic.vidu.*& quoniam dos quæ ſurrogatur legitimæ.*d.l.2.*non debet eſſe melioris conditionis, quam id cui ſurrogatur vt principali.*l.ſi quis acceſſionis.vbi Dd.de Fide Iuſt.* Cæterum, an pro ære alieno habenda ſit, meritò dubites, Corraſ.quidẽ habet indiſtinctè.*d.l.filiũ 24.n.86.& 101.inf.fam.erciſc.ex gloſſ.l.ſi quis 6.verbo poteſt.de falſis.*qui tamen ait hoc de ęquitate pcedere nõ de rigore,*per l filius 14.eod.de falſ.*Rectius dixeris propriè & ſimpliciter non eſſe ęs alienum, quoniam hoc ante legitimam deducitur,*l.Papinian.8.§.4.9.ff.eod.Iaſ.l.pro herede.20.§.ſi quid tamen 1.de acquirend.heredit.* nec in legitimam filio imputatur,*l.pater filium.34.ad.l.Falcid. Corraſ.d l.filium.24.num.13.inf.famil.erciſcun.Bald.conſil.57.num.2.& per totum volum.1.*eoq; nec priuilegia creditorum filius in legitima habet, neque damnum facere dicitur, qui eã mittit, ſed potius lucrum amittere,*l.& quia 10.ff.pro ſocio.l.ſi duo.38. vbi gloſſ. & Dd.de acquirend.heredit.& in l.3.ſup.de iur.& fact.ign.Bart.d.l.ſi quis.7.§.vlt.de falſ. Bald.l.iuris 6.n.3.infr.qui admitti ad bonor.poſſeſ.Iaſ.conſil.181.in præſenti verſicu.3. modeo.volum.2.*Ita & ſtatutum permittens vxori quartam relinquere, deducto ære alieno, vt Mediolanenſe, & etiam ordinatione principis noſtri *part.3.*

ord.

ord.7.non compræhendit legitimæ deductionem,l.Papinianus.8 §.ſi quis.ii.vbi Angel.Bald.& Dd ff.eod.& in l.2.infr.de reuocand.lis quę in fraud.cred.Iaſ.d.conſil..81.in præſenti,per totum,volum.2.ex quo ſequitur partem coniungi debitã
ex Auth.præterea vbi Iaſ.num.18.infr.vnde vir & vxo.vel ſtatutis, d.ordin.7.par.3. ante legitimam deduci æs vt alienum,authent.nunc autem verſicul.ſaluo iure vxoris
& liberorum ſup.de epiſcop.& Cleric.Bald.conſilio.57.quia illud.num.2.volum.1.per legem
ſancimus.36 §.repletionem,h.tit.Secundum tamen quid dici poteſt æs alienum
& debitum,l.5.verb.debitum infr.lib.1.leg.vni.verb.debita infr. de inofficioſis dotibus.
ſicubi & debitum vocatum.Nouell.18.de triente & ſemiſſ.§.1.& quidem ſecundum naturam §.1.Nouell.1.de hæred. & falcid. reſpectu tamen bonorum,quæ
deducto ære alieno ſuperſunt,ſubſignatum 39. §. 1. de v. s. nam ea legitimam
tanquam æs alienum debent, d. Nouell. 18. Iaſ.l. cum filiofamilias 11. num. 46. de
legat.1. & l.cohæredi.41. §.cum filijs 2. de vulgar.& pupil. Sic vt legatis & alijs lucris hęreditarijs proferatur,&ante omnia deducatur,l.quanquam 10.inf.ad l.
Falcid.& liberè ac purè eam ob cauſam debeatur,vt hic in fin.l.omnimodo 30.&
paſſim h.t. Cuius hanc rationem adfert.Iaſ.in l.multi.18.n.6.de lib.& poſth. Non
igitur qui aberrauerit, ſi neget æs alienum eſſe hæreditatis, fateatur autẽ
eſſe æs alienum, ſeu debitum bonorũ. Eſt autem ius quoddã incorporale,
ſicut tota hæreditas in qua ſunt bona,Inſt.de reb.corp.& incorp.in fin.cui iure conformetur.Iaſ.in.l.reconiuncti.89.n.191.de leg.1.Quanquã propriè non ſit quota hęreditatis. Iaſon.d.l.Gallus 29.§.1.n.14.de liberis & poſthum. ſed quota bonorum,
quę hæreditati inſunt.Iaſ.l.pro hærede.20.num.21.ſi quid 1. de acquirend. hæreditat.
& d.l.reconiuncti.89.n.88.de legat.3. cum vt dictum eſt,deducto demum ære alieno debeatur.d.l.Papinian.8 quarta 9.eod.Eſt autem in perpetuum.Iaſ.l.ſi quis
in ſuo 33.num.6.hoc titu.l.certius.num.24.ſi cert.petat. Eſt tranſmiſſibile.Iaſ. l.emancipata 4.num.4.inf.qui admitti ad bonor.poſſeſſ.l.Lucius 45.num.34,de vulgari & pupill.
ſubſtit.& indiuiduum ac diuiduum inſtar hęreditatis,l.1.de acquir.hæred. hoc
eſt,eatenus indiuiduum,vt partim acceptari nequeat.Ias.d.l.1.num.11. & 12.
1 de acquir.hæred.cum ipſo iure tota debeatur & ſuppleatur, Iaſ.l. ex facto.43.n.
34.de vulg.& pupil.& in l.ſcimus 36.in princip n.2.hoc titulo.Etiamſi filius aliqua re
pro tota legitima contentus eſſe poſſit,l ſi quem 35.§.1. & 2.hoc tit.nec agere
ad ſupplementum cogatur,ex regula leg.vnic.ſup.vt nemo inuitus agere
cogat.Ac alias partes recipit legitima quas hæreditarias admittit,cum ſit
pars hæreditatis, aut ſaltem bonorum vt diximus,l.30.& 36.h.tit.Iaſ.l.ſi quis
33.n.6.hoc.tit.quęnam autem ſint hæreditatis partes diſcere licet ex §.hæreditas,& §.videamus 6.Inſtit.de hæred.inſtit.l.Sabinus 18.ff.eod.Itaque non integrè legitima relicta vel ſoluta, reſidua pars peti poteſt, quæ vocatur petitio
ſupplementi ſurrogata in locum quærela,l.omnimodò 30.l.quæ nup.31.l. quoniam 32.hoc tit.& odio eius,vt loquitur.Bald.l.ſi quis filium 24.n.4.h.tit.Iaſ.in l.planè §.ſi duob. 6.nu.20. de legat.1.nec iure nouo abrogatur,licet diſputet Iaſon.
in d.l.omnium in prin.num.7. Quod ad ſpecies attinet legitimã triplex
putatur.Falcidia,Frebellianica & hæc de qua agimus,d.Nouel.1.& 18.Bart.

& Dd.

& Dd. l. 1. *ad l. falcid.* ſed illæ ambæ non ſunt huius loci, pertinentes *inf. ad l. falcid. & SC. Trebellia.* De huius ergo ſolius ſpeciebus eſt tractandum. Sicut igitur duplex eſt ſucceſsio, vna ex teſtamento, altera ab inteſtato. *l. 1. 2. 3. de petit. hæred. l. lege. 130. de V. S. Inſtit. de hæred. quæ ab inteſtato. in prin.* Sic duplex eſt legitima, quæ ex ſucceſsionibus debetur, altera ab Inteſtato. *l. parentibus* 8. *hoc tit.* Altera ex teſtati cauſa, *l. Papinia* 8. *§. 6. cum ſeq. eod.* legitima ab inteſtato eſt portio, quæ ad aliquem ex inteſtati hæreditate pertinere debet. *d. l. Papin.* 8. vt tota hæreditas regulariter eſt filiorum, & aliorum hæredum ab inteſtato legitima: in bonis tamen damnatorum, quæ quidem confiſcantur. *auth. bona inf. de bonis damnat.* Semiſsis eſt, *l. vlt infr. de bonis praeſcript. l. 1. l. vlt. ff. eodem tit.* interdum quarta, *l. quiſquis inf. maieſtatis*, in naturalibus liberis ſextans. *auth. licet. inf. de naturalibus liber.* talem etiam legitimam ab inteſtato habent patroni in bonis libertorum poſt liberos. *Inſt. de ſucceſſ. liberorum.* Eccleſia in ſucceſsione clericorum. *l. ſi quis.* 20 *ſup. de Epiſcop. & cleric. c. 1. 2.* & paſsim de teſtamentis, & *tot. ti.* de peculio cleri. Collegium in bonis collegiati. *l. 1. & tot. tit. infr. de hæred. decur. Nouel. 18. §. 1. & 2.* vxor in bonis mariti. *l. inf. vnde vir & vxor. & poſt eam fiſcus d. l. 1.* ac magiſtratus, qui iura fiſci habet. *l. vacantia* 4. *vbi Bart. & Dd. inf. de bon. vacant. lib.* 10. Iure verò Saxon. quilibet penes quem ſit ſuperior iuriſdictio non inferior. *Landtr. lib. 1. tit. 28. autor. diff. factis differ.* 33. *Reinhardt different* 29. quod intelligo non extante vxore. *d. l. 1. inf.* vnde vir & vxor. vel collegio. *d. l. 1. & tot. tit. inf. de hæred. decur. Cumn. d. l. 1.* non inueniatur coniecta per *auth. ſeq. quod innuit Reinh. d. diff.* 29. cur ſtare prohibetur. *l ſancimus. inf. de teſtam.* & hæc propria legitima dici poteſt. *Iaſ. num. 1. & 2. eod. l. vnic. infr.* quando non pete. part. Sicut & legitima propriè eſt ſucceſsio. *l. lege 130. de V. S.* in qua notandum ab inteſtato non poſſe capi legitimam teſtamentariam, reliqua parte hæreditatis repudiata. *Iaſ. l. 1. num. 11. & 12. de acquir. hær.* Altera porrò legitima eſt teſtamentaria, † quam & legitimè nomine 9
propriè puto deſignari: nec enim à noſtris rectè ſumitur, à legitima ſucceſsione argumentum, *ex d. l. lege* 130. Teſtamentaria enim ſucceſsio propriè legitima non eſt, quia aliam habet cauſam, quàm legem, nempe teſtatoris voluntatem. At hæc legitima prorſus ex l. eſt etiam iſto caſu contra voluntatem teſtatoris debitam, vt hic quoque legitima propriè & rectè nomineetur. Fuit autem olim vnica, hoc eſt, indiſtinctè quarta eius portionis, quæ ab inteſtato debetur. *l. cùm quæritur 6. hoc tit. l. 2. inf. tit. 1.* hodie triplex debetur ſecundùm triplicem ordinem eorum, quibus competit diuerſimodè. Nam eſt quarta in collateralibus etiam iure nouo ſecundùm communem. *glo. hic verb. tutela. in fin. Iaſ. num. 36. Bald. in l. frater. 27. num. 9 10. hoc tit.* licet Cuiacius hanc quoque putet auctam *Nouell. 18.* Triens in aſcendentibus ſecundùm communem *Iaſ. hic num. 35. Ripa. in rub. ſolut. matrim. num.* 44. Triens vel ſemiſsis in deſcendentibus, *vt authent. Nouiſs. & Nouella* 18. in liberis curalium dodrans, *§. excipiatur 2. vbi glo. verb. lex. Nouell. 18. §. ſi quis autem modis natural. effic. ſui Nouell. 89. & de donat. ſ. ſt. à decurionibus Nouel.* 87. Eodem etiam referan-

tur aliæ legitimæ, quæ ex cauſa teſtamenti debentur, nec à teſtatore auferri poſſunt, vt eſt arrogatorum, quæ eſt quarta. *l. vlt. ſi quid in fraudem patro. l. Papinian. 8. §. ſi quis 15. de inoffic teſtament. l. nec ei. 17. l ſi arrogato 22. de adopt.* quam Antonianam vocat Cuiacius. *d. l. Papinianus.* Item olim quadrans, hodie triens patronorum, *tot. tit. ff. ſi quid in fraud. patro. inf. eod. §. ſed noſtro. Inſtit. de ſucceſſ. libert. & eorum qui iura patronatus habent. l. ſi quis 20. vbi gloſſ. verb. ll. de Epiſcop. & Cleric. l. 1. ſi quis à parente manumiſſ.* Item coniugum quarta, *authent. præterea* vbi *Iaſ. num. 18. infr. vnde vir & vxor*, vel etiam non extantibus liberis ex nouis conſtitut. triens. ordinat. *7. parte* 3. Item Eccleſiæ quoad bona clericorum illius occaſione quæſita. *c. 1. 2. 7. 8. 9. 12.* & paſsim de teſtam. *c. placuit. c. quicunq; 2. q. 2.* & paſsim. *12. q. 5.* Item pro ſepultura & Sacramentis alibi quarta, alibi triens, aut ſemiſsis, pro loci conſuetudine, quæ eſt attendenda. *c. 2. 3. 4. 5. 6. 8. & q. de ſepultur. cap. officij. 14. cum ſeq. cum teſtamentis*, Eaque portio comparatur legitimæ liberorum, *gl. d. c. officij* vbi Dd. verb. fraudentur. ſicut & aliàs horum ac Eccleſiarum ius comparari ac conferri ſolet. Tiraq; tract. *de priuil. piæ cauſæ, priuil. 3. in fi. num. 4. 5. & paſſ.* Hæ legitimæ porrò ſunt omnino diſtinguendæ, vt ſpecies ſeparata, quoniam non ſolum quantitate variant, ſicut modo vidimus: ſed etiam iure ac forma. Nã exempli cauſa liberis titulo inſtitutionis relinquenda eſt, vtra controuerſiam ad confirmandum teſtamentum, *d. Nouell. 115. §. 1. & 2. inſtit. de exhæred. liberor.* De parentum legitima dubitatur, & quanquam communius receptum eſt, hãc quoque titulo inſtitutionis relinquendam. *Iaſ. hic. num. 37. tamen Bart. & Iaſ.* hic contrarium tenentium ſententia Iuri Pandectarum & Codicis meo iudicio conſentanea eſt, hac etiam ratione, quoniam parentes non æquè ſunt lege neceſſarij hæredes, atque liberi. Moueor tamen verbis *d. Nouell. 115.* vt exiſtimem, hac in parte parentum & liberorum conditionem eſſe adæquatam & vtroſque ſimiliter neceſſarios eſſe hæredes, quibus titulo inſtitutionis aliquid relinquendum ſit, ſi iuſta exhæredationis cauſa deſit: in alijs, quia ius antiquum non inuenio mutatum, aſſeueranter dicere licet ſufficere legitimam quoque titulo relinqui. *l. 3. §. ſi debita 9. de bon. libert. l. ſiue 21. §. vbi Bart. de iur. patro.* Cauſam putatur legitima ducere ex iure naturæ. Cœc. quidem in *c. Raynutius 16. de teſtam. gl. d. c. officij, 14. verb. fraudaretur eo tit.* & inſtar alimentorum, *l. 1. in fi. vbi Dd. de iuſt. & iur. c. ius natur. in verb. educat. diſt. 1.* Noſtri tamen communius, & vt arbitror, verius concludunt, inductam eſſe lege ciuili, vnde & nomen habet, *l. ſi arrogator 22. in fin. de adop. §. 1. Nouell. 18. de trien. & ſemiſſ. §. ſi quis autem Nouell. 1. de hæred. & Falc.* & hanc communem facit Decius in *l. iura 8. num. 7. de R. 1. Bald. l. 1. num. 1. & 2. inf. ſi quid in fraudem patro. Cyn. in l. ſancimus 24. num. 2. & 3 inf. de nup.* Fatentur tamen omnes iure & ratione naturali inductam eſſe. Itaque quoties legitimam iuris naturæ eſſe dicunt, toties accipiatur id ſecundum quid, non ſimpliciter, reſpectu videlicet cauſæ & naturalis rationis id ſuadentis, vt dicitur *in d. §. ſi quis autem, Nou. 1. ſic Bald. in l. illud 20. in principio. inf. de collatio.* ait, legitimam per prius fauore li-

re liberorum iure naturæ inductam eſſe, ſupplementum verò eius partim fauore teſtatorum,partim liberorum per poſterius.*l.omnium 30.hoc tit.* In legitima porrò aſcendentium minus dubitatur quin hæc iuris ſit poſitiui, quamuis ratione naturali ſit inducta. *Bald.l.lege 14.num.1.infr.de legit.hæred.* quod tamen ipſum ius naturæ vocat hic Baldus *in 1.quæſt.* cum & his alimenta (quibus ſurrogatur legitima) iure naturæ debeantur.*l.1.infr.de lib.agnoſc.* Qua ratione poteſt & de fratrum legitima idem dici. *Bald.l.precib.8.n.14.infr.de impuber.ſubſtit.* Nam & his alimenta debentur.*gloſſ.vlt.l.1.infr.de alend.liberis Bald.l.1.in princip.infra.quando non petent.partes & d.l.precibus S.num.14.infr.de impub.ſubſtit. Bart.l.ſi quis 5.§.vtrum,num.2.de lib.agnoſc.* Saltem ab ijs quibus legitima debetur, hoc eſt,fratribus vtrinque coniunctis &,conſanguineis. *Schurff.conſil.8.num.2.& conſil.24.num.1.* Nec verò obſtat argumentum neceſſitatis quaſi caſu tantum indigentiæ his alimenta debeantur. Nam idem prorſus obtinet in parentibus & liberis,qui hoc nomine nihil debent ijs, qui alioquin ſibi ſuppeditare poſſunt. *d.l.5.§.3.& 4.cum ſeq.de liberis agnoſc.* Ac mihi quidem videtur hac in parte non rectè ſumi ab alimentis argumentum.Nam de legitima tantum quæritur illo tempore quo nihil alimentorum nomine debetur,hoc eſt,poſt mortem. Cauſam igitur legitimæ licet indiſtinctè perhibere legem,vt nomen eſt. *in d.§.1.Nouel.1.* vbi nullum ponitur inter tres legitimas diſcrimen, ſed omnes legitimæ lege ſtatuuntur,& ex ratione naturali ducuntur, ſeu legis prouidentia,non teſtatoris. *Iaſ.l.cum filiusfamil.11.num 46.de legat.1.* neque prætoris aut magiſtratus.*Iaſ.l.1.in princip.* quando non petent partes: quod omnino ſtatui neceſſe eſt, alioqui à teſtatore & magiſtratu tolli poſſet,ſicut & aliæ: Eoque etiam dicendum, deberi proprio quodam iure legis, non communi ſucceſsionum legitimarum.Nam hæc à teſtatore tolli poſſunt, ſicuti quilibet portiones lege, vel ſtatuto ab inteſtato ſeu iure legitimæ ſucceſsionis debitæ. *l.Papinianus 8.§.ſed nec impuberi,ff.eod.l.vlt.§.ſi autem,inf.de donat. Bald.l.1.num.5.inf.de lege hæred.& in c.1.§.quin etiam.num.3.Epiſcop.vel Abba in V.F.Alex.conſil.131.num.2.cum ſeq.incip.tranſmiſ.volum.1.* vnde nec putatur deberi titulo hæreditatis lucratiuo quoties hæreditas lucratiuus titulus eſt.*l.vbi Dd.inf.de imponẽda lucrat.deſcript.lib.10.* nec iure hæreditario accipi. Alex. eleganter *conſi.150.num.6.lib.2.* Impulſiua ſit ius,affectio,pietas naturalis, ſeu ratio, *d.Nouell.1.§.1.verb.ratione naturali,& Nouell.18.& 115.* quæ valet in propinquis. *l.Titius 25.vbi Iaſ.num.9.de lib.& poſth.& l.cætera.41.§.ſed ſi quis.4.vbi Iaſ.num.7.de legat.1.maximè in liberis.l.cum ratio.7.de bon.damnat.l.ſcripto.7.§.ſi tabul.teſt.nul.ext.* vnde liberi & communis naturæ votum. *d l.cum ratio.7.de bonis dam.* & exemplum maiorum, qui educando & inſtituendo ſuos liberos ad eandem pietatem ſucceſſoribus nepotibus præſtandam eoſdem obligant.*§.conſiderare.Nouel.115.vt cum de appell.cog.valet.Max.lib.2.c.4.* Eodẽ etiam pertinet ius naturale, *diſt.1.* quanquã poteſt ibi ſucceſsio tam de propagatione liberorum ſuccedanea,quàm de hæreditaria bonorum adeptione intelligi. quod & gl. ibidem ſentit. in

Digitized by Google

parentibus eadem eſt pietas, *d.l.nam etſi* 15. Sed ordine turbato, vt aiunt *gl.* & *Dd.d.l.nam etſi*, ceu ex defectu propagationis, *d.l.nam etſi.* 15. *gl.in c.* prædicata verbo parentibus 16. quæſt. 1. reſpectu verò fratrum eſt turpium perſonarũ inſtitutio, *l.fratris* 21. *l.fratres* 27. *h.t.* §. 1. *vbi gloſſ.* & *Dd.Nouell.*1.*de hæred.* & *fal.*
Sic putauerim diſtinguenda, quæ noſtri aliter atque aliter eloquuntur, vt quod Bald. ait. Omnes ſucceſſiones de mundo eſſe iuris poſitiui, quamuis naturalem habeant cauſam adiuuantem. *Bald. l. lege* 14. *n.*1.*inf. de legit.hæred.* Et diuerſimodè Iaſon. *in l.cohæredi* 41. §. *cum filiæ* 2.*n.*11.*de vulg.* & *pupill.* Legitimam ait, omni iure deberi, eoq́ue reliquis, quæ tantum iure Ciuili vel prætorio debeantur (vt quarta patroni, quarta arrogati) præferri, cùm duo vincula plus ligent, quàm vnum. *c.*1.*de treug* & *pac. Auth.itaque,inf.commune de ſucceſſ.* & duæ rationes vni præferantur. *Bart.l.pater filium* 11.*n.*11.*ff.eod.* Sed infinitum fuerit iſta perſequi, quamobrem concludamus. Succeſſiones
13 etiam iſtas eſſe iuris poſitiui, aliam tamen magis, aliam minus cauſam ex iure naturali trahere, & mutuari, cuius reſpectu dici poſſunt ius naturæ, præſertim quod ad liberos attinet. *d.c. ius naturale. diſt.*1. cùm cauſa & ratio legis præcipua eius pars ſit, & quodammodo anima, vt noſtri loquuntur. Cauſa inſtrumentalis eſt petitio. *gloſſ. verb.ipſo iure, vbi Bart.Bald.* & *Dd.l.ſcimus* 36.*in pr.h.t.iuxta regulam,l.*4.§.*hoc autem* 6.*de damn.infect.* Quanquam enim ipſo iure legitima debeatur, *d.l.ſcimus* 36.*in prin.verb.ipſo iure ineſſe.* tamẽ quia pertinet ad priuatam eius cui debetur vtilitatem, iudex eam non ſupplet, niſi petatur. *Iaſ.nu.*11. & 12.*in l.vnic.ſup.vt quæ deſ. aduoc.* cùm vt alij fauori, *l.pen.ſupr. de pact.* ſic & huic liceat renunciare *c.l ſi quando* 35. §.2.*h.t. l.ſi filia* 16. *cum ſeq. l ſi penas* 23.*eod.* Pertinet huc & diſpicere, quibuſnam legitima debeatur. Tantummodo ab inteſtato ſucceſſuris, §. *cauſas*, *verſ. qui poſſunt ab inteſtato ſuccedere. Nouell.* 115. *vt cum de appel. cog. non alijs. Bald.maxim.*4.*in fin.inf.de lib. præter.ne quidem filio, qui hæres futurus non ſit ab inteſtato. Angel.l.*4.*nu.* 2. *ad Trebellia.per l. iam dubitari* 86.*de hæred. inſt. vt qui repudiauit. Cuiac Nouell.*18.*per d.l ſi filio* 16.*l.qui repudiãtis* 17 *ff.eod.* aut eſt incapax. *Bart.tract minoritatũ,par.*3.4.1. vt deportatus *l.*1.§.*pen.de bon.poſſeſſ.contra tab l.*1.*inf.de hæred.inſtit.* aut qui in vita Patris legitimam acceperint, *Bart.l.lex Cornelia* 28.*n.*2.*de vulg.* & *pupill.* Item adoptiuus emancipatus, §.*emancipati*, §.*ſed ea omnia, Inſt.de hær.quæ ab inteſt.* Nã in poteſtate retẽtus cum alijs ſimiliter ſuccedit *l cũ ratio* 7.§.2.*de bon.dam d.*§.1.*verſ.nec intereſt, Inſt. de hæred.quæ ab inteſt.* iuxta terminos tamen *l pen.Inſ.de adopt.* §.*ſed ea omnia.Inſt. de hæred. quæ ab inteſt.* Arrogato verò emancipato puto etiamnum debere quartam Antonianam. *l Papinianus* 8.§.*ſi quis* 15.*eod.l.ſi arrogator* 22.*de adopt.* cùm non reperiatur ſublata, nec aucta, *l pen.*§.*vlt.Inſt.de adopt.* quod ſentire videtur Iaſ. hic *n.*55. Sic & filiæ dotatæ per ſtatutum excluſæ legitima nõ debetur, ſi credimus Ang. *conſ.*105 *ſtatutum. n.*2.*AEmil.conſ.*1.*n.*45.*cum mult.ſeq.Corneus conſil.*309.*circa in prin. parte* 3. Cuius ſtatuti per Italiam frequentiſſimè meminit Bart. *in d.l.*71 § *Titio.de condit.* & *demonſtration.n.*3. & 5.*Iaſ.hic n* 53. Eademq́ue ratione idem erit in filia dotata religione iuramenti excluſa. *c.*2.*de pactis in*

6. in qua tamen occurrunt aliquot obices, quæ tacitè præteriri non poſſunt, vt, an ſtatutum generale alios vocans ab inteſtato petitionem legitimæ præcludat, ſicut alibi, vt Arẽſtatij & alijs locis ſtatutum eſt, vt cõiugi ſine liberis decedenti ſuperſtes coniunx in omnibus ſuccedat, hic quæritur, num parentes à legitima excluſi videantur. Difficilem hanc & arduam quæſtionem vocat hic Iaſ. *num. 41.* in qua cùm alios ſibi non conſtantes adducat, vt Alex. & alios, ipſe quoque eiuſdem culpæ poteſt accuſari. Et crebrius quidem itum eſt in eam ſententiam, vt qui tota ſucceſsione ab inteſtato remouetur, eidem nec pars eius quota, hoc eſt, legitima debeatur, *l. Papinianus 8. §. 5. eod. argumento, l. quæ delata 78. de rei vendicat. l. 7. §. adeo, vbi glo Iaſ. & Dd. de pact.* Eius enim quod non eſt quarta, dari nequit, vt in hac materia conſulit *Aemil. d. conſil. I. num. 5. poſt Corneum conſil. 48. num. 7. lib. 2.* & iam ante conſtituta eſt regula, eos qui ab inteſtato excluduntur, non habere legitimę petitionem, pręſertim cùm pro extraneis & mortuis habeantur *l. 1. § ſi pater 4. de coniung. cum emancipat. lib. l. 1. § penult. & vlt. de bon poſſ. contra tab.* vnde non reperitur in toto iure cautum, vt loquuntur, vt alicui non ſucceſſuro ab inteſtato legitima debeatur: *Corneus conſ. 107. num. 3. lib. 2.* quin potius contrarium *d. §. cauſas, Nouel. 115.* Et has quidem partes tuentur, *Iaſon. l. ſi quando 35. §. vlt. num. 10. & 11. h. tit. Benedic. in cap. Raynutius 16 verbo vxorem. num. 45. 46. de teſtamentis, Caſtrenſ. d. l. Vitia 71. Titio num. 3. de condictione & demonſtrat. Fabianus de Monte hic. quæſt. 16.* & ita paſsim, quanquam celeberrimi conſuluerunt, *Ang. d. conſ. 105. ſtatutum n. 4. Bald. conſ. 455. ſtatut. n. 2. lib 3 Rom. conſ. 82 ita in fin. Imol. conſ. 113. in cauſa n. 4. Caſt. conſ. quoniam n 3 conſ 195. incipiendo n. 3. & paſsim Alex. conſ. 68 circa n. 6. lib. 4. conſ. 3 circa n. 8. lib. 7 & in l. Gallus 29 §. & quid 2 circa fin. de lib. & poſth. Socin. conſ. 288 circa n 28. lib. 1 conſil. 81. in cauſa n. 3 vol. 4.* Ac ne vtar pluribus, hanc eſſe communem *vult. Dec. conſil. 18. num. 5 Corneus conſil. 116. difficultas num 2. & paſsim lib. 1 Pariſius conſil. 23 num. 24. lib 2. AEmilius d. conſil.* 1. Contrarium tamẽ concludunt Salic. hic in fin. dicens hanc opinionem eſſe æquiorem, *& d. l. ſancimus 24. inſ de nup. & Iaſ. hic. num. 43. cum ſeq. Bald. conſil 452 cum ſeq. num 1. & 2. lib 1 Alex. ſibi contrarius conſil 7. num. 3. lib. 2. Curt. ſenior conſ 16 in fin. Alberic Brun. trac. de ſtatutis, quæ fœminas excludunt.* In quam partem, vt benigniorem concluſum eſt, definiendo, *ordinat 12. part. 3.* Nec mouere debet ratio ſupra poſita à toto ad partem: quanquam enim ſit quota quædam quantitas ſucceſsionis, non tamẽ debitæ ab inteſtato, ſicut nec teſtamentaria. Sed eſt quædam quantitas bonorum à iure hæreditario ſeparata, cuius iure non æſtimatur, vt ſupra diximus. Non igitur magis pars eius eſt, quàm æs aut res aliena, quæ ex bonis debetur. Non procedit autem argumentum à toto ad partem, vbi ratio eſt diuerſa, *l. ſed etſi 25. §. conſuluit 8. vbi gloſſ. de petit. hæredit. d. l. iuris gentium 7. §. adeo de pactis d. l. Papinianus 8. §. ſed nec ff. eod. gloſſ ord Clemen. 2. verb. defenſor de rebus eccleſiaſt. non alienand. latè Eber. loco à toto uerſ.* Ne tamen erres, vel vbi ius diuerſum quid in parte conſtituit, quàm in toto, ſicuti legitima non parte hæreditatis conſtituitur, ſed pro ære alieno bonorum, *l. vnic.*

nomen accipitur hoc in argumento, cui ab inteſtato non eſt locus, niſi in ijs quæ ab inteſtato excluduntur. Vt declarat *AEmil. conſ.1.nu. 3.4.& ſeq.per tot.*

Eſt autem hæc legitima Ciuilis, licet ex natura cauſam trahit. *l.22.in fi. de adop.§.1.Nou.18.de trien.& ſemiſſ.§.ſi quis autem.Nou.de hæred.& falcid.* Decius in l.iura ſanguinis.6.nu.7.de R.I.Et eſt fauorabilis.*Corraſ.l. filium n.* 100. *inf.famil.erciſ.*†quoniam omni iure etiam naturali debetur,*c.ius natural.diſt.1.l. cũ ratio.7.de bon.damn.*fauorabilior quidem pia cauſa,*ſi quis 37.vbi gloſ.& Dd. inf. de Epiſc.& cleric.*patroni cauſa.*§.i.cum ſeq.Inſti.de ſucceſ.liberto* Falcidia & Trebellianica,*l.quanquam 10.inf.de falcid.l.iubemus 6.inf.ad Trebel.vbi Bal.l.ſcimus 36.§.illud 2.vbi Bald.h.t.*†Itaque bonę fidei putatur eius eſſe natura & actio, ſic ut etiam eſt petitio hæreditatis,*l.vlt.in fi.inf.de pet hæred.§.actionum Inſt.de act.* Cuius partem cum petat. *l.ſcimus 36.§.1.h.tit.Corraſius d.l.filium.24.n.102.inf.famil.erciſc.eodem* iure cenſeri debet,*l. quæ de tota. 76. de rei vendic. l.1. & tot. tit. ſi pars hæred.petat.*de qua re plura *Bald.in d.l.ſi quis 6.§.legis h.t.*prę ſertim cum ſurrogari credatur alimentis.*Bal.l.lege.14.nu.1.verſ loco alimentorum inf.de legit. hæred.l.ſi quis 33.nu.5 h.t.Cyn.in l.ſancimus 24.n.2. inf. de nupt per §. hoc nos & §. prohibemus. Nouell.18.de trien.& ſemiſſ.* poſt mortem ſaltem eius qui alere debuit.*Iaſ. l.in ſuis .nu.1.8.15.de libe.& poſthum.l.is poteſt.15.n.17.cum ſeq.de acquir.hæred.* natura debitis,*l.1.in fin.vbi Bald.& Dd.de iuſt.& iur.l.necare,4.de lib.agn.*†quorum maximus fauor.*l.2.de ferijs.* Subrogatum autem ſapere debeat naturam eius cui ſubrogatur.*l.ſi eum 10.§.qui iniuriam 2.ſi quis caution.vbi Iaſ.* Sed & comparantur doti.Phil.Franc.Gemm. *& Dd.c.2.de pactis in 6.* cuius cauſa pia eſt & fauorabilis, vt loquitur Cyn.*d.l.ſancimus 24.nu.2.inf.de nup.Dd.l.1.ſol.matr.* vt & hanc eſſe eiuſdem naturæ omnino dici debeat ex iure parium. *l.ſi ſocer 44. in fi. ſolut.matrim.l.vlt.inf.de indic.vidu.* & quoniam dos quæ ſurrogatur legitimæ. *d. c.2.*non debet eſſe melioris conditionis, quam id cui ſurrogatur vt principali.*l.ſi quis acceſſionis.vbi Dd.de Fide Inſt.* Cæterum, an pro ære alieno habenda ſit, meritò dubites, Corraſ. quidẽ habet indiſtinctè.*d.l. filiũ 24.n.86.& 101. inf.fam.erciſc.ex gloſſ.l.ſi quis 6.verbo poteſt.de falſis.*qui tamen ait hoc de ęquitate ꝓcedere nõ de rigore,*per l filius 14.eod.de falſ.*Rectius dixeris propriè & ſimpliciter non eſſe ęs alienum, quoniam hoc ante legitimam deducitur,*l.Papinian.8.§.4.9.ff.eod.Iaſ.l.pro hærede.20.§.ſi quid tamen 1.de acquirend.hæredit:* nec in legitimam filio imputatur,*l.pater filium.34.ad l.Falcid. Corraſ.d l.filium.24.num. 93.inf.famil.erciſcun.Bald.conſil.57.num.2.& per totum volum.1.*eoq; nec priuilegia creditorum filius in legitima habet, neque damnum facere dicitur, qui eã amittit, ſed potius lucrum amittere,*l.& quia 10.ff.pro ſocio.l.ſi duo. 38. vbi gloſſ. & Dd.de acquirend.hæredit.& in l.3.ſup.de iur.& fact.ign.Bart.d.l.ſi quis.7.§.vlt.de falſ. Bald.l.iuris 6.n.3.infr.qui admitti ad bonor.poſſeſ.Iaſ.conſil.181.in præſenti verſicu.3. moneo.volum.2.*Ita & ſtatutum permittens vxori quartam relinquere, deducto ære alieno, vt Mediolanenſe, & etiam ordinatione principis noſtri *part.3.*

ord.

4 5 6 7

ord.7.non comprahendit legitimæ deductionem,*l.Papinianus.8 §.ſi quis.ii.vbi Angel.Bald.& Dd ff.eod.& in l.2.infr.de reuocand.*lis quę in fraud.cred.*Iaſ.d.conſil..81.in præſenti,per totum,volum.2.*ex quo ſequitur partem coniungi debitá ex Auth.*præterea vbi Iaſ.num.18.infr.vnde vir & vxo.vel ſtatutis, d.ordin.7.par.3.* ante legitimam deduci æs vt alienum.*authent.nunc autem verſicul.ſaluo iure vxoris & liberorum ſup.de epiſcop.& Cleric.Bald.conſilio.57.quia illud.num.2.volum.1.per legem ſancimus.36 §.repletionem,h.tit.*Secundum tamen quid dici poteſt æs alienum & debitum,*l.5.verb.debitum infr.lib.1.leg.vni.verb.debita infr. de inoffícioſis dotibus.* ſicubi & debitum vocatum.*Nouell.18.de triente & ſemiſſ.§.1.*& quidem ſecundum naturam *§.1.Nouell.1.de hered. & falcid.* reſpectu tamen bonorum,quæ deducto ære alieno ſuperſunt,*ſubſignatum 39. §. 1. de v. s.* nam ea legitimam tanquam æs alienum debent, *d. Nouell. 18. Iaſ.l. cum filiofamilias 11. num. 46. de legat.1. & l.coheredi.41. §.cum filijs 2. de vulgar.& pupil.* Sic vt legatis & alijs lucris hęreditarijs proferatur,&ante omnia deducatur,*l.quanquam 10.inf.ad l. Falcid.*& liberè ac purè eam ob cauſam debeatur,*vt hic in fin.l.omnimodo 30.& paßim h.t.* Cuius hanc rationem adfert.*Iaſ.in l.multi.18.n.6.de lib.& poſth.* Non igitur qui aberrauerit, ſi neget æs alienum eſſe hæreditatis, fateatur autē eſſe æs alienum, ſeu debitum bonorū. Eſt autem ius quoddā incorporale, ſicut tota hæreditas in qua ſunt bona,*Inſt.de reb.corp.& incorp.in fin.cui iure conformetur.Iaſ.in.l.reconiuncti.89.n.191.de leg.1.*Quanquā propriè non ſit quota hęreditatis. *Iaſon.d.l.Gallus 29.§.1.n.14.de liberis & poſthum.* ſed quota bonorum, quę hæreditati inſunt.*Iaſ.l.pro herede.20.num.21.ſi quid 1. de acquirend. hæreditat. & d.l.reconiuncti.89.n.88.de legat.3.* cum vt dictum eſt,deducto demum ære alieno debeatur.*d.l.Papinian.8 quarta 9.eod.*Eſt autem in perpetuum.*Iaſ.l.ſi quis in ſuo 33.num.6.hoc titu.l.certum.num.24.ſi cert.petat.* Eſt tranſmiſsibile.*Iaſ. l. emancipata 4.num.4.inf.qui admitti ad bonor.poſſeſſ.l.Lucius 45.num.34,de vulgari & pupill. ſubſtit.*& indiuiduum ac diuiduum inſtar hęreditatis,*l.1.de acquir.hæred.* hoc eſt,eatenus indiuiduum,vt partim acceptari nequeat.*Ias.d.l.1.num.11. & 12. de acquir.hæred.*cum ipſo iure tota debeatur & ſuppleatur, *Iaſ.l. ex facto.43.n. 34.de vulg.& pupil.& in l.ſcimus 36.in princip n.2.hoc titulo.*Etiamſi filius aliqua re pro tota legitima contentus eſſe poſsit,*l ſi quem 35.§.1. & 2.hoc tit.*nec agere ad ſupplementum cogatur,ex regula leg.vnic.ſup.vt nemo inuitus agere cogat.Ac alias partes recipit legitima quas hæreditarias admittit,cum ſit pars hæreditatis, aut ſaltem bonorum vt diximus,*l.30.& 36.h.tit.Iaſ.l.ſi quis 33.n.6 hoc.tit.*quęnam autem ſint hæreditatis partes diſcere licet *ex §.hæreditas,& §.videamus 6.Inſtit.de hered.inſtit.l.Sabinus 18.ff.eod.*Itaque non integrè legitima relicta vel ſoluta, reſidua pars peti poteſt, quæ vocatur petitio ſupplementi ſurrogata in locum quærela,*l.omnimodò 30.l.quæ nup.31.l. quoniam 32.hoc tit.*& odio eius,vt loquitur.*Bald.l.ſi quis filium 24.n.4.h.tit.Iaſ.in l.planè §.ſi duob. 6. nu.20. de legat.1.*nec iure nouo abrogatur,licet diſputet Iaſon. in d.l.omnium in prin.num.7. Quod ad ſpecies attinet legitima triplex putatur.Falcidia,Frebellianica & hæc de qua agimus,*d.Nouel.1. & 18. Bart.*

& Dd.

& *Dd.l.1. ad l.falcid.* ſed illæ ambæ non ſunt huius loci, pertinentes *inf. ad l. falcid. & SC. Trebellia.* De huius ergo ſolius ſpeciebus eſt tractandum. Sicut igitur duplex eſt ſucceſsio, vna ex teſtamento, altera ab inteſtato. *l. 1. 2. 3. de petit. hæred. l. lege. 130. de V.S. Inſtit. de hæred. quæ ab inteſtato. in prin.* Sic duplex eſt legitima, quæ ex ſucceſsionibus debetur, altera ab Inteſtato. *l. parentibus 8. hoc tit.* Altera ex teſtati cauſa, *l. Papiniæ 8. §. 6. cum ſeq. eod.* legitima ab inteſtato eſt portio, quæ ad aliquem ex inteſtati hæreditate pertinere debet. *d. l. Papin.* 8. vt tota hæreditas regulariter eſt filiorum, & aliorum hæredum ab inteſtato legitima: in bonis tamen damnatorum, quæ quidem confiſcantur. *auth. bona inf. de bonis damnat.* Semiſsis eſt, *l. vlt infr. de bonis proſcript. l. 1. l. vlt. ff. eodem tit.* interdum quarta, *l. quiſquis inf. maieſtatis*, in naturalibus liberis ſextans. *auth. licet. inf. de naturalibus liber.* talem etiam legitimam ab inteſtato habent patroni in bonis libertorum poſt liberos. *Inſt. de ſucceſſ. liberorum.* Eccleſia in ſucceſsione clericorum. *l. ſi quis. 20 ſup. de Epiſcop. & cleric. c. 1. 2.* & paſsim de teſtamentis, & *tot. tit.* de peculio cleri. Collegium in bonis collegiati. *l. 1. & tot. tit. infr. de hæred. decur. Nouel. 18. §. 1. & 2.* vxor in bonis mariti. *l. vn. inf. vnde vir & vxor. & poſt eam fiſcus d. l. 1.* ac magiſtratus, qui iura fiſci habet. *l. vacantia 4. vbi Bart. & Dd. inf. de bon. vacant. lib.* 10. Iure verò Saxon. quilibet penes quem ſit ſuperior iuriſdictio non inferior. *Landtr. lib. 1. tit. 28. autor. diff. factis differ. 33. Reinhardt different. 29.* quod intelligo non extante vxore. *d. l. 1. inf.* vnde vir & vxor. vel collegio. *d. l. 1. & tot. tit. inf. de hæred. decur. Cumn. d. l. 1.* non inueniatur coniecta per *auth. ſeq. quod innuit Reinh. d. diff. 29.* cur ſtare prohibetur. *l. ſancimus. inf. de teſtam.* & hæc propria legitima dici poteſt. *Iaſ. num. 1. & 2. eod. l. vnic. infr.* quando non pete. part. Sicut & legitima propriè eſt ſucceſsio. *l. lege 130. de V.S.* in qua notandum ab inteſtato non poſſe capi legitimam teſtamentariam, reliqua parte hæreditatis repudiata. *Iaſ. l. 1. num. 11. & 12. de acquir. hær.* Altera porrò legitima eſt teſtamentaria; † quam & legitimè nomine 9
propriè puto deſignari: nec enim à noſtris rectè ſumitur, à legitima ſucceſsione argumentum, *ex d. l. lege 130.* Teſtamentaria enim ſucceſsio propriè legitima non eſt, quia aliam habet cauſam, quàm legem, nempe teſtatoris voluntatem. At hæc legitima prorſus ex l. eſt etiam iſto caſu contra voluntatem teſtatoris debitam, vt hic quoque legitima propriè & rectè nominetur. Fuit autem olim vnica, hoc eſt, indiſtinctè quarta eius portionis, quæ ab inteſtato debetur. *l. cùm quæritur 6. hoc tit. l. 2. inf. tit. 1.* hodie triplex debetur ſecundùm triplicem ordinem eorum, quibus competit diuerſimodè. Nam eſt quarta in collateralibus etiam iure nouo ſecundùm communem. *glo. hic verb. tutela. in fin. Iaſ. num. 36. Bald. in l. frater. 27. num. 9 10. hoc tit.* licet Cuiacius hanc quoque putet auctam *Nouell. 18.* Triens in aſcendentibus ſecundùm communem *Iaſ. hic num. 35. Ripa. in rub. ſolut. matrim. num. 44.* Triens vel ſemiſsis in deſcendentibus, *vt authent. Nouiſs. & Nouella 18.* in liberis curalium dodrans, *§. excipiatur 2. vbi glo. verb. lex. Nouell. 18. §. ſi quis autem modis natural. effic. ſui Nouell. 89. & de donat. ſ. ſt. à decurionibus Nouel. 87.* Eodem etiam referantur

tur aliæ legitimæ, quæ ex cauſa teſtamenti debentur, nec à teſtatore auferri poſſunt, vt eſt arrogatorum, quæ eſt quarta. *l. vlt. ſi quid in fraudem patro. l. Papinian. 8. §. ſi quis 15. de inoffic teſtament. l. nec ei. 17. l. ſi arrogato 22. de adopt.* quam Antonianam vocat Cuiacius. *d. l. Papinianus.* Item olim quadrans, hodie triens patronorum, *tot. tit. ff. ſi quid in fraud. patro. inf. eod. §. ſed noſtro. Inſtit. de ſucceſſ. libert. & eorum qui iura patronatus habent. l. ſi quis 20. vbi gloſſ. verb. ll. de Epiſcop. & Cleric. l. 1. ſi quis à parente manumiſſ.* Item coniugum quarta, *authent. præterea* vbi *Iaſ. num. 18. infr. vnde vir & vxor*, vel etiam non extantibus liberis ex nouis conſtitut. triens. ordinat. *7. parte 3.* Item Eccleſiæ quoad bona clericorum illius occaſione quæſita. *c. 1. 2. 7. 8. 9. 12.* & paſsim de teſtam. *c. placuit. c. quicunq; 2. q. 2.* & paſsim. *12. q. 5.* Item pro ſepultura & Sacramentis alibi quarta, alibi triens, aut ſemiſsis, pro loci conſuetudine, quæ eſt attendenda. *c. 2. 3. 4. 5. 6. 8. & q. de ſepultur. cap. officij. 14. cum ſeq. cum teſtamentis*, Eaque portio comparatur legitimæ liberorum, *gl. d. c. officij* vbi Dd. verb. fraudentur. ſicut & aliàs horum ac Eccleſiarum ius comparari ac conferri ſolet. Tiraq; tract. *de priuil. piæ cauſæ, priuil. 3. in fi. num. 4. 5. & paſſ.* Hæ legitimæ porrò ſunt omnino diſtinguendæ, vt ſpecies ſeparata, quoniam non ſolum quantitate variant, ſicut modo vidimus: ſed etiam iure ac forma. Nã exempli cauſa liberis titulo inſtitutionis relinquenda eſt, vtra controuerſiam ad confirmandum teſtamentum, *d. Nouell. 115. §. 1. & 2. inſtit. de exhæred. liberor.* De parentum legitima dubitatur, & quanquam communius receptum eſt, hãc quoque titulo inſtitutionis relinquendam. *Iaſ. hic. num. 37. tamen Bart. & Iaſ.* hic contrarium tenentium ſententia Iuri Pandectarum & Codicis meo iudicio conſentanea eſt, hac etiam ratione, quoniam parentes non æquè ſunt lege neceſſarij hæredes, atque liberi. Moueor tamen verbis *d. Nouell. 115.* vt exiſtimem, hac in parte parentum & liberorum conditionem eſſe adæquatam & vtroſque ſimiliter neceſſarios eſſe hæredes, quibus titulo inſtitutionis aliquid relinquendum ſit, ſi iuſta exhæredationis cauſa deſit: in alijs, quia ius antiquum non inuenio mutatum, aſſeueranter dicere licet ſufficere legitimam quoque titulo relinqui. *l. 3. §. ſi debita 9. de bon. libert. l. ſiue 21. §. vbi Bart. de iur. patro.* Cauſam putatur legitima ducere ex iure naturæ. Coec. quidem in *c. Raynutius 16. de teſtam. gl. d. c. officij, 14. verb. fraudaretur eo tit.* & inſtar alimentorum, *l. 1. in fi. vbi Dd. de iuſt. & iur. c. ius natur. in verb. educat. diſt. 1.* Noſtri tamen communius, & vt arbitror, verius concludunt, inductam eſſe lege ciuili, vnde & nomen habet, *l. ſi arrogator 22. in fin. de adop. §. 1. Nouell. 18. de trien. & ſemiſſ. §. ſi quis autem Nouell. 1. de hæred. & Falc.* & hanc communem facit Decius in *l. iura 8. num. 7. de R. 1. Bald. l. 1. num. 1. & 2. inf. ſi quid in fraudem patro. Cyn. in l. ſancimus 24. num. 2. & 3 inf. de nup.* Fatentur tamen omnes iure & ratione naturali inductam eſſe. Itaque quoties legitimam iuris naturæ eſſe dicunt, toties accipiatur id ſecundum quid, non ſimpliciter, reſpectu videlicet cauſæ & naturalis rationis id ſuadentis, vt dicitur *in d. §. ſi quis autem, Nou. 1. ſic Bald. in l. illud 20. in principio. inf. de collatio.* 2 r, legitimam pei prius fauo

re li-

re liberorum iure naturæ inductam eſſe, ſupplementum verò eius partim fauore teſtatorum, partim liberorum per poſterius. l. omnium 30. hoc tit. In legitima porrò aſcendentium minus dubitatur quin hæc iuris ſit poſitiui, quamuis ratione naturali ſit inducta. Bald. l. lege 14. num. 1. infr. de legit. hæred. quod tamen ipſum ius naturæ vocat hic Baldus in 1. quæſt. cum & his alimenta (quibus ſurrogatur legitima) iure naturæ debeantur. l. 1. infr. de lib. agnoſc. Qua ratione poteſt & de fratrum legitima idem dici. Bald. l. precib. 8. n. 14. infr. de impuber. ſubſtit. Nam & his alimenta debentur. gloſſ. vlt. l. 1. infr. de alend. liberis Bald. l. 1. in princip. infra. quando non petent. partes & d. l. precibus 8. num. 14. infr. de impub. ſubſtit. Bart. l. ſi quis 5. §. vtrum, num. 2. de lib. agnoſc. Saltem ab ijs quibus legitima debetur, hoc eſt, fratribus vtrinque coniunctis &, conſanguineis. Schurff. conſil. 8. num. 2. & conſil. 24. num. 1. Nec verò obſtat argumentum neceſſitatis quaſi caſu tantum indigentiæ his alimenta debeantur. Nam idem prorſus obtinet in parentibus & liberis, qui hoc nomine nihil debent ijs, qui alioquin ſibi ſuppeditare poſſunt. d. l. 5. §. 3. & 4. cum ſeq. de liberis agnoſc. Ac mihi quidem videtur hac in parte non rectè ſumi ab alimentis argumentum. Nam de legitima tantum quæritur illo tempore quo nihil alimentorum nomine debetur, hoc eſt, poſt mortem. Cauſam igitur legitimæ licet indiſtinctè perhibere legem, vt nomen eſt. in d. §. 1. Nouel. 1. vbi nullum ponitur inter tres legitimas diſcrimen, ſed omnes legitimæ lege ſtatuuntur, & ex ratione naturali ducuntur, ſeu legis prouidentia, non teſtatoris. Iaſ. l. cum filiusfamil. 11. num 46. de legat. 1. neque prætoris aut magiſtratus. Iaſ. l. 1. in princip. quando non petent partes: quod omnino ſtatui neceſſe eſt, alioqui à teſtatore & magiſtratu tolli poſſet, ſicut & aliæ: Eoque etiam dicendum, deberi proprio quodam iure legis, non communi ſucceſsionum legitimarum. Nam hæc à teſtatore tolli poſſunt, ſicuti quilibet portiones lege, vel ſtatuto ab inteſtato ſeu iure legitimæ ſucceſsionis debitæ. l. Papinianus 8. §. ſed nec impuberi, ff. eod. l. vlt. §. ſi autem, inf. de donat. Bald. l. 1. num. 5. inf. de lege hæred. & in c. 1. §. quin etiam. num. 3. Epiſcop. vel Abba in V. F. Alex. conſil. 131. num. 2. cum ſeq. incip. tranſmiſ. volum. 1. vnde nec putatur deberi titulo hæreditatis lucratiuo quoties hæreditas lucratiuus titulus eſt. l. vbi Dd. inf. de imponēda lucrat. deſcript. lib. 10. nec iure hæreditario accipi. Alex. eleganter conſi. 150. num. 6. lib. 2. Impulſiua ſit ius, affectio, pietas naturalis, ſeu ratio, d. Nouell. 1. §. 1. verb. ratione naturali, & Nouell. 18. & 115. quæ valet in propinquis. l. Titius 25. vbi Iaſ. num. 9. de lib. & poſth. & l. cætera. 41. §. ſed ſi quis. 4. vbi Iaſ. num. 7. de legat. 1. maximè in liberis. l. cum ratio. 7. de bon. damnat. l. ſcripto. 7. §. ſi tabul. teſt. nul. ext. vnde liberi & communis naturæ votum. d. l. cum ratio. 7. de bonis dam. & exemplum maiorum, qui educando & inſtituendo ſuos liberos ad eandem pietatem ſucceſſoribus nepotibus præſtandam eoſdem obligant. §. conſiderare. Nouel. 115. vt cùm de appell. cog. valet. Max. lib. 2. c. 4. Eodē etiam pertinet ius naturale, diſt. 1. quanquā poteſt ibi ſucceſsio tam de propagatione liberorum ſuccedanea, quàm de hæreditaria bonorum adeptione intelligi. quod & gl. ibidem ſentit. in

parentibus eadem eſt pietas, *d.l.nam etſi* 15. Sed ordine turbato, vt aiunt *gl. & Dd.d.l.nam etſi*, ceu ex defectu propagationis, *d.l.nam etſi.* 15. *gl.in c.* prædicata verbo parentibus 16. quæſt. 1. reſpectu verò fratrum eſt turpium perſonarũ inſtitutio, *l. fratris* 21. *l. fratres* 27. *h.t.* §. 1. *vbi gloſſ. & Dd. Nouell.* 1. *de hæred. & fal.* Sic putauerim diſtinguenda, quæ noſtri aliter atque aliter eloquuntur, vt quod Bald. ait. Omnes ſucceſſiones de mundo eſſe iuris poſitiui, quamuis naturalem habeant cauſam adiuuantem. *Bald. l. lege* 14. *n.* 1. *inf. de legit. hæred.* Et diuerſimodè Iaſon. *in l. cohæredi* 41. §. *cum filiæ* 2. *n.* 11. *de vulg. & pupill.* Legitimam ait, omni iure deberi, eoque reliquis, quæ tantum iure Ciuili vel prætorio debeantur (vt quarta patroni, quarta arrogati) præferri, cùm duo vincula plus ligent, quàm vnum. *c.* 1. *de treug & pac. Auth. itaque, inf. commune de ſucceſſ.* & duæ rationes vni præferantur. *Bart. l. pater filium* 11. *n.* 11. *ff. eod.* Sed infinitum fuerit iſta perſequi, quamobrem concludamus. Succeſſiones

13 etiam iſtas eſſe iuris poſitiui, aliam tamen magis, aliam minus cauſam ex iure naturali trahere, & mutuari, cuius reſpectu dici poſſunt ius naturæ, præſertim quod ad liberos attinet. *d.c. ius naturale. diſt.* 1. cùm cauſa & ratio legis præcipua eius pars ſit, & quodammodo anima, vt noſtri loquuntur. Cauſa inſtrumentalis eſt petitio. *gloſſ. verb. ipſo iure, vbi Bart. Bald. & Dd. l. ſcimus* 36. *in pr. h.t. iuxta regulam, l.* 4. §. *hoc autem* 6. *de damn. infect.* Quanquam enim ipſo iure legitima debeatur, *d.l. ſcimus* 36. *in prin. verb. ipſo iure ineſſe.* tamẽ quia pertinet ad priuatam eius cui debetur vtilitatem, iudex eam non ſupplet, niſi petatur. *Iaſ. nu.* 11. & 12. *in l. vnic. ſup. vt quæ deſ. aduoc.* cùm vt alij fauori, *l. pen. ſupr. de pact.* ſic & huic liceat renunciare *c.l. ſi quando* 35. §. 2. *h.t. l. ſi filia* 16. *cum ſeq. l. ſi ponas* 23. *eod.* Pertinet huc & diſpicere, quibuſnam legitima debeatur. Tantummodo ab inteſtato ſucceſſuris, §. *cauſas*, *verſ. qui poſſunt ab inteſtato ſuccedere. Nouell.* 115. *vt cum de appel. cog. non alijs. Bald. maxim.* 4. *in fin. inf. de lib. præter. ne quidem filio, qui hæres futurus non ſit ab inteſtato. Angel. l.* 4. *nu.* 2. *ad Trebellia. per l. iam dubitari* 86. *de hæred. inſt. vt qui repudiauit. Cuiac Nouell.* 18. *per d.l. ſi.io* 16. *l. qui repudiantis* 17 *ff. eod.* aut eſt incapax. *Bart. tract. minoritarũ, par.* 3. 4. 1. vt deportatus *l.* 1. §. *pen. de bon. poſſeſſ. contra tab. l.* 1. *inf. de hæred. inſtit.* aut qui in vita Patris legitimam acceperint, *Bart. l. lex Cornelia* 28. *n.* 2. *de vulg. & pupill.* item adoptiuus emancipatus, §. *emancipati*, §. *ſed ea omnia, Inſt. de hær. quæ ab inteſt.* Nã in poteſtate retẽtus cum alijs ſimiliter ſuccedit *l. cũ ratio* 7. §. 2. *de bon. dam. d.* §. 1. *verſ. nec intereſt, Inſt. de hæred. quæ ab inteſt.* iuxta terminos tamen *l. pen. Inſ. de adopt.* §. *ſed ea omnia, Inſt. de hæred. quæ ab inteſt.* Arrogato verò emancipato puto etiamnum debere quartam Antonianam. *l. Papinianus* 8. §. *ſi quis* 15. *eod. l. ſi arrogator* 22. *de adopt.* cùm non reperiatur ſublata, nec aucta, *l. pen.* §. *vlt. Inſt. de adopt.* quod ſentire videtur Iaſ. hic *n.* 55. Sic & filiæ dotatæ per ſtatutum exclusæ legitima nõ debetur, ſi credimus Ang. *conſ.* 105 *ſtatutum. n.* 2. *AEmil. conſ.* 1. *n.* 45. *cum mult. ſeq. Corneus conſil.* 309. *circa in prin. parte* 3. Cuius ſtatuti per Italiam frequentiſſimè meminit Bart. *in d.l.* 71. § *Titio, de condit. & demonſtration. n.* 3. & 5. *Iaſ. hic n* 53. Eademque ratione idem erit in filia dotata religione iuramenti excluſa. *c.* 2. *de pactis in*

6. in qua tamen occurrunt aliquot obices, quæ tacitè præteriri non poſſunt, vt, an ſtatutum generale alios vocans ab inteſtato petitionem legitimæ præcludat, ſicut alibi, vt Areſtatij & alijs locis ſtatutum eſt, vt cõiugi ſine liberis decedenti ſuperſtes coniunx in omnibus ſuccedat, hic quæritur, num parentes à legitima excluſi videantur. Difficilem hanc & arduam quæſtionem vocat hic Iaſ. num. 41. in qua cùm alios ſibi non conſtantes adducat, vt Alex. & alios, ipſe quoque eiuſdem culpæ poteſt accuſari. Et crebrius quidem itum eſt in eam ſententiam, vt qui tota ſucceſsione ab inteſtato remouetur, eidem nec pars eius quota, hoc eſt, legitima debeatur, *l. Papinianus 8 §. 5. eod. argumento, l. quæ delata 78. de rei vendicat. l. 7. §. adeo, vbi glo. Iaſ. & Dd. de pact.* Eius enim quod non eſt quarta, dari nequit, vt in hac materia conſulit *Aemil. d. conſil. 1. num. 5. poſt Corneum conſil. 48. num. 7. lib. 2.* & iam ante conſtituta eſt regula, eos qui ab inteſtato excluduntur, non habere legitimę petitionem, pręſertim cùm pro extraneis & mortuis habeantur *l. 1. § ſi pater 4. de coniug. cum emancipat. lib. l. 1. § penult. & vlt. de bon poſſ. contra tab.* vnde non reperitur in toto iure cautum, vt loquuntur, vt alicui non ſucceſſuro ab inteſtato legitima debeatur: *Corneus conſ. 107. num. 3. lib. 2.* quin potius contrarium *d. §. cauſas, Nouel. 115.* Et has quidem partes tuentur, *Iaſon. l. ſi quando 31. §. vlt. num. 10. & 11. h. tit. Benedic. in cap. Raynutius 16 verbo vxorem. num. 45. 46. de teſtamentis, Caſtrenſ. d. l. Titia 71. Titio num. 3. de conditione & demonſtrat. Fabianus de Monte hic. quæſt. 16.* & ita paſsim, quanquam celeberrimi conſuluerunt, *Ang. d. conſ. 105. ſtatutum n. 4. Bald. conſ. 455. ſtatut. n. 2. lib 3 Rom. conſ. 82 ita in fin. Imol. conſ. 113. in cauſa n. 4. Caſt. conſ. quoniam n 3 conſ 195. incipiendo n. 3. & paſſim Alex. conſ. 68 circa n. 6. lib. 4. conſ. 3 circa n. 8. lib. 7 & in l. Gallus 29 §. & quid 2 circa fin. de lib. & poſth. Socin. conſ. 288 circa n 28. lib. 1 conſil. 81. in cauſa n. 3 vol. 4.* Ac ne vtar pluribus, hanc eſſe communem *vult Dec. conſil. 18. num. 5 Corneus conſil. 116. difficultas num 2. & poſſim lib. 1 Pariſius conſil. 23 num. 24. lib 2. AEmilius d. conſil. 1.* Contrarium tamẽ concludunt Salic. hic in fin. dicens hanc opinionem eſſe æquiorem, *& d. l. ſancimus 24. inf de nup. & Iaſ. hic. num. 43. cum ſeq. Bald. conſil 452 cum ſeq. num 1. & 2. lib 1 Alex. ſibi contrarius conſil 7 num. 3. lib. 2. Curt. ſenior conſ 16 in fin. Alberic Brun. trac. de ſtatutis, quæ fœminas excludunt.* In quam partem, vt benigniorem concluſum eſt, definiendo, *ordinat 12. part. 3.* Nec mouere debet ratio ſupra poſita à toto ad partem: quanquam enim ſit quota quædam quantitas ſucceſsionis, non tamẽ debitæ ab inteſtato, ſicut nec teſtamentaria. Sed eſt quædam quantitas bonorum à iure hæreditario ſeparata, cuius iure non æſtimatur, vt ſupra diximus. Non igitur magis pars eius eſt, quàm æs aut res aliena, quæ ex bonis debetur. Non procedit autem argumentum à toto ad partem, vbi ratio eſt diuerſa, *l. ſed etſi 25. §. conſuluit 8. vbi gloſſ. de petit. hæredit. d. l. iuris gentium 7. §. adeo de pactis d. l. Papinianus 8. §. ſed nec ff. eod. gloſſ ord Clemen. 2. verb. defenſor de rebus eccleſiaſt. non alienand. latè Eber. loco à toto uerſ.* Ne tamen erres, vel vbi ius diuerſum quid in parte conſtituit, quàm in toto, ſicuti legitima non parte hæreditatis conſtituitur, ſed pro ære alieno bonorum, *l. vnic.*

Digitized by Google

C.de vendit rei fiſc.lib.10.l.2.vbi inf.de com.rer.alien.Euerb.præall.loco,verſic.non procedit hic arguendi locus.

Vt igitur creditores non repellit exceptio, quod ab inteſtato non ſuccedant: ita nec petitores legitimæ tanquam æris alieni repellere debent, præſertim cum proprio quodam & ſingulari iure debeatur cui nunquam intelligitur generalitate alterius legis derogari, *l. Decurionibus 3. inf. de ſilentiarijs lib. 12.vbi glo.1.*quam reputat Bald.ſingularem in *c.1.in fin.quo tempore tutor.Iaſon.latè poſt gl.l.4.num.16.17.cum ſeq.inf.de pactis.* Et regula, vnius concluſio eſt alterius excluſio, *l.cum prætor 12. de iudic.*locum nõ habet, cum quæritur de eo quod alio iure vel medio ineſt, quàm eius quod includitur, *gl.& Salyc.l.12.inf.qui accuſ.& in l.pac.6.ſup.de pactis.*ſicut alio iure legitimam, quam ſucceſsionem ab inteſtato diximus includi, *l.vnic.inf.de impo.lu.de ſcrip.l.10.*

Quamobrem ſicut generalitate pacti non excluditur legitimæ petitio & ſupplementum *l. ſi quando 35. §.1. & 2. vbi Dd. h. tit.* Ita nec generalibus ſtatuti verbis excludi debet, præſertim cum ſtatutum ſtrictè ſit interpretandum, vt quam minimum lædat ius commune, *l.2.vbi Bald. Salyc.& Dd.inf.de nox.act.Iaſ.l.properandum 11.in princ.nu.5.ſup.de iudic. Dd. communiter l.ſi eum dotem 22.& l.ſi verò 64.§.de viro 3.ſolut.matrimo.*inprimiſque eius modi, quod inſtar eſt exhæreditatis odioſæ, *l.cum quidam 19.de lib. & poſthum.* cuius effectum habet, *l.qui volebat 61.vbi Dd.de hæred.inſt.eſt odioſum.Bal.conſ.93.præmittendum in princ.lib.5.*Quod genus ne quidem ex ſimilitudine, aut maioritate rationis putatur extendendũ, *gl.auth.quas actiones verbo excluduntur,verſ par vel maior ratio.* vbi Caſtrenſis notat *ſupra de ſacroſanct. eccleſ. & in clement.1. verſ.eiſdem de ætat.& qualitat.Ord.*Sed & priuatio iuris, quod cuique competit non ſolet excludi verbis generalibus, verùm ſpecialibus duntaxat & in caſibus expreſsis, *gl.ord.c.vlt.in fin.de ſic.pauc.text.in §.cum igitur verſic. Nec eſt textus aliquid tale dicens. Nouell. 2. de non eligendo ſecundo nub. & Dd. in l. illam 19.inf.de collat.*Nec per ſubauditos noui iuris intellectus inducitur antiqui correctio, *l.2.*vbi hoc notat, i, Bald.Salic & alij *inf.de condictio inſer.l.præcipimus 32.in fin.infr.de appellat.gloſſ.ordi.cap.cupientes 15.verbo petere de electio.in 6.* Sed antiqua diſpoſitio cum noua concurrit ac ſeruari in ſuo caſu debet, *glo. cap. de nulla 28. in fin. de præbend. & glo. vlt. in authent. de adminiſtr. off.in ſacr. appel. Nou. 20.*

Neq; mouere debet, quod filia iureiurãdo excluſa, remoueatur à petitione legitimæ. *cap.2.de pactis in 6.vbi Dd.ordin.25.part.2.*Nam iuſiurandũ non pro generali, ſed ſpecifica renunciatione habetur, *cap.ex reſcripto 9.vbi.CCæ. de iureiur.Bald.d.l.1.nu.4.infr.commodati Iaſ.§.item num.10.12.cum ſeq.Inſtit.de action.*quia tolli legitima poteſt, *l ſi quando 35. §.2.vbi Bald.& Dd.hoc tit.*Nec verò putandi ſunt extranei & mortuorum loco habendi, legitimæ petitores: leges enim in id adductæ de prorſus incapacibus loquuntur, vt de portatis, *l.1.infra.de hæred.inſtitut.l.1. § penult.de bon.poſſeſſ.contra tab.iuſtè exhære-*

datis. d. Nouell. 115. At hic iſtud ipſum quæritur, an iſti pro excluſis ſint habendi. eſt igitur petitio principij. Nec igitur obſtat regula ſupra poſita, legitimam non deberi ab inteſtato non ſucceſſuris. Nam ea de prorſus excluſis & incapacibus eſt accipienda. Concludimus ergo ſicut non obſtat creditoribus ſuum perſequentibus, quod non ſuccedant ab inteſtato: ita nec idem obſtare in legitima quatuor creditoribus. Quia non petunt hanc iure hæreditario, ſed ſeparato, nec vt hæres, ſed magis vt bonorum creditores. Vnde ſtatutum includendo alium hæredem ex aſſe, quantumuis reliquos hæredes excludat, & ideo iſtos quoque quod ad ſucceſſionem legitimam attinet, non tamen quoad legitimam, quæ alio iure venit, ac debetur. Cædat igitur communis opinio, veritati tam multis declaratæ. *l. 2. verſicul. ſed neque ex multitudine, ſupr. de veter. iur. enucleand. capit. ego. vbi gloſſ. verb. quantalibet, diſtinction.* 9. Ex his plana fit & illa quæſtio, num filia dotata ſucceſſione ab inteſtato excluſa legitimæ ſupplementum petere poſſit, cùm enim tale ſtatutum non tollat legitimam, vt modò vidimus, imo eo ipſo quod dotem dari velit, legitimam potius includat. *Cyn. & Dd. in d. l. ſancimus. infr. de nupt. & ordinat.* 10. *parte* 3. *in fin.* Nec filia eiuſmodi prorſus ſit incapax. ſed partem potius faciat & accipiat. *Bart. l.* 1. *§. qui habebat. numero* 5. *&* 6. *de bon. poſſeſſ. contra tab.* omnino iudicandum eſt ei competere, *l. ſi quando* 35. *§.* 1. *vbi Bald. & Dd.* 1. *hoc tit.* Cæterum caſu quo prorſus excluduntur, puta per iuſiurandum, aut exhæredationem iuſtam, vt ſup. poſuimus, aut etiam conſenſu. *l.* 12. *&* 17. *de iniuſt. rup. teſta. ordin.* 10. *parte* 3. an ita excluſi quacunque ratione partes alijs cohæredibus, aciant, hoc eſt, inter cæteros computabuntur Verbi gratia. Oſtendit hæc auth. trientem quatuor liberis, ſemiſſem pluribus deberi: quid ergo ſi quintus ex numero liberorum ob ingratitudinem aut renunciationem iuratam excludatur, vtrum computabitur in numerum reliquorum, vt legitima ſit ſemiſſis tanquã quinque liberorũ, an verò triens, quaſi quatuor tantum ſuccedentibus: Attigit hanc quæſtionem *Bart. in l. planè* 34. *§. ſi duobus* 6. *n.* 1. *de leg.* 1. ſed non definit *in l.* 1. *§. penult. de bon. poſſeſſ. contra tab.* videtur hunc numerum eximere. Contra verò ſtatuit in *l. pater* 14. *num.* 20. *ff. de inoff. teſtam.* Nec ſe ſatis de eadem re explicant. *Iaſ. num.* 47. *d. l. planè, §. ſi duobus.* quorum pleroſque in maximo errore hic verſari dicit Cuiacius *Nouell.* 18. qui aiunt tantum partem facere, & in numero eſſe, qui licet exhæredati aut excluſi, quærelam tamẽ habent *l. Papinianus* 8. *§. quorum* 8. *eod.* Reliquos verò omnes, partem nullam facere, nec in numero eſſe. *per legem ſi poſt* 10. *§.* 4. *de bono poſſeſſ. cont. tabulas. l.* 1. *§. ſi pater* 9 *de coniungend. cum emancip. lib. l filio* 16. 1. *qui repudiantis* 17. *l. ſi ponas* 23. *eod. Harmenopol. lib.* 5. *tit.* 9. Quamobrem ab hac regula puto excipiendos qui non prorſus ſunt incapaces, vt qui

exclu-

Digitized by Google

excluduntur propterea, quòd aliquid acceperint, vt filia propter dotem, &c. Non enim hi ſunt incapaces, nec prorſus excluſi, imò magis ideo excluſi, quòd ijs ſatisfactum ſit, eoque nec pro mortuis habentur, proindeq; partes facient, & in numero habebuntur, & id videtur etiam ſentire Bart. *in l. 1. §. qui habet, num. 5 & 6 de bon poſſeſſ. contr tab.* apertius Bald. *in l. vnic. num. 20. inf. quando non petent partes.* Nam ſi partem faciunt, & numerus ſunt, qui capere poſſunt, licet non capiant. *d l. Papinianus 8. §. quoniam 8. eod.* quod Cuiacius quoque fatetur. *d. Nouell 18.* quanto magis illi, qui iam vt capaces acceperunt. His poſitis iam ſigillatim quibus quo ordine legitima debeatur, eſt perpurgandum, & quidem in ſucceſſionibus ei prima eſt liberorum cauſa *§. 1. cum ſeq inſt. de hæred. quæ ab inteſt.* Nihil enim tam eſt νόμιμον, ſeu legitimum, quàm liberos ad parentum ſucceſſionem venire. vt dicitur in *§. ergo verſic. quid non legalius. quib. mod. nat. effic. ſui Nouell. 89.* alias inſcribitur de filijs naturalibus, ſic dubitari non debet, quin legitima primò debeatur liberis ordine ſucceſſiuo, hoc eſt, prout proximi ſunt hæredes. *d. §. 1. Nouell. 18. & Inſtit. de hæredib. quæ ab inteſtat.* tam in poteſtate conſtitutis, quàm emancipatis. *d Nouell. 118. Bart. in l. cùm ex fil. 10 39. num 3. de vulgar. & pupill.* etiam ſpurijs in materna hæreditate *Iaſ. in l. Gallus 29. § quidam, num. 20. de lib. & poſth.* non paterna, *l 1 § 1. verſic liberis.* ita demum portio tribuitur, ſi iuſtis nuptijs nati ſunt, *de bon damn l. 5, verb. legitimo matrimonio nati. inf. tit. 1.* Etiam fictis, *cap. in præſentia 8. de probat.* filijs item legitimatis. Iaſ. hic *num. 14. gl. in auth. ſi qua mulier. verb. competere*, vbi Salycetus, & Iaſon dicunt, eam eſſe ſingularem. *ſupr. de ſacroſanct. eccleſ.* non modò per ſubſequens matrimonium. *cap. tanta 6 cap. per venerabilem 13.* qui filij ſint legitimi. Schurff. *conſil 1. n 18. centur 1.* ſed etiam aliter legitimatis *Iaſ. conſil. 162. in cauſa num. 1. & 2. lib. 2.* Schurff. *d. conſil. 1.* ſicut & adoptiuis, *l. cùm ratio 7. §. ex bonis 2. de bon. damn. in princ. Inſtit. de hæredit. quæ ab inteſtat.* non tamen hodiè in bonis extranei patris adoptiui *l. pen. inf. de adoptio.* vbi Bald. non etiam feudum. Vnde excluduntur tam legitimi *§. naturales, ſi de feudo defunct.* quàm adoptiui, *§. adoptiuus eod. tit.* exceptis ijs, qui per ſubſequens matrimonium legitimantur. *Dd. d. §. naturales. per d. c. tanta 6.* quod ſic quotidie practicari inquit Schurffius, *d. conſil. 1. n. 17. cent. 1.* de quo hic quæri nihil attinet, quoniam de feudis legitima nec detrahitur, nec debetur. Bart. in *l. 4. in fi. pr. de hæred. inſtit. Bald. Caſtrenſ. & Dd. in l. ſcimus 36. § repletionem, hoc tit. & in l. Iulianus 6. in princip. ad Trebell.* Porrò non extantibus deſcendentibus debetur ſecundo loco legitima Aſcendentibus parentibus, ſicut & ſucceſſio *§. 2. Nouell. 118.* vtriuſque ſexus *d. §. 2. §. aliud, cum ſeq. Nouell. 115. & ordi. 17. part. 3* gradu item proximis & ab inteſtato ſucceſſuris *§. 2. Nouell. 118.* ſicut & Zonoras author eſt, principum conſtitutionibus τῶν νομιμῶν μέρος, etiam contra teſtamentum parentibus eſſe conceſſum, exemplo partis patrono debitæ. *§. pen. Inſtit. de ſucceſſion. libertor. & tot. tit.* ſi quid in fraud. patroni. cui hæc comparatur. *Inſtit. de leg. pa. tutel. Iaſ. hic n. 37. per gl. Bart. & Dd. l. 1. §. 1. ſi quis à parent. manumiſſus.* Quæ olim tantùm ex fiducia debebatur patri, *§ vlt. Inſtit. de*

L. agnato

L. agnato ſucceſſ. l. 1. & tot. tit. ſi quis ex parent. manumiſſ. ex S. conſulto matri nulla, ſed tantùm duntaxat ab inteſtato ſucceſsio. *Inſtit. & inf. de S.C. Tertul.* Et his quidem indiſtinctè legitima debetur, eodem quo ab inteſtato ſuccedunt ordine ac modo. *d. §. 2. Nouel. 118.* niſi per ingratitudinem aut aliam cauſam excludantur. *d. Nouel. 115. & inf. de his quibus. vt indign.* Tranſuerſalibus legitima non debetur Dd. hic & Bald. *in 6. quaeſt. Iaſ. num. 49. & in auth. ex cauſa. inf. de lib. praeteritis.* quia nec querelam habent, *l. 1. ff. eod. l. fratris, 21. hoc tit.* eoque nec legitimae petitionem. *Nouel. 18. in princip.* quae ſurrogata querelae eſt, *l. ſi quis. 33. l. omnino 30. hoc tit. d. Nouel. 18.* niſi vno caſu, & quidem in primo gradu. *§. ingratitudinem in auth. de nuptijs. No. 22. vbi glo. & §. primum. in authen. de haered. & falc. Nouel. 1.* Fratri nimirum & ſorori vtrinque coniunctis, vel conſanguineis, quoties turpes perſonae, aut ingrati liberi ſunt inſtituti. *l. fratres. 27. leg. ſororis, 21. hoc t.* multo verò minus debetur externis, quamuis benè meritis, vt alumno & praeceptori. *l. vlt. vbi hoc notat Bald. in pr. & nu. 1. infr. de infantib. expoſitis.* Item affini, vt priuigno, vitrico, *l. vitrico. 3. infr. communia de ſucceſſ.* vbi Bald. quia cùm ab inteſtato hi non ſuccedant, *d. l. vlt. de infant. expoſi. l. vitrico. 3. l. amitae. 5. l. auunculo. 6. l. affinitatis. 7. inf. commun. de ſucceſsio.* ne quidem legitimam habent ſecundùm regulam ſupra poſitam. Ex quo ipſo facile intelligi poteſt non eſſe neceſſarium argumentum ab alimentis ad legitimam. nam indiſtinctè fratribus neceſsitate circumuentis alimenta debentur, *gl. l. 1. in fin. inf. de alendis liberis.* & fortaſsis magis ijs, quibus maior etiam pietas debetur, vt alumno & praeceptori. *l. Aquilius. 27.* vbi Bart. & Dd. de donatio. multo minus in ſucceſsione ab inteſtato ad legitimam rectè inferri, cùm haec longè alio iure veniat. vt ſup. diximus, nec à ſeparatis rectè fiat illatio. *l. vlt. infr. de calumnia.* argumento eſt, quòd collateralib. ab inteſtato debeatur ſucceſsio. *tot. tit. Inſtitut de leg. agna. ſucceſſ. §. 3. & 4. Nouell. 118. de haered. ab inteſtat.* non tamen legitima, ſicut iam eſt expoſitum. Imò fratribus non minus quàm parentibus & vnà cum ipſis ſucceſsio debetur iure ciuili. *§. 2. Nouell. 118.* Etiam conſanguineis & vterinis in ſui lateris ſucceſsione. Bald. Salyc. & Dd. in *Authent. defuncti, infr. ad S.C. Tertulia.* latè Schurph. *conſil. 5. per totum. centur. 1.* qui tamen legitimam non capiunt pariter, & vterini quidem nullo caſu, *d. l. fratres. 27. hoc titulo.* Circa materiam plures ſunt nobis quaeſtiones excutiendae, 14
prima de quãtitate. Ea erat olim quarta eius quod ab inteſtato debebatur. *l. Papinianus. 8. § ſi quis 6. eod. l. parentib. 8. l. cùm quaeritur. 6 l. 24. hoc tit.* Hoc eſt tres aſſis vnciae, *l. ex tribus 26. l. ſi maritus. 22. hoc tit.* Hodie in liberis triens eſt, ſi quatuor vel pauciores exiſtant, ſin plures ſemis, cuius rationem exponit. *§. 1. No. 18. de trien. & ſemiſſ. & Iaſ in l. re coniuncti 89 num. 193. de leg. 3. & in l. planè 31. § ſi duobus. 6. num. 23. cum ſeq. de leg. 1. & in l. Gallus. 29 § quid ſi tamen num 56. de lib. & poſthum. vnde facti verſus.*

Quatuor aut infra dant natis iura trientem.
Semiſſem verò dant natis quinque vel vltra.

Accipiatur autem haec quantitas de bonis qualia ſunt tempore mortis

l.6.vbi Dd.hoc tit. At interdum vſu venit, vt etiam in bonis viuentis de legitima quæratur, verbi gratia. Cùm filia ad quantitatem legitimæ eſt dotata, aut quoties pater pro delicto filij legitimam ſoluit. Hoc caſu, quanquã Bald. in *l.ſi qua 7.num.*1.2. de his qui ſunt ſui vel alieni iur. Putet legitimam hanc definiri commodè non poſſe, tamen exiſtimo ſemper tum fore ſemiſſem bonorum præſentium, quorum ſtatus præſumitur, & in futurum duraturus. *cap. mandata 6.cap.3.cap.ſcriba.9.de præſumpt.* & vt maximè mutetur, tamen nullus de læſione queri poteſt in poſterum, cùm euentum contrarium res ſortiri potuerit. Caſtrenſ. & Dd. *l.de fidei commiſsis. & l.1.ſup. de pact.s.* ac quamuis vnicum tantum filium, filiamque habeat parens, tamen ſaltem quatuor generare poteſt. *l. 3.ſi pars hæredit. petat.* & quamuis in ſenibus eadem non rectè ducatur præſumptio, *l.penult. infr. de nupt. l.ſi maior. 12. infr. de leg. hered.* tamen quod generationi hic deeſt, per adoptionem in ſenibus suppleri hic poteſt. *l.ſi paterfamil.15.§.vlt.de adopt.* quæ etiam matri ex indulgentia principis permittitur. *§.fœmina Inſtit.de adopt.l.ſi ſuſpect.29.§.vlt.ff. de inoffic.teſtament.* Excipio ab hac quantitatis regula liberos curalium, quorum propter onera, quæ curijs incumbunt, legitima eſt bonorum dodrans. *§.excipiatur 2.Nouell.18.de trient.& ſemiſs.& Nouell.87.* Sed & conſtitutionibus principis vno caſu adhuc quarta eſt, cùm ſc. legitimam ex nouis feudis filia petit, ſicut petere poteſt. Bald. & Salyc. *l omnimodo.30.§.imputari.hoc tit. Capitius.deciſ.2.num.6.* In nepotibus legitima quanta ſit, non eſt omnino expeditum. Ita tamen diſtinguunt hic Salyc. *num.3.cum ſeq. Iaſ. num.51. Alexan. conſil.63.ſuper num.* 1.2.*cum ſequen. lib.2.* Aut extant nepotes tantùm ex vnico filio, & horum quatuor trientem, plures ſemiſſem accipient inſtar filiorum, quia proprio iure non patris in capita ſuccedunt, *§.1.de hæredib. ab inteſtat. Nouell.118. Caſtrenſ. l. qui ſuperſtitis. 94. num. 3. & 4. de acquir. hæred. poſt Bart.* Aut ſuccedunt ex altero filio demortuo nepotes vnà cum ſuo patruo, hoc eſt, aui cui creditur filio ſuperſtite, & tunc quoniam intrant in locum patris præmortui, vnam tantùm illius perſonam conſtituunt, ac repræſentant, quamuis plures, *§.cum filius.cum ſeq. Inſtit. de hæred. quæ ab inteſtat.* Quamobrem legitima tum quaſi in duobus tantùm erit triens, etiamſi nepotes quinque pluresue fuerint. Idemque ſeruabitur ſi ſoli adſint nepotes plures ex duobus vel tribus puta filijs, nam & hi in ſtirpes ſuccedunt, partemque duntaxat parentum vt concurſum diuerſarum linearum capiant. Angel. & Dd. in *§. cum filijs, & in §. 1. Nouell.*118. In parentibus auctam eſſe quartam communi Dd. ſcholæ placuit. Iaſ. hic poſt glo. Bart. & Dd. *num.35.* atteſtans communem Bart. & Dd. *l. nam etſi 15.l. Titia 13. cum l.ſequent. eod. Caſtrenſ. & Dd. Authen. ex cauſa infr. de lib. præterit. de quo textus eſt in d. Nouell. 18. vbi Cuiac. §.1. de trient. & ſemiſſ. §. cum igitur. Nouell. 2. de non eligend. nub.* & confirmat idem, *ordinat. 8. in fin. parte 3.* Nam parentes hac parte filijs æquiparantur, *d.l.nam etſi 15.* in æquiparatis

autem

autem idem ius eſſe debet, *glo l. quod verò 14. de ll. l. ſi de ſeruo 20. infr. de furtis, & diſertè in d. §. 1. de trient. & ſemiſ. Nouell. 18.* ait Imperator, in omnibus perſonis auctam eſſe legitimam, quibus olim de inofficioſo agere licuit, ſicuti licuiſſe parentibus, *d. l. nam etſi oſtendit*, nec de alijs quàm parentibus hoc intelligi poſſe, ex eo conuincitur, quòd ante de liberis erat diſertè actum, fratribus autem & reliquis non competat querela, niſi vno caſu, rarius incidente, quoniam veriſimile eſt legis latorem ibi conſideraſſe, *arg. l. 3. & 4. de ll.* Augetur autem parentum legitima vſque ad trientem, vel vlterius, quia non potiore conditione, quàm liberi eſſe debent: at hîc quatuor tantummodò capiunt trientem, eoque nec parentes amplius capere poſſunt, quia nec vlterius multiplicantur ſicut liberi, nam duo tantùm ex paterna, totidem ex linea materna ſuccedunt nec plures. *Crauet conſil. 110. num. 3. li. 1. Bald. conſil. 350. lib. 4. Socin. conſil. 75. lib. 3.* Quid autem ſi extent fratres defuncti, qui cum aſcendentibus admittuntur iure ciuili. *Authent. defunct. infr. ad Tertull. § 2. Nouel. 118.* Hic quænam debeat eſſe quantitas legitimæ parentum variè diſputatur, *in l. pater 14. ff. eod. vbi Bart. & in l. vnic. §. in princ. infr. de caduc. tollen.* & alias atque alias partes licet inuenire definitas, *in Dd. conſilijs Oldrat. conſil 123. Iaſon conſil. 60. lib. 3. Corneus conſil. 102. circa lib. 2.* quod mihi videtur non diſſenſione ſententiarum, ſed diuerſitate ſubiectorum caſuum accidiſſe. Nam vt ſemper aliàs, ita hic quoque crediderim indiſtinctè legitimam parentis eſſe tertiam partem non totius hæreditatis, ſed partis quæ ei ab inteſtato debetur. Vt ſi vnus ſolum frater concurrat, qui non de iſta legitima, ſed ab inteſtato tantùm ſucceſsione legitima participat, parentis legitima erit ſextans, ſeu duæ vnciæ, quia quadrans illi tantùm ab inteſtato deberetur. *Bald. conſi. 350. conſulendo. num. 2. volum. 4.* Atque ita conſequenter. Nam cum fratribus non ſtirpes, ſed in capita ſuccedit, *d. §. 1. & 2. Nouell. 118. de hæred. ab inteſtat. Bald. & communiter Dd Auth. defuncto infr. ad Tertullia.* licet dubitet Socinus *conſil. 75. num. 7. & 8. lib. 3.* Parentum igitur legitima ſemper eſt nunc triens, eius quod ab inteſtato accepturi eſſent, ſicut olim quadrans erat, nec enim augeri ad ſemiſſem poteſt, ſicut in liberis, quoniam vltra quatuor in aſcendente linea ſuccedere ſimul ab inteſtato non poſſunt, *Crauetta, conſ. 110. num. 13. Bald. conſil. 350. num. 2. vol. 4.* Nec verò dubium eſt, quin hæc portio ſit introducta ad exemplum trientis, qui patrono debetur. *§. penult. Inſtitut. de ſucceſſ. libert.* Quanquam autem vnus quem viderim Corraſius contradicat, *l. filium 21. famil. erciſc.* tamen diſertè refellitur, *Nouell. 18.* Cuius ſi nullum verbum otioſum eſt, ſed ſingula in ll. operari debent. *Crauet. conſil. 201. num. 13. Bald. conſil. 51. in fin. lib. 5. per leg. 20. §. prætor 6 verſic. aptanda ſingulis verbis, de petit. hæred. l. Titia. 34. §. 1. de leg. 2. gloſſ. vlt. l. in leg. 32. ff. locati.* quanto minus tota illa periodus: Hoc eodem obtinente in omnibus omnino perſonis, quibus olim quadrantis nomine de inofficioſo querela ll. attributa fuit.

Si igitur erubeſcimus ſine lege loqui §. *& conſideramus eod. tit quanto magis contra legem*. Et ſi in praxi nihil eſt recipiendum præter legem. *Bald. ca. nihil 44. circa fide electio. & in l. 4. num* 1. ſup. quibus ex cauſis maiores, quanto minus nihil eorum, quod ſit contra legem. Idem Bald. *in ca. in Geneſi. 55. in fi. de electio.* Fratrum legitimam etiam auctam eſſe inſtar liberorum (nam plures quàm quatuor in ſuccedendo concurrere poſſunt) non defuerunt olim qui defenderent. *gloſſ. hic.* verb. titulo. verſ. alij tamen dicunt etiam in fratribus (idque ſequitur Cuiacius *d. Nouell.* 18 de his quoque accipiens verſiculum loquentem. Hoc eodem obtinente in omnibus &c. quod iuuari poteſt ex eo, quia ſignum vniuerſale omnibus vniuerſalem facit orationem. Bald. *l. generali 32. § vxori enim. num. 4. de vſufruct. legat l. teſtatorem. 68. in pr.* ſeu vt in vulgatis eſt. *Iulianus 65. de leg 3.* Ad quæ ſalua recti ſermonis proprietate extendi poteſt. Alex. *conſ. 11. viſo. num 9. & 15 vol. 2. Pariſ. conſil. 20. nu. 78 vol. 1. per legem plurib 6. de acceptil.* & tradunt Dd. in *l. ſub prætextu 1. & 2. ſup. de tranſact. l. Lucius. §. empta. de pactis*, & de quibus cogitari potuit. Dec. *conſil. 29. in fin.* Sylua. *conſil. 95 num 17 per legem à procuratore 13 inf. mandati. c. ſolitæ. 7. de maio. & obedien. & d. l. Iulianus ſine exceptione. Fride. de ſen. conſ. 84. in pr. Sylua. d. conſil. 95. num. 17. Cranet conſ. 3. num. 1.* Moueret me hæc ratio, niſi vniuerſalitas *d. Nouell.* 18. haberet cauſam annexam & expreſſam, ad quam vniuerſalis oratio coerceri & reſtringi debet. Bart. *l. Aurelia. 20. §. Gaius 1. num. 11. de lib. legata.* & diſertè loquitur de ijs, quibus querela generatim olim competijt. Adhæc fratri non competit regulariter, ſed vno duntaxat caſu rariſsimo, vt diximus: non igitur fit mihi veriſimile ea in generalitate de legitima fratrum agi, argumento *l. 3. & 4. de ll.* Sed nec vlla poteſt dari vniuerſalitas, quæ non ad ſuas circumſtantias & ſubiecta reſtringatur, & ita vt videtur abſurda. *Iaſ. l. 1. num. 19. de leg. 1. & l. quamuis. 11. de in ius vocand. Panor. d. c. ſolitæ. num. 3. de maior. & obedient.* Eleganter Zaſius *lib. 7. reſponſor. c. 6.* quod ſi ſtatueretur fratrum legitimam auctam, ſequeretur illud abſurdum, vt pluribus concurrentibus maior horum, quàm parentum legitima eſſet, proindeque ſequor communem, quam vſus obſeruat, vt exiſtimem, *d. Nouell.* 18. ad fratres non pertinere. gl. hic verbo titulo. eoque vt olim, ſic nunc quoque fratrum legitimam tantummodo

15 quadrantem eſſe. Bart. *n. 9.* & communiter Dd. in *l. fratres. 27. h. t. Iaſ. hic n. 36.* Materia circa quam legitimæ quæſtio vertitur eſt teſtamentum, ſeu cauſa teſtata, nam vel ex hac capitur ſi relicta ſit, *l. omni modo 30. l ſi quis. 36. & paſſim hoc tit.* vel contra eam petitur, ſi non ſit relicta. *gl. vti & Dd. Auth. Presbyteros. ſup. de epiſc. & cleric.* Cæterùm ab inteſtato, aliam obtinere legitimam diximus, quam rectius, vt ab hac ſeparetur, vocaueris legitimam ſucceſsionum, non portionum. Totum enim ibi debetur, non portio totius, ſicut in hac legitima. *l. 3. de petit. hæred. l. lege 130 de V. S.* à cuius iure hanc eſſe diſcretam oſtendimus, *l. 1. inf. de impart. lucra. deſcrip. lib. 11.* Eſt tamen cùm ab inteſtato quoque inducitur quæſtio legitimæ. *Emil. conſil. 1. num. 3. 4.* cùm ſcilicet etiam id ob ſtatutum vel pactum, aut aliam cauſam

excluſus ab inteſtato non plus legitima petere poteſt. ſo9 n. conſi. 7ſ. n 3.4.5.
lib.3. Aemil. d. loco. Quanquam & nunc quaſi teſtati cauſa ſubeſt. l. hæreditas 5.
verb. vice teſtamenti inf. de pact. conuentis. & voluntas quædam innominata, Iaſ.
num.15 poſt Salyc. in l. licet 19. ſup. de pactis & l. pactum. 15. num. 3. eod. tit. pro quo facit or
dinatio. 43. parte 3. in qua tanquam ſuæ voluntatis diſpoſitione intelligitur
deceſsiſſe defunctus & acquieuiſſe, Bart. num. 2. & 3. & communiter Dd. in l. tale
pactum 40 §. vlt. inf famil. erciſcund. l. hac conſultiſsima 21. § ex imperfecto, cum auth. ſeq.
inſt. de teſtamentis. Ex his iam poteſt decidi illa quæſtio nuper nata, An cùm
ex conſtit. 11. parte 3. Gerada filiabus in legitimam putetur, id etiam obtine-
re debeat ab inteſtato? Nam cùm hic legitimæ quęſtio non habeat locum,
tanquam quotæ, ſed tota ſucceſsio debeatur, ne quidem imputationi lo-
cus eſſe poteſt, niſi eo caſu, quo propter renunciationem aut ſimilem cau-
ſam tantùm legitimam petere filia poteſt. Materia, †ex qua ſeu in qua le- 16
gitima debetur, ſunt bona defuncti patris, matris, filiorum, & ſimilium,
vnde legitima debetur, l. ſcimus 36. §. 1. h. tit. Corraſ. l. filio 24. num. 85. inf. fam. erciſc.
de quorum toto corpore & aſſe debetur, l. iubemus 10. per illum text. n. 3. inf. ad
Trebellian. Vnde non poteſt inuito certa pecunia vel quantitas pro prędijs
rebuſque hæreditarijs in legitimam relinqui, ſecundùm Bart. in l. 4. in fin.
princ. de hæred. inſtit. Corraſ. d. l. filium. 34. verb. certa quantitas, hoc tit. Nam & pecunia
eſt in hæreditate, l. quoniam 29. hoc t. & pretia rerum l. item 20. § redactæ 13. cum ſeq.
de petit. hæreditatis. Quanquam igitur lex velit legitimam ex ſubſtantia pa-
tris præſtari d. l. ſcimus. §. 1. non tamen ideo ſequitur ex corporibus hæredi-
tarijs præſtandam eſſe, nec poſſe relinqui in pecuniam: præſertim cùm
Dd. fateantur, quidquid capitur ex teſtamento vel bonis paternis titulo
lucratiuo, id omne in legitimam imputari, Bart. & Dd. l. in quarta 91. ad l. falc.
& l. filium 24. inf. famil. erciſc. latè Alexand. conſil. 31. viſo num. 1. 2. 3. 8. 9. parte 3. Atque
hoc ſeruari vſu vt filius quantitate contentus eſſe debeat, oſtendit Guido
papæ, deciſ. 487. intellige cùm à patre in nummis legitima eſt aſsignata.
tot. tit. Inſtit. de aſsign. libert. Nam alioqui videtur ex corporibus hæreditarijs
deberi. Corraſ. d. l. filium num. 88. non fructibus d. l. ſcimus 35. §. repletionem. Bartol. l. Pa-
pinianus 8. §. 11. vbi Dd. eod. niſi pendentibus: Iaſ. l. cùm filius familias 11. num. 177.
de leg. 1. ad electionem agentis, qui arbitrio tamen iudicis, l. po-
teſt 27. de leg. 1. electionem habet, vtrum in corporibus aut æſti-
matione, & in quibus præſtari legitimam velit. Caſt. Bald. & Dd. in d. l. ſcimus
in §. 1. & §. illud hoc tit. per l. 2. infr. ad l. falcid. & in l. non amplius 26. §. cum bonorum 2. de
lega. 1. non tamen poteſt legitimam eligere filius in re per teſtatorem alij
legata, aut prohibita alienari, Iaſ. & Dd. l. Marcellus 3. § res quæ 3. num. 12. & §. i-
tem 2. num. 12 ad Trebell. & l. filium 24. num. 16. 17 inf. famil. erciſc. dummodò alias
ſufficere legitim. hæreditas poſsit. Iaſon. d. l. filium nu. 11. & 12. & in d. l. Marcell.
§. res quæ num. 10. niſi omnes res meliores legaſſet, vt poſt Alex. Iaſ. in d. §. res quæ
num. 12. aut exhauſta legalis eſſet hæreditas, quibus tum detrahitur. l. ſcimus
36. §. 2. hoc tit. l. quanquam 10. Inſt. ad l. Falcidiam, l. iubemus 6. infra. ad Trebell. Sicut in-

Iaſ.l.2. num.2.3. de adopt. per l.1.in fin. ſi quid in fraudem patron, & author ex teſtament. num in fin. infr. de collat. & infr. de condit. ob turpem cauſam. vbi Dd. in rubric. Pro quo facit lex vlt. infr. de religio. & ſumptib. funer. Hiſce poſitis conſequenter quid in legitimam imputetur videamus, & ex communi quidem opinione computantur in legitimam quæcunque ex teſtamento quocunque iure capiuntur. *§ 1 Nouell 18. l. 3. §. penult. de bon. libertor. l. 1. ſi quis à patre manumiſſ. l omnimodo 30. l. ſcimus 36 hoc titulo, l. etiam 3 §. ſi debita 9. l. libertus 20.* Nam cùm legitima ſit quodammodo æs alienum. *l. vnic. infr. de inoffic. dotibus.* & filius creditor, *gloſſ. l. ſi quis 7. infra de falſis. Corraſ. d. l. filium numer. 102.* ideoqúe quodcunque relinquit pater, cenſetur compenſandi animo reliquiſſe. *Corraſ. d. l. filium, num. 102. per l. ſi cum dotem 22. §. ſi patri 4. ſolut. matrimon l. creditorem 85. de legat. 2.* Vnde omnia legata & relicta titulo non oneroſo in eam imputari volunt. *l. etiam 3. §. penultim. de bono libert. l. quoniam 29. hoc titulo Bart. & Dd. d. l. in quartam. 91. ad l. falcid. Alexand. conſil. 31. viſo. numer. 2. 3. 8. 9 part. 4. & 27. videretur numer. 2. 3. 4. 5. volum. 5.* Denique quæcunque conferuntur. *l. quoniam 29. hoc tit 4. inf de collat.* & titulo lucratiuo ex bonis defuncti capiuntur. *Alexand. d. conſil. 31.* Vnde fortaſſis nata conſtitutio de imputanda in legitimam gerada. *Ordin. 11. parte 3.* Mihi hoc ideo minus placet, quòd videam in falcidiam non imputari legata aut ſimilia, ſed ea tantùm quæ iure capiuntur hæreditario. *l in quartam 91 ad l falcidiam, l. filium, inf. famil. erciſc. Cuiac. obſ. lib. 8. c. 2. 5. 8.* Multò igitur minus in legitimam, quæ fauorabilior eſt & velut æs alienum capitur. Ac quidem ex hæreditario iure relinquenda eſt titulo, videlicet inſtitutionis, vt poſt dicetur. Quid? quòd ipſi Dd. *d. l. in quartam* fateantur donationes ſimplices non imputari. *l. ſi quando 35. §. & generaliter hoc tit.* niſi nominatim id cautum ſit. *d. §. & generaliter. l. ſi non mortis 25. de inoffic. teſtam. Socin. conſil. 18. præſentis. nu. 4. & 12. & conſil. 19. num. 2. & 3. volum. 4.* Sicut nec conferuntur *auth. ex teſtament. vbi Dd. infr. de collat.* niſi in duobus caſibus *l. penult. infr. de collat.* Nam *§ illud, Nouell. 18. de trient. & ſemiſſ.* qui donationes conferri vult, non de his ſimplicibus accipio, ſed dotibus & ſimilibus ob cauſam neceſſariam factis, ne per illum ius vetus contra textus verba corrigatur. Quid quod Caſtrenſis *in d. l. in quartam, num. 4. & Corraſius d. l. filium, num. 107.* idem porrigunt ad donationes morte confirmatas, vt non imputentur, quæ tamen omnino pro legatis ſunt. *l. donationes 25. infr. de donat. inter virum & vxor. l. mortis 53. de donat. int. vir. & vxorem.* pro quo adduco textum. *in l. filiæ, infra famil. erciſcund. l. pater, infra. titulo 1.* Licet id communis ſchola repudiet, Bartol. & Dd. *d. l. in quartam.* Quid quòd legata & ſimilia relicta non conferuntur, ſed habentur præcipua. *l. ſi qua 7. infra famil. erciſcund. l. filiam. 16. infra. de collation. l. ſi pater 4. de collation. dotis. Cuiacius libro 3. obſeruation. capite 30. & communiter* Dd. *d. Authent. ex teſtamento infra. de collation.* quoniam iure extero capiuntur. *l. à patre 10. infra. de collat.* hoc eſt, non hęreditario, ſed ſicut quilibet extraneus capit, nec confert. *gloſſ. d. l. filiæ 8. verb. adiudicari infr. famil. erciſcund. & in d. l. à patre verbo extero.* quemadmodum nec illa imputantur, quæ per ius accreſcendi ſubſtitutionum aut alio ti-

tulo

tulo quam hæreditario licet ex hęreditate obueniant imputantur. *l. ſcimus. 36. in princip vbi Iaſ. notat num. 9. hoc tit.* vel cauſa conditionis adimplendæ datum, *Caſtrenſ. & Dd. l. Papinianus. 8. §. ſi conditioni. 10. de inoffic. teſtam. Corraſ. Dd l. filium.* Sed imprimis me mouet, quòd omnes leges, quibus noſtri vtuntur & nituntur, contra ipſos faciunt, probentque tum demum relicta in legitimam imputari, cùm hoc nomine & contemplatione relicta ſunt, vt imputentur, *l. 3. §. ſi debita 9. de bon. liber. l. fine. 21. §. 1. de iur. patron. l. ſi non mortis. 25. eod. l. ſi quando 35. §. & generaliter lege omni modo. 30. hoc tit l. 1. §. ſi pares, ſi à parente manumiſſ. l. Papinianus 8. §. ſi quis mortis 6 ff. eod.* Et ita accipienda quoque *Nouell. 18. §. 1. in verb. ſi id ipſum.* nempe legitima per modum legati reliquerit. Ex quo ſequitur quoties talis conditio adiecta non eſt, ſicut nec adiecta præſumitur. *§. omnis, Inſtit. de V. O.* Sed pura cenſetur eſſe donatio in dubio non ob cauſam vel conditionem factam. *l. Seia. l. vbi 27. de donat. mor. cauſ. Dd. in l. quæ dotis 34. ſolut. matrim. Schurp. conſil. 9. num. 10. cent. 1.* toties in eiuſmodi legitimam non imputari, quemadmodum & Bart. & alij hoc argumento vtuntur. in *d. §. & generaliter.* Sed & ratio à noſtris poſita prorſus eſt falſa, nec enim relictum putatur in debitum, niſi ſit expreſſum. *l. creditorem 85. de leg. 2. l. vnic. verb. primum. infr. de rei vxor. actio.* vbi additur ratio, cùm manifeſtiſſimum ſit teſtatorem, qui hoc non addidit, voluiſſe vtrumque concipi & relictum & debitum, alioquin inutile erit legatum, ſi non præcipuum habeatur, quod & Crauetta animaduertit. *conſil. 39. de anno. nu. 2. & 3.* Qui verò *d. l. creditorem,* accipiunt de creditore neceſſario, ſed vltrò electo primùm incurrunt in verba textus, deinde ne ſic quidem elabuntur, quoniam nec electus ſponte creditor, vt hæres in ſuam portionem imputat ſibi relicta. *l. ſi qua 7. infr. famil. erciſcund. l. ſi ita 42. l. inter 44. §. 1. l. Rom pig. 28. l. ſi filia 20. §. Papinianus 5 famil. erciſc Vlpian. tit. 20. Paul. lib. 3. cap. 6.* Ex his puto ſatis planum eſſe factum, ne relicta quidem computari in legitimam, niſi quatenus iure hæreditario capiuntur. *d. l. in 4. 91. ad l. Falcid. l. filium 24. infr. famil. erciſcund.* niſi aliud ſit expreſſum, *d. l omnimodo. d. l. ſcimus cum alijs ſup. allegatis,* aut actum. *l. ſi cum dotem 22. §. ſi pater 3. ſolut. matrim.* Alia cauſa eſt eorum quæ donationes non ſunt, hæc enim imputantur, ſicut conferuntur: quoniam nunquam videntur defuncti patrimonium exiuiſſe, vt in peculium conceſſa. *l. ſi donatione 13. . Seia 12. vbi gloſſ. & Dd. inf. de collat.* Item quæ dantur ob neceſſariam cauſam. *l. rem legatam 18. de admi. leg. Crauetta conſil 136. num. 1.* vt dos, donatio, propter nuptias. *l. quoniam 29. hoc tit.* quæ donare pater non creditur, cùm ad id teneatur. *l. capite 19. alias l. qui liberos de rit. nupt.* Eoque peculij potius profectitij cenſentur quàm donationis. *l. profectit. 5. de iur. dot. iur.* & proinde imputantur ita, *d. l. quoties.* etiam hodie facto teſtamento *§. illud, Nouell. 18.* licet iure veteri contra fuerit, *l. 1. l. 5 l. filium. 7 inf. de collat. lat. l. Pompon. 36. famil. erciſc.* Eodem referantur veſtes & ornamenta muliebria ac ſimilia tempore nuptiarum data. *l. inter 16. §. 2. dd don. inu. vir. & vxor.* tanquam dotis acceſſaria, *l. vt liberis, l illud pen vbi Dd. inſt. de colla. d. l quoniam 29 hoc tit. Alex. conſ. 50. circa numer. 4.*

& conſ.

conſ.17.in fin.lib.6. Socin.conſ.18. præſentis,num.4.11.& 12.& conſ.19.num.3.libr.4. Cranetta conſil.136.num.1. idemque probat *conſtitut.11.parte 3.* & donata ob cauſam neceſſariam, quia ſicut pater dotare cogitur, ſic & honeſtum pro ſua conditione veſtimentum & ornamentum præbere, quod genus imputatur *l. quoniam 29.in fin.verſ.ſi ex ſubſtantia eius profecta ſit,hoc tit.* quod accipe quoad legitimam bonorum eius quæ dedit, quia de cuiuſque bonis proprijs legitima eſt deducenda: Accipe etiam de veſtitu alijſque ornamentis precioſioribus, quæ ob nuptias dantur non de quotidianis aut alijs quæ etiam abſque coniugio pro alimentis præbentur. *l.penult.§.1.ſolut.matrimon. Bald. d.l. filiæ num.14.infra famil.erciſcund. per legem ex annuo 15.ff.de donat. inter vir.& vxor.l.id veſtiment. 25. de peculio.* Cæterum quæ dantur in feſtiuitate nuptiarum niſi dotis nomine dentur, *Bart.l.1. §.ſi vel parens.2. in fi.ſi à parent. manumiſſ.* exiſtimo planè non imputari, quia meræ donationes ſunt *per ſup. dicta.* Idem dicam de ſumptibus nuptiarum, niſi ſit aliud conuentum. authoritate Bald. in *d.l.filiæ 18.num.14. inf.famil.erciſc.* Nam neque ad hos ſumptus altera nubentium pars præciſè obligatur. & ijdem conſumuntur, neque lucro cedunt nubentium. Quamobrem ne quidem in quæſtione legitimæ ſupereſt poſtea quod imputetur. Deinde & habent quandam alimentorum rationem ſicut in Medicos impenſæ. *l.ſi cum dotem 22.§ ſin autem 9.vbi Dd.ſolut.matrim. Iaſ. n.3. in l. cum hi 8.§.qui tranſigit 7. de tranſact.* Idem de libris filio emptis & alijs ſtudiorum ſumptibus. *l.qui pater 15 famil.erciſc gloſſ.verb. quas comparauit. in l.filiæ 18.inf famil.erciſc. Alex.conſil.50.circa n 17.lib.6.* exceptis tribus caſibus quos notat Iaſ. *in auth.quod locum,nu 3. inf.de collat.* Idem ſumptus magiſterij ac Doctoratus *Iaſ.d.Auth.quod locum.nu.4.infr.de collat.Dd. d.l.filiæ infr.fam. erciſc.* & militiæ ſumptus. *l.1.§.nam caſtrenſe 12.vbi Bart.& Dd.de coll bon.l.1. inf. de caſtrenſ.pecul. lib.12* quia pars ſunt alimentorum, quæ caritatis ſanguine debentur *l.4.vbi pupil.educar.l.de bonis 6.§ pen.verſ.non ſolum alimenta.de Carbon.edict. Bart. l. legat.6. in pr.de adimendis legatis.Iaſ.d.l.cum filia 8.§. qui tranſigit 7. nu. 4. de tranſact.* nec patris pietas recuſare debet, *l.5. infr.ad Maced.* & liberis velut æs alienum debentur, *d.l.ſed Iulianus,* quæ in Florentino, *l.item 7.§.quod dicit S.ad Macedo.* ac patris oneribus incumbunt, *l.2.infr.ad Maced.* cuiuſmodi vt non conferuntur, *l.quæ pater 50.l.ſi filia 20 §.Papinianus 5 famil.erciſcund. Iaſ.d. auth.quod locum,nu.3.* ſic nec in legitimam imputantur, *l.pater 54.ad l.falcid. Corraſ.d.l.filium, num.53. infr. famil.erciſcund.* Denique hæc cauſa pia eſt, *Bart.& Dd in fin.l.1.ſolut.matr.* latiſſimè Tiraq. *tract. piæ cauſæ, in fi.pr in. verſ relict. cauſa ſtudij.* quo in genere expenſa faciliimè pro donatis habentur inter coniunctos. *l.etſi 14. §. plerique 7.de relig.& ſumpt.fun.l.Neſennius 34.de neg geſt.& liberos l.filius 12.ſup.de neg.geſt.* In ſumptibus Doctoratus & militię addo hanc rationem, quam ſubijcit textus *in d.l.1.§.nec caſtrenſe,* quod hæc pertineant ad dignitatē & in eam conſequendam impendantur: cuiuſmodi propter onera dignitatis non imputantur, *d §.nec caſtrenſe,* & pro caſtrenſe peculio habentur *l.1. inf.de caſtrenſ. pecul. Bart. & Dd.d.§.nec caſtrenſe. Alex.conſ.50.n.17.& 18.l.6. per l.fori.4 l. de aduocat. 14.ſup. de*

Digitized by Google

aduocat diuerſ.l.3.inf.ſi quis alteri vel ſibi. niſi olim impenſum in militiam.de qua *in l. omnimodo* 30. *§. vlt.hoc titul.* qui tamen textus id mihi probare non videtur. Non enim vult pecuniam huc impenſam, aut inde quæſitam imputari, ſed tantummodo quæ iure hæreditario in hæredes inde tranſmittuntur. Excipitur & ille caſus, ſi contrarium appareat actum. *d. l. quæ pater* 50. *verſ.ſi non credendi animo famil.erciſcund.* quod Dd.& alij tunc putant cùm aliundè filius ſibi ſuppeditare poteſt. *Bart. & Dd. d. l. 1. §.nec caſtrenſe* 12. *de collat. bon.* vel cùm pater bona filij, puta materna adminiſtrat. *l. cùm poſt* 43. *§. 1. de admin tut. l. poſt mortem* 5. *§.1.* quando ex facto tutor, *Corraſ.d.l.filium, nu.*112. Nam tunc ſicut pater alere non tenetur, *l.5. §.2.verſ.ſed ſi filius de liber. agnoſ.* Ita nec donare de ſuo præſumitur, quod in extraneo quidem probat *d.l.cùm poſt in parentibus.* idem dicere durum eſt, vbi facilè in eiuſmodi impenſis donatio præſumitur, vel potiùs à iure præſupponitur, niſi aliud probetur. *d.l.1.d.l. ſi paterno* 15. *l.lege filium* 12. *infr. de negat.geſt.l.Neſennius* 34. *ff.eod.* quare malim acquieſcere in generalitate, *d. l. quæ pater*: vt donata indiſtinctè hæc intelligantur, eoque nec imputentur, donec probari poſſit contrarium, ex declaratione voluntatis proteſtationis *d.l.ſed etſi.§.plerique confeſſione rationis, d. l.ſi paterno*, vbi Bald.& Dd. *in d.l.Neſennius*, & alijs circumſtantijs, quas cumulat Bald. *in l.filiæ* 18.*n.*10.*inf famil. erciſc.* Nam & alias quæ patris oneribus incumbunt, ea de ipſius patrimonio non filij promitti videntur, etiamſi aliunde ſibi ſuppeditare poſſit. *l. vlt.inf.de dotis promiſſ.* Hæc de impenſis in quibus facilius præſumi donationem dixi, quia transfertur dominium, *l. ſi alieni* 78. *de ſolut.* nec quicquam ſupereſt quod imputetur. At maior eſt quæſtio vtrum comparata filiorum cauſa pro donationibus puris habeantur, vt non imputentur. Difficilè fuerit hic extricare Dd. diſputationes *in l.ſi donatione* 13. *de collat.l.filiæ* 18. *inf famil.erciſc.* Breuiter tamen ita putauerim diſtinguendum: in dubio non videri donatum, ſed in peculium conceſſum, *l.ſi donatione* 13. *vbi Dd.inf. de collat.* cùm quia donationes non præſumuntur, *l. cùm de indebito* 25. *in fin.de prob. Bart.Iaſ.& Dd.l 3.de pactis.Alex.conſil.*87.*nu.*18.*libr.*16. ne quidem inter coniunctos. *d.l.ſi donatione* 13. vbi hoc notat Iaſ. *nu.1.de collat.* tum quia donatio præſupponit dominij tranſlationem, *l.vlt.de condict. cauſa data.* quæ cùm ſit facti, *§.per traditionem Inſt.de rerum diuiſ. l.7.de curat.furioſ.* non præſumitur, *l aſſeueratio* 10. *inf.de non numer. pecun.* idque probat in terminis, *text. l.fine* 12. *inf. de probat.* vbi non præſumitur res egreſſa patrimonium patris, donec titulus ſingularis à poſſeſſore probetur. Cæterùm quando conſtat datum, hoc eſt dominium eſſe tranſlatum, vt in expenſis factis de quibus diximus, item quoties aliquid ad vſus filiæ datur atque comparatur. *l.filiæ.*18.*fam.erciſc.* hoc caſu putauerim in dubio præſumi donatum. *d. l. quæ pater, & d.l.ſi paterno.cum ſim. Alex.conſ.*248.*num.*1.*lib.*6. vtcunque contra diſputent noſtri. in *l.ſi donatione* 13. *inf. de collat.* in qua profectò perperam verbum donatus ſic interpretantur, in peculium conceſſus loquitur enim textus de mera donatione vt verba oſtendunt, ſed inualida, hoc eſt, facta

filiæ

filiæ in poteſtate conſtitutæ. quæ propterea donatio inter viuos valuit. *l.2. vbi Dd. de contrah. empt.* nec morte confirmabitur iure veteri. Cuiac. *l. 2. pro hered. ex l. 1. §. 1. ff. pro donatio. aute. l. donationes. 25. inf. de donat. inter vir. & vxor.*

Quamobrem non mirum fuit ita donata tanquam in hæreditate relicta, obnoxia fuiſſe & collationi & imputationi. Cuiac. *obſ. lib. 3. c. 30.* At hic agimus de ijs, quæ data ſunt, hoc eſt, verè tranſlata in quo ſi aliàs præſumitur donatio, quoties alia cauſa non extat. Bald. *d. l. 2. nu. 2. inf. de iur. dotis, & l. generaliter 13. n. 5. inf. de non numer. pecun.* quanto magis inter tam coniunctos præſumenda eſt donatio ſi non alius titulus, aliave cauſa dominij tranſlationis probetur. *d. l. quæ pater cum ſimil. ex reg. l. ſeruus communis 28. de donation. inter vir. & vxor. Bart. num. 23. Iaſ. num 72. l. quæ dotis 33 ſolut. matrim. Alexand. conſil. 167. viſis. num. 6. lib. 7.* Idemque putauerim in feudis obtinere nouis, aut quæ hæreditario iure veniunt. Nam & hæc niſi donata ſint vel aſſignata peculiariter vni, ſicut aſſignari poſſunt. *Alexand. conſil. 12.* perſpectis *num 3. libr. 5.* nedum in bonis retenta, ſed & vni liberorum conceſſa & in legitimam reputantur & inde legitima alijs debetur. *Bald. & Dd. l. omnium 30. §. 1. hoc tit. Iaſ. l. 2. nu. 214. inf. de iur. emphyt. Alex. num. 3. & Dd. in l ſi patronus 5. ad Trebell. Ripa l. in quartam 91. num. 177. ad l. falcid. Curtius parte 4 num. 134 Clarus de feud. q. 46. Soarez recept. ſent. lib. 1. verb. feudum, verſ. 58. Et Viuius lib. 1. opinion opinion. 112. & 129.* quanquam in antiquis ſecus eſt, quia non iure hæreditario, nec ex ſubſtantia patris accipiuntur, ſed beneficio primi acquirentis, *Alexand. & Dd. d. l. ſi patronus, vbi Bart. num 7. & 8. & d. l. omnimodo. Iacobinus in inueſtura. verbo. & cum pact. num. 21.* nec de ijs diſponere quicquam pater poteſt, *c. 1. in princ. de ſucceſſ. feud. Alex. d. conſil. 12. num 3. & 4. lib. 5* Et hanc eſſe communem diſtinctionem oſtendit Ripa. *d. l. in quartam num. 179. Curtius & Clarus præalleg. loco, Molin. ad Alexand. conſil. 8. verb. legitimam, lib. 3. Capi. deciſ. Neapolit. 2. num. 9.* Cùm enim tantùm defuncti legitima debeatur *l. quoniam 29. in fin. hoc tit.* non poſſunt, nec debent in eam imputari, quæ extra capiuntur & aduentitia ſunt, nec hoc nomine veniunt, vt eiuſmodi feuda. *Dd. d. l. ſcimus, §. 1. hoc tit. & l. vlt. inf. de collat. per l. hac edictali 6. infr. de ſecundis nuptijs. Corraſ. d. l filium, num. 89. latè Molinæus in l. vnic. num. 70. 73. inf. de inoff. dotib.*

Vidimus quid in legitimam imputetur, ſed è contrario quæſtionis eſt rurſum an hæc in hæreditatem, aut bona imputetur, & cùm ante poſuerimus illam non accipi iure hæreditario, ſed de bonis decerpi iure quodam ſingulari, vt debitum, dicendum eſt in eiuſmodi non imputari, vt verbi gratia, qui hæreditati, vel bonis renunciauit, non prohibetur propterea legitimam petere, nec ei videtur renunciaſſe. *l. ſi quando 35. §. 2. vbi Bald. Salyc. & alij Dd. hoc tit.* Quamobrem nec grauatus fideicommiſſo vniuerſali, intelligi debet eo oneratus, vt legitimam reſtituat. *Bald. l. cohæredi 41. §. 2. de vulg. & pupillar. Dec. conſil. 81 num. 4. 5. 6 pro quo adduco textum in §. quamobrem, Authent. de reſtitut. Nouell. 39.*

Digitized by Google

Forma eſt vt relinquatur titulo inſtitutionis. *§. aliud. vbi Dd. Nouell. 115. vt cum de appellat.* cùm propter honorem. *l. filium. 5. §. ſed etſi. 6. verſ. cum hæreditatis.* non modo honeſto titulo ſed & pleniore honore relinquatur *de legat. præ l. Iulianus 26. verſ. honore proprio amiſſo propter compendium alienum inſtitutionum &c. ſi quis omiſ. cauſa teſtamenti:* tum propter vtilitatem ac ius accreſcendi, *l. 1. §. ſi ex fund. 4.* vbi Dd. hæredibus inſtit. *l. quoties 13. v. biglo. vlt. infr. eod. tit.* quod alijs titulis non ineſt. *l. ſed cum patrono. 6. in pr. de bonor. poſſeſſio.* Quibus ideo non ſufficit legitimam relinqui. Bald. *l. omnimodo. 30. in pr. hoc tit.* Addo & illam rationem quod ex lege liberi ſint hæredes & eſſe debeant, niſi iuſta ex cauſa exhæredari poſsint. *§. 1. inſtit. de hæredib. qual. & different.* §. 1. & 2. *Inſtit. de exhæredat. lib.* quod etiam noua lege ad parentes eſt porrectum. *d. §. aliud. No. 115. ex ratione, l. nam etſi. 15 ff. eodem* & hanc eſſe communem fatetur hic Iaſ. *nu. 13. Boer. deciſ. 267. num. 1.* & per totum Clarus *de teſtamentis quæſtione* 28. etiam iure canonic. *gl. c. 1. verb. inſtitutis de teſtamentis in 6. Iaſ. hic. num. 37. & Dd. in Auth. ex cauſa inf. de liber. præter.* Contra Bart. hic licet hunc propugnet Corraſ. *d. l. filium. 24. num. 28. inf. famil. erciſcund.* quoniam hos inſtitui aut exhæredari neceſſe eſt, ad teſtamentum validandum. *§. ſiue igitur Nouell. 115. §. 1. 2. inſtit. de exhæred. liber. l. ita 27. §. qui legatis. 9. ad Trebell.* etiamſi ad excludendum querelam & alias actiones reſciſſorias quouis titulo relinqui ſufficiat & in hac *auth. Noniſ. & §. 1. Nouel. 18. l. omnimodo. 30 hoc tit.* Ex quo ſequitur quod non eſt neceſſe hæredes inſtitui, ijs legitimam quouis titulo relinqui poſſe vt patronis. *l. 3. §. ſi debita. 9.* & paſsim de bonis libert. Fratribus. Bald. *l. 4. num. 14. infr. de liber. præter. Angel. num. 2. Curt. num. 1. & Dd. l. 1. ff. eod.* & hanc communem ſtatuit Pariſ. *conſil. 64. num. 26. lib. 3. & deciſ. Neapol. 204. Decius conſil. 530. num. 3.* etiamſi contra diſputet Clarus *de teſtamentis quæſtio. 50.* Vxoris & alijs quibus ex ſtatuto debetur. Bald. *d. l. 4. num. 14. inf. de liber. præter. Caſtrenſ. & Dd. l. vlt. §. computatione infr. de iur. deliber.* Nam ſtatuariam aut conſuetudinariam legitimam, hoc eſt, aliam quàm quæ ex lege debetur, quouis titulo relinqui poſſe receptum eſt, niſi diſertè cautum ſit, vt titulo reſtitutionis relinquatur. Iaſ. *hic. nu. 23. per c. Raynutius 16. de teſtamentis.* Relinquitur autem ijs modis quibus inſtitutiones fiunt. de quo *l. 1. & tot. tit. de hæred. inſtit.* & per verba non tantùm directa, verùm etiam communia & obliqua vt etiam nouiſsimè ordinatum ſit. *Ordin. 9. part. 3.* vt eſt verbum relinquo adiectum vniuerſitati. Bart. & Dd. *l. his verbis 48. de hæredibus inſtit. Bald. & alij. l. 13. inf. eod. tit. & in l. vlt. inf. famil. erciſcund.* Item ſi proportione debita vt paterna filiali relinquatur. **fur jren antheil kindtotheill.** *l. ſcimus. 36. in prin.* in verbis pro ſua parte, quod ad hoc ponderat. *Bald. hoc tit. aut pro falcid. Bald. Auth. vnde ſi parens, nu. 2. hoc tit.* Quod etſi repudiat Iaſ. *hic. nu. 28.* tamen communiter receptum eſt. Alex. in *l. humanitatis 9. n. 2. & ibi Dec. nu. 3. inf. de impub. ſubſtit. Alex. conſil. 50. in fin. lib. 7. Clarus. de teſtamentis. quæſt. 38. Boer. Deciſ. 267. n. 4.* etiamſi contrarium alij dicant eſſe communem vt Salyc. in *Auth. vnde ſi parens. nu. 4. hoc tit.* Sed poteſt eius ætate communis fuiſſe, hodie non eſt. Itaque & ſuperior ſententia confirmatur *ordin.*

9. circa

Digitized by Google

9. *circa fi. part 3.* vbi & illud additur, ſufficere ſi pro dote relinquatur ex communi ſententia, *in c. Raynutius. verb. eod. vbi Benedict. num. 275 Ruinus conſi. 14. nu. 7. lib. 2. Cl. d. d. queſt. 38.* Aut ſi omni meliori modo. *Bald. d. l. quoties. 13. num. 3. & 4. inf. de teſtamentis.* aut ſi clauſula codicillaris adiecta ſit, ſecundum magis communem Decij. *in l. 2. in pr. & num. 11. inf. de bon. poſſeſſ. contra tab. Tiraquel. l. ſi vnquam. S. verbo donatione n. 273. inf. de reuocand. donat. Oldrad. Conſil. 175. them:a infra num. 18.* & alij quos cumulat Clarus. in *§. teſtatum, queſt. 46.* Ex quo ſequens erit idem dicendum ſi relictum ſit in teſtamento ad piam cauſam ſecundum *Bart. in l. 1. num. 60. cum ſeq. ſup. de S. S. Eccleſ. Iaſ. hic. num. 20. & 23.* Item teſtamento inter liberos facta ſecundum Iaſ. *hic num. 20.* Quanquam fateatur communem eſſe in contrarium, *l. hac conſul. tiſſima. 21. §. ex imperf. cto, inf. de teſtamentis:* quia & hoc teſtamenti genus ſemper in ſe clauſulas ſalutares habere fingitur. *Iaſ in d. l. 14. num 11. & 12. inf. de fideicommiſſ. & hic. num. 21. per doctrin. gl. Alex. & Dd. l. coharedi. 41. §. cum filia. 2. verb. non valebit. de vulg. & pupil.* Vnde & illud conſentaneum eſt, licet ab inteſtato non detur titulo inſtitutionis. *Iaſ. hic. num. 15.* pro quo videtur eſſe text. *in l. ſiue 21. §. 1. de iur. patron.* quoniam cum aliquid relinquitur quod quidem extet, ſeu in bonis teſtatoris ſit. *Bart. l. ſuus. 4. nu. 8. de hared. Inſtit per l ſi ſcit. §. 1. qua in F orent. l. catera 41 §. vlt. de legat. 1.* Satisfactum eſt legi, quæ vult hæredes inſtitui liberos & parentes. *d. Nouell. 115.* abſque tamen definitione quotæ quæ idcirco arbitrio teſtatoris relicta putatur ex ratione *l. 2. ſi quis à patr. manumiſſ.* Quamobrem iſto caſu ad ſupplementum erit agendum. *l. omnino. 30. cum ſeq. hoc tit.* Eſt autem ſine onere relinquenda. vt hic *in fin. & l. ſcimus 36 in prin. verſ. Aliquid grauamen in quantitate vel tempore, hoc tit. l. ſi arrogator. 22. verſ. ſed an impuberi de ad optionib. glo. c. officij. 14. verb. fraudarentur de teſtamentis, & glo. Sax. artic. 76. num. 4. lib. 3* Landtrecht. Venit enim ex legis prouidentia, vnde non cenſetur in ea onerari, quis cui relinquitur, *argumento l. rem legatam 18. de adim. leg.* Saltem ad hoc ne grauari aliquo onere poſsit. *Iaſ. l. cum filiusfamil. 11. num. 46 de legat. 1 ex Regul. l. 1. §. vlt. & pen. cum ll. ſeq. de legat. 3.* quod onus ſemper detrahitur idcirco, vt vſusfructus, hic in fin. ſubſtitutionis pupillaris excepto. *d. l. ſi arrogator l. ſed ſi 10. §. in arrogato 5. de vulg. & pupil. & conditionis. Iaſ. in l. ſi filius 7. num. 62 63 cum ſeq. de liber. & poſthum. Bart d. l. ſuus. 4. num. 7. de hared. inſtit.* etiamſi bono filij adijciatur. verbi gratia: ſi mater relinquat filio, hac lege, ne pater fortaſſe prodigus vſu fructum habeat. *Bart. Auth. excipitur, num. 1. inf. de bon. qua liberis, Nouell* 217. vt liceat matri & auiæ. aut pater, vt poſt mortem demum vxoris, filij in iuuentute ſuſpecti à prodigalitate demum habeant, illa enim non exſpectata, ſtatim à morte patris debetur, *Alex l. extra. 9 num. 5. de hared. inſtituend.* Quamobrem & compenſandi aliquod debitum gratia, legitima relinqui nequit, niſi tale ſit quod in legitimam imputetur, vt dos, donatio propter nuptias. *Cyn. Bald. & Dd l. 2. in fin. inf. de iure dotium, & ordinat. 9. §. vlt. part. 3.* Detrahitur porro legitima bonis excuſſis. *Bald. l. 1. num. 7. inf ſi quid in fraud. patron.* Itaque poteſt petere is cui debetur ab hærede vel poſſeſſore bonorum, vt intermedio inuentario, aut iureiu-

rando declaret quantitatem bonorum, *ex l. vlt. §. licentia, vbi glo. verb. illius. inſ. de iur. dotium. & l 2. inſ. quando & quibus 4. pars. lib. 10.* aut patiatur contra ſe in litem iurari. *l 1. 2 & tot. tit. inſ. de litem iurand.* Detrahitur autem boni viri arbitratu, *l. ſcimus 35. in princ. vbi Bald. & Dd. hoc tit. l. ſi non mortis. 25. eod. Iaſ. hic num. 2. Caſtrenſ. conſil. 375. ne ſub. num. 3. lib. 1.* hoc eſt iudicis. *Iaſ. l. Marcellus 1. §. item Pomponius 2. num. 11. ad Trebellia. Deci. conſil. 81. in caſu, num. 7.* deducto ære alieno, *l. Papinianus 8. §. quarta 9. ff. eod.* etiam quarta vxori debita, ſecundum Iaſ. *conſil. 181. in præſenti, numer. 2. & per totum. lib. 2.* quoniam æs alienum eſt. *l. pater. 54. ad l. Falcid. Bald. conſil. 57. quia numerum 1. lib. 1. Corraſ. d. l. filium 24. inf. famil. erciſcund. numerum 31.* quod facilè conceſſero quoad dotem & quæ dotis nomine debentur & relinquuntur, *vt t. t. de dote præleg.* In quarta verò *Auth. preterea*, ac ſimilibus lucris, dubito. Nec enim magis ſunt æs alienum, quam legitima filiorum, vtraque de bonis debetur, & fauor omnium eſt idem, *l. quoniam 29. hoc tit. l. circa fi. vbi Dd. ſolut. matrimo.* vt videantur pari paſſu procedere oportere. vt in *l. 1. inf. de priuileg. fiſci.* quia tamen hodie trilatitium eſt in eiuſmodi quartam imputari dotem vt etiam nuperis ordinationibus ſtatutum eſt, ex Bald. Caſtrenſ. & aliorum ſententia, *d. auth. preterea.* Idcirco tali caſu ſententia illa recipi & admitti poteſt, deducta item funeris impenſa. *d. §. quartus 9. & ſimilibus* (vt impenſæ in medicos, quæ etiam pro ære alieno habentur) Bald. Iaſ. & Dd. in *l. vlt. §. in computatione inf. de iure deliber. Alex. conſ. 18. n. 31. lib. 4.* non item legatis, *l. vlt. §. etſi inf. de iur. deliber. Papinianus. 8. §. quarta 9. l ſcimus 39. §. 1. hoc tit.* Quæ iura ad hoc ponderat Alex. *conſil. 18.* non minuetur. *num. 1. lib. 4.* etiam pijs. *Alex. d. conſ. 18. per can. quicunque 15. queſt. vlt. gl. l. ſi quis 37. verbis ſimili ſup. de Epiſcop. & cleric.* niſi relictis pro dote aut alio debito, *Alex. conſi. 31. cauſ. num. 11. lib. 4.* aut ſeruitijs, Alex. *d. conſil. 31. num. 1. & 2. & d. conſil. 18. lib. 4.* alijſque remuneratorijs, quatenus quidem hoc nomine exigi potuit, vt. vult Alex. *d. conſ. 15. & d. conſi. 31. per l. qui vxori. 18. de aur. & argent. leg. Bart. l. cum quis decedens 56. §. Codicillis 5. de leg. 2.* permittitur autem hac in parte electio creditori. contra Regulam *c. in alternatiuis de R. I. in 6.* quia magis ei quàm hæredi inſtituto debetur & potior eſt eius cauſa, vt non mirum ſit, ſi intelligendo quoque potiores ferat Iaſ. *d. §. quedam, num. 59. Inſt. de action. per l. ſancimus 34. in pr. vbi Bald. poſt gl. verbo ampliorem, inf. de donat. Bald. l. ſi in emptione 35. in princip. de minorib.* vt autem alias ciuiliter agendum eſt. *l. ſi cuius de ſeruiut.* ſic & hic electio, *§. quamobrem. Nouell. 39. de reſtit. Bald. l. vlt. numero 38. inf. de edict. D. Hadr. toll.* vt & alias *l. ſi quis 35 §. 1. & ſeq. infr. de donat.* Vnde filia non poteſt Caſtrum petere, vt loquuntur Dd. pro legitima vel aliud, quod ad familiam pertineat, vt inquit Caſtrenſ. *conſil. 375. numero 3. lib. 1. Iaſ. l. Marcellus 3. §. res que, num. 10. ad Trebellian.* Permittitur autem petitori electio, ſi ciuili modo eligat. *Bart. & Dd. d. l. ſcimus 4. de hered. inſtit.* quam electionem iudex ratam habere cogitur. *Bald. l. vlt. num. 18. inf. de edict. D. Hadrian. toll. & in l 1. num. 12. inf. ſi quid in fraud. patroni,* quod ſi inciuilius petitor agat, arbitrio iudicis aſsignabitur legitima. *Corraſ. d. l. ſi*

lian.

lium 24.num.88.per l poteſt.27.verb.iudex æſtimabit de legatis 1.in re ſcilicet nec optima nec peſsima,ſed mediocri,*Angel.Iacob.Belniſo & Dd.§.1.Nouell.39.de reſtit.Corraſius poſt Bart.& Bald.in d.l.filium,num.*88.Addit rationem, ne dum filijs nimium faueamus,hæredum commoda, defunctorumque voluntates defraudentur, *leg.vlt.§ ſi quis,inf.communia de legatis.*Eſt autem inter omnes liberos ex æquo diuidenda.*Nouell.18.§.1.verſ.ex æquo diuidatur.*Sic tamen vt deficientium,vel excluſorum portiones alijs capientibus accreſcant.*Bald.l.2.in fin.inf.ad S.C.Orphit.Iaſon.hic num.*50.At quando præſtanda eſt? Equidem debetur de hæreditate,ideo non antequam mortuus is ſit,ex cuius bonis debetur,præſtanda eſt,*Bald.l.ſcimus 36.in prin.h.tit.Iaſ.in l.in ſuis 11.num.8.& is de liber.& poſthum.& in l.16 parte 18.num.17.de acquir.hæredit.* Et initur eius ratio ſecundum quantitatem bonorum,quæ tempore mortis eſt,*l.cum quæritur 6. vbi Dd. hoc tit.l.etiam 3.§.vltim.verſi.partem eorum,quæ cum moritur habuit, de bonis libert.l.vlt.ſi quid in fraud.patro.Iaſon.l.cum ſeruus* 8.*num.11.* de condictione cauſa data.

Quamobrem à viuente patre inuito (nam ſecus eſt volente,) *Bald.l.cum oportet 5.§.non autem in fin.infr.de bonis quæ liberis per legem ſi quando 35. hoc tit. l. 1. §. ſi quis à parente manumiſſ.* legitimam petere in bonis paternis,filius nequit, *l.1.§.ſi impuberi 17.de collat.bon.Iaſon.l.is poteſt 18.num.19.de acquirend.hæredit.* Nam ius in viuentis bonis habet,*l.vlt.vbi Bart.num.2.de liber.agnoſc.Corraſius d. leg. filium, num. 81.* licet mortuo patre liberi habuiſſe fingantur, *l.in ſuis 11. de liber.& poſthum.*quo ſenſu accipiendum eſt,quod dicitur legitimam inuita patris deberi,*Bart.& Dd.l.1.§.vbi Alexand.& Bart.in addit.2.de liber agnoſ.*nec enim poteſt eius rei dominus verè filius eſſe,cuius pater adhuc viuus eſt.*l. ſi certo 5.§.ſi duobus,ff.commodati* vnde non prohibetur pater in damnum legitimę, quam diu viuit,æs contrahere alienum,*Iaſon.l.137.§.ea,num 8.de V.O.* aut etiam alienare donationis cauſa,*infr.tit.ſequen.*ſed nec filij comdemnati mulctam,ſed condemnationem pater ſoluere cogitur, etiam quoad legitimam,*Dd.d.l.1.§.impulerit.de collat.bonor.*niſi ob ſolutionis inopiam in corpore luiturus ſit,quod non habet ære, *l.penult. & vlt.vbi Bald. de in ius vocando. Bene.in cap.Raynutius 16.de teſtamentis,num 215.Corraſius d.l.filium,num.81 per textus in Authent.ſi captiui ſupra de epiſcop. & cleric.* Sed quid ſi ciuiliter mortuus ſit pater? Equidem *Bab. & CCa. in cap. Raynutius in fin. de teſtamentis.* exiſtimant de æquitate Canonica etiam tum legitimam deberi ac peti poſſe. Sed in aliam ſententiam iêre noſtri contrariam, excepto, Bal.d*in authent. ſi qua mulier, vbi Bart. num. 2. ſupra de ſacroſanct. eccleſia,& leg. ſi cum dotem,§.3.vbi Alexand.ſolut.matrimon.* ſcilicet,vt non ante debeatur, quàm mors naturalis ſit inſecuta:quod tam apertè probatur, *tex. in d.Authen. ſi qua mulier, in l.ſtatus 48.vlt. de iure fiſci.* vt mea ſententia contradici non debeat. Nec mouere debuit Canoniſtas *c.14. de regula,* quoniam id rectè intelligi poteſt ſecundum iura allegata,videlicet ibi petitionem poſt mortem patris factam,eſſe naturalem. At quoties erit præſtanda? Semel tantum. Vnde ſi

pater in viuis filio præſtiterit eam, nulla amplius debetur. *Bald. l. ſcimus 36. in prin. num. 11. hoc tit per l. 1. §. 2. ſi quis à parente manumiſſ. l. ſi quando 15 §. 1. hoc tit. Bart. & Alexan. d. l. ſi cum dotem §. 1. ſolut. matrimo.* de qua re amplius Tiraque *in l. bones 89. §. hoc ſermone 1. de V. S.* At quamdiu ?ad 30. annos deberi exiſtimo. Quanquam enim Bart. exemplo inofficioſi velit intra quinquennium tantum legitimam peti poſſe. *in l. ſi quis filium 34. num. 3. h. t.* quod latius propugnat *conſ. 14. an ius agendi per tot.* tamen communiter contrarium receptum eſt *à Bald. & Salyc. & Dd. in d. l. ſi quis filium 34. h. t. & in l. pater 14. eo.* & hanc eſſe communem oſtendunt additiones ad Bart. *d. conſil. 14.* Nam cum tota hæreditas ad 30. annos debeatur, & peti poſsit, *l. licet 8. inf. de iure deliber. l. 7. de pet. hæred. l. 4. inf. in quibus cauſis.* Ita non mirum eſt, hanc etiam portionem perpetuò deberi, *argument. l. quæ de toto 77. de rei vendic.* quod & ipſum ius accreſcendi exigit; quod aliàs cum duret in hęreditate perpetuò, hîc tantũmodo quinquénio duraturum eſſet: quod planè abſurdum eſt, ſicut annotatum eſt, *ad d. conſil. 14. Bart.* Licet etiam æſtimare de actionibus, quibus legitima petitur, ſicut petenda eſt, nec propria authoritate poteſt occupari, *Alex. conſ. 110. nu. 3. parte 4.* ab hærede ſcil. & poſſeſſoribus bonorum, *Bald. & Fulg. in l. omnium 30. h. t. Corraſ. d. l. filium, num. 139 Parpal. deciſ. 82.* pro quo totus titulus, quę legat &c. Nam legitima petitur, aut petitione hæreditatis. *Iaſ. l. reconiuncti 89. num. 191. de leg. 3.* aut condictione ex lege *gl. in auth. presbyteros, verb. cler. vbi Bald. & Dd. ſup. de epiſcop. & cleric. Bart. in d. Auth. ſi qua mulier. nu. 22 de SS. eccleſiæ & communiter Dd. l. omnium 30. l. ſcimus 36. in pr. hoc tit.* Aut ſi teſtamento quid relictum ſit, actione ex teſtamento, quæ rurſum eſt triplex. perſonalis, realis & hypothecaria. *l. 1. & 2.* vbi Iaſon & Dd. *Inf. communia de legat. Bart. in l. ſi quis in princ. hoc titul.* qui de hac petendi legitimam forma tradit & alia quædam *in conſil. 17. forma petend. & Spec. de teſtam. §. penult.* Has autem eſſe perpetuas actiones dubium non eſt, *l. 7. infr. de petit. hæred. Bart. & Dd. l. vnic. de condict. ex l. d. l. licet 8. inſt. de iur. deliber.* Quamobrem & legitimæ petitiones & condictiones perpetuas eſſe concludendum. *Molin. in princ. inf. tit. 1. num. 5.* Eæ porrò vſitato iudiciorum more & proponuntur & peraguntur. *Bald. l. ſi quis 33. in princ. num. 5. & Iaſ. num. 3. per illum text. in verbis expectato iudiciorum ſtrepitu variiſque certaminibus, hoc tit.* Quamobrem & forum hic idem erit, quod in petitione hæreditatis *tot. tit. ſupr. vbi de hæred. agitur,* & omnes partes iudicij erunt adhibendæ. *de quibus in c. quando 11. de probat. Clem. ſæpè 2. de V. S.* & eadem erit probandi ratio; quæ ſanè etiam actori hic incumbit. iuxta regulam *l. qui accuſare 4. ſupr. de edendo l. actor, inf. de probat.* Siquidem negetur filius pater frater eſſe, &c. eius cuius ex hæreditate legitimam petit, petens enim vt talis non admittitur, vt talis niſi ſe ſaltem probet. *l. non ignoras 9. vbi Bald. in princ. inf. de ijs, qui accuſ. poſſunt,* nec filiatio aut ſimilis cum defuncto, cuius ex bonis petitur, proximitas præſumi ſolet, niſi probetur. *l. penult. de probat l. nonnullus. 19. inf. eod. tit. c. 3 c per tuas 12. qui filij ſint legit. c. Michael. 9. de filij presbyt.* Canoniſtæ communiter *in cap. per tuas 10. de probat.* aut quis ſit in eius poſſelsione. *l. circa. 4. vbi Bart. de probat. nu. 1 gl. &*

Digitized by Google

Dd.in d.c.Michael.& in l.nonnullis.14.inf.de probat.vbi Salycet. Quomodo verò hæc probanda ſit, diſcendum eſt ex Bart. & alijs. in *l.filium. 6. de his qui ſunt ſui vel alieni iur.& in l.non epiſtolis.13.cum l.ſequen.inf.de probat.Canoniſtæ in cap.ſeries 26. de teſtib.* Tiraquel.*retract.proximitat.5.11.gloſſ.16.num.1.* Hoc verò confeſſo vel probato,intentionem fundatam habet actor, donec contra probet reus cauſam,quamobrem legitimæ non ſit præſtanda. *l. ſi maritus 22. l. liberi 28.tit.hoc. Nouell. 115. & §. cum ſequi,* fratres tamen præterea coguntur probare turpes perſonas inſtitutas, ſi illis aliquid relictum ſit ad legitimam minus ſufficiens, cuius ſupplementum petant, cum niſi hoc demonſtrato, obtinere non poſsint. *l.fratres 21.hoc titul.* Finis medius eſt,vt quærela ſimiliſque vltimæ voluntatis excludatur *l. 5. verb. ad ſubmouendum inofficioſi querel. infr.hoc tit. omnium 30.cum ſeq. hoc tit.* Vltimus, vt pietati naturali & iuri legitimæ ſatiſfiat ſucceſsioni. *l.cum ratio 7.de bon.damna.d.Nouell.115.§.1.& Nouell. 18.* Effectus quod legitimæ obligatio parit actionem, *d.l.omnimodo 30.cum alijs ſup.allegatis,* quæ eſt indiſtinctè tranſmiſſoria.*Caſtrenſ.& communiter Dd.l.cum antiqui.19.infr de iur. delib. l. ſi arrogator. 22.de adopt. latè Alex.conſil. 150. viſo.num.1.cum ſequen. lib.1.* Etſi teſtator prohibuerit. *Melin. inf. tit. 1. num. 6.7. Decius. conſi. 81. nu. 2.3.* Ineſt etiam legitimæ obligatio euictionis. ſi contingat res hoc nomine ſolutas euinci. *l.ſcimus 36.hoc tit.* quæ etiam contra patrem,qui ſoluit,actionem ſubminiſtrat. *Bart. & communiter Dd. d.l.ſcimus,§. illud,hoc tit.* Ineſt & ius accreſcendi,vt deficientis portio alteri accreſcat. *l. 1. §. in primo, num.11.inf. de caduc. tollendis.* & quando is qui legitimam accipit intelligitur non eſſe hæres, nec iure hæreditario ſuccedere,vt *§ vidimus,* idcirco non prohibetur venire contra pactum defuncti.*Iacobin. verb.& cum pacto,num.43. Afflictus num.15. & communiter Dd.in c.Titius ſi de feud. defunct. ex doctrina Bart. & Dd.in l.vlt.eo.tit.* Adiacentia legitimæ ſunt hypothecæ quæ hoc nomine in hæreditate poſt alios creditores ei indulgetur.*Neguz. in tract.de pig.in 2.par.memb.4.num. 162.* ſicut & alimentis. *Bart.& Dd.l.2.l.Lucius.12.de aliment.legat.Neguz.præal.loco.n. 164.* Item pœna dupli, ſi non ſoluatur ante ſententiam. *Bart.in l.ſi quis 33.in pr. hoc tit.* Quanquam textus de pœna tertiæ partis potius agat. Item ius conferendi in quod legitima venit,vt dos & ſimilia, *l.quoniam 29.hoc tit. Bald.l. ſi emancipati 9.in fi.inf.de coll.* Quartæ falcidiæ, ſecundum communem,quam vnà cum legitima poſſe deduci temporibus diuerſis volunt CCæ. CCæ. in *c. Raynutius 16.& c. Raynola.18. de teſtamentis.* Quæ opinio paulò ante refutata eſt, ex Cuiac. An etiam adijciamus querelam inofficioſi turpibus perſonis inſtitutis,vt quamuis legitima his relicta ſit,poſsint tamen non modo fratres, ſed etiam liberi ac parentes totam hæreditatem euincere turpibus perſonis aut ingratis liberis inſtitutis. Volunt id quidem Caſtrenſ. *l. fratres 21.num.3.cum ſeq. Sichardus l. cùm quæritur 6. in fi.hoc titulo.* Sed quoniam id nulla lege probatur,& in generalitatem earum legum incurrit, quæ per legitimæ relictum excludi querelam volunt, *l.omnimodo 30.cum multis ſeq. hoc tit.No.18.de trient.& ſemiſ.* Idcirco non auſim id temerè aſſeuerare,& contra-

Digitized by Google

riam opinionem vltimo loco ponit. *Bal. in l. fratres 27. numer. 9. ti.* vt eam approbaſſe videatur, ſecundum ipſiuſmet & Angeli doctrinam, *in l. ſi idem 11. §. vlt. per illum text. de iuriſdict. Tiraqu. in ll. connub. circa fin. glo. 3. num.* 176. Quod ſi vera eſſet prior illa ſententia, ſequeretur nullam eſſe fratrum legitimam, *contra. Nouel. 1. §. 2. verſ. interdum etiam fratres. de hered. & falcid.* Sed turpibus perſonis abſque diſcrimine legitimæ querelam ijs dari, qua tota inſtitutio manentibus legatis, reſcindatur. *Bald. in l. fratres 27. num. 8. & 9. hoc tit.* Quod ſanè cum abſurdum, tum contra textum planè in *d. Nouell. 1.* qui cum dicat interdum, *h. e.* turpibus perſonis inſtitutis, competere fratribus legitimam, ſimul & illud oſtendit, ea relicta, querelam excludi, *§. 1. Nouell. 18. de trient. & ſemiſſ.* alioqui nullus caſus dari poſsit quo legitima hæc locum ſit habitura ſuum. Affinia ſunt alimenta. Bart. *l. Titio centum, 39. §. Titio genero. de cond. & demon. Cyn. l. ſancimus. num. 2. & 3. inf. de nup. & Bald. l. 33. numer. 5. l. fratres 27. num. 9. hoc tit. l. 1. numer. 6. inf. quando non peten. partes.* Item pia cauſa. *Tiraq. de priuileg. 3. 4. & 5.* Item dos *l. quoniam 29. hoc tit. Francus & Dd. in c. 6. de pac. in 6. Alex. conſ. 131. tranſmiſſum, num. 1. lib. 1. Soc. conſ. 75. viſo. num. 10. lib. 1. AEmil. conſ. 1. num. 17.* Item falcidia *Bart. & Dd. l. 1. ad l. Falc.* pro quo text. *in l. quiſquis 5. ſup. inf. ad l. Iul. ma. Nouell. 18. in pr. de trien. & ſemiſ.* cuius ad differentiam hæc appellari ſolet Falcidia iuris nouæ *gl. verb. ſimile & Dd. in l. ſi quis 37. ſup. de epiſc. & cleric.* Item collatio à qua ad legitimam, & econtra duci argumenta ſolent, *l. quoniam 23. hoc tit. Iaſ. & Dd. in Auth. ex teſtam. & paſſim inf. de collat.* Affine tamen non putat legatum, aut fideicommiſſum, vt multis probat Bald. in *l. ſi pater. 4. num. 20. inf. de inſtit.* Contraria ſunt expreſſa renunciatio, *l. ſi quando 35. §. 1. & 2. vbi Bald. & Dd. hoc tit.* ſpecifica tamen, *§. caterum. Nouell. 115.* vt eandem appellat Bald. & Dd. *l. ſi quando 35. §. 1. hoc tit.* aut iurata. *c. 2. vbi Dd. de pactis in 6. Iaſ. d. l. ſi quando 35. §. 1. numer 3. hoc tit.* quæ procifica habetur, *c. ex reſcripto 9. de iu reiurand. & Bald. l. 1. nu 4. inf. commodati. Iaſ. §. item ſi quis poſtulante 11. num. 12. Inſt. de action. Alex. conſil. 27. viſo, num. 1. lib. 7.* Non igitur ſuffecerit tacita acceptatio aut cognitio defuncti iudicij *d. l. ſi quando. §. 1.* Quanquam ad querelam inofficioſi excludendam ſatis ſit *d. l. Papinianus 8. §. quarta 9. cum ſeq. l.* Nec enim vltima voluntas contraria eſt legitimæ, vt maxime de facto ſit, cum iure eſſe poſsit, quia per illam legitima tollitur, *§. caterum. Nouell. 118. Iaſ. & Dd. hic in auth. præterea numer. 18. inf. vnde liberi & l. ſi quis 3. ſup. de epiſc. & cleric.* Quod idem in ſtatuto receptum eſt, quanquam aliquo modo diuerſimodè, ſcil. vt ſtatuto minui, vel augeri poſsit, non tolli. *d. l. ſi quis 37. ſup. de epiſcop. & cleric. Decius in l. iura. ſanguin. 8. numer. 7. de R. I. Ordin. 12. parte 3.* Non etiam putatur contraria inuentarij omiſsio, *§. ſi verò vbi Angel. Nou. 1. Bald. & Dd. in Auth. hoc amplius inf. de fideicommiſſ. Auth. ſed cum teſtamentis inf. ad l. falcid. & in l. vlt. §. ſi quis inf. de iur. delib.* ſicut nec teſtamenti impugnatio aut accuſatio, *d. l. Papinianus 8. §. ſi quis. vbi Dd. ff eod.*

DE INOFFICIOSIS DONATIONIBVS
TITVLVS XXIX.

1 *Continuatio.*
2 *Donationes inofficioſæ quæ.*
3 *Inofficioſa donatio an actione reuocetur, an verò ad offic. iudic. e   a t.*
4 *Propria.*
5 *Partis tuo in h. querela.*
6 *Donationis inoffic. ſpecies.*
7 *Act. inoff. don. ſpecies.*
8 *Cauſa efficiens & impulſum.*
9 *Quibus & contra quos.*
10 *Materia circa quam.*
11. *Forma agendi.*
12 *Probatio cui incumbat.*
13 *Finis*
14 *Effectus.*
15 *Affinia.*
16 *Contraria.*

AD exemplum inofficioſi teſtamenti inducta eſt, conſtitutionib. querela inofficioſæ donationis, *l. 1. & t. h. tit. auth. inde ſi parens, ſup. tit. 1.* quam ob rem rectè hic ſubijcitur titulus omiſſus in pandectis, quia tota res in conſtitutionibus eſt recentioribus, ætati I. Conſultorum ignota. Dicuntur autem inofficioſæ donationes, vt & teſtamenta inofficioſa quibus cõtra pietatis officium cum fraude legitimæ facultates exhauriuntur quæ propterea valere non debent, *l. ſi ita 135. §. ea 3. vbi Iaſ. nu. 11. de verb. obl.* quo nomine videri poteſt non fuiſſe actio, ſed magis ex officio iudicis ſubueniri *l. 1. in verb. ſubueniri vol. 1. h. t.* quod extraordinarium officij iudicij auxilium denotat. *l. verum 11. §. ſciendum 3. l. ſi quis minor de minoribus l. 2. verb. qui pecuniam regit l. 4. verb. præſidis prouinciæ vteris l. 6. verb. præſes prouinciæ h. tit.* notum eſt enim, quoties verba legis ad Magiſtratum diriguntur, toties non dari actiones, ſed iudicis tantummodo officium implorare poſſe, *gl. l. ſi ſoror 1. verb. reſtitui. vbi Iaſ. nu. 4 infr. de collat. Bart. & communiter Dd. l. vni. de condict. ex lege.* Verum communiter in alia eſt itum, cum dicatur, ad exemplum inofficioſæ querelæ hic quoq; agi, *l. 1. 2. 3. 4. 6. l. p. & vlt. h. tit.* Ergo debet eſſe actio, alioqui nõ eſſet congruentia cauſæ & temporis, vt requiritur in *l. vlt. h. tit.* vbi etiam diſertè actio non minus, quam querela commoderatur in verbis, vt ſit in hac actionis vtriuſque vera vel ſimilis cauſa probatur idem *in l. vnic. in fi. inf. t. t. verbis exercendi, copia adhibeatur.* Sed quare hîc eorum actionem dari dicemus? *gl. quidem vlt. ad le. 5. h. tit.* vult eſſe querelam, *ex l. vlt. h. t.* Molineus autem, *hic in 1. n. 6. & 7.* magis probat eſſe condictionem, ex lege ſicut eſt petitio legitimæ vel ſupplementi. *Caſtr. in rubr. h n. 3.* Ego magis aſſentior gl. cum hæc actio temporalis ſit & ſubſidiaria inſtar. quæſt. querelę inducta, *l. h. t.* qua de cauſa arbitror quoq; ll. ſupr. allegatis petitorẽ ad magiſtrũ remitti, vt is diſpiciat ante omnia, an nõ alio remedio, quàm hac actione odioſa & reſciſſoria ſubueniri poſſet, *l. 4. h. t.* Eſt igitur hęc actio ciuilis reuo

catoria & ideo ſubſidiaria, qua in defectum alterius remedij permittitur legitimam aut quod ei deeſt, ex immenſis donationibus tanquam inofficioſis reuocare, *l.5.l ſi mater 7.l pen.& vlt. hoc tit.* Propria igitur ſunt: Quod ſit actio ciuilis, eſt enim ex conſtitutionibus, *l.pen.hoc tit.* reuocatoria, *l.ſi mater 7.in fin. hoc tit.* eoque etiam realis, aut ſaltem in rem ſcripta. *§. item ſi quis inficiend. eſt. 16. Inſtit. de action. vltim. Theoph.* eoque ſubſidiaria, quia ius contractuum reſcindit, *l.2.4.h.t.* magis quàm in integrum reſtitutio. *l.4.hoc tit.* Sicut & dotis actio, *l.1.§.pen.de dolo malo.* Cum qua congruere quadantenus videtur, ſed enim non ſit famoſa, quia famam non petit, aggrauant tamen exiſtimationem eius, cuius inofficioſa donatio tanquam in fraudem legitimæ facta arguitur, quod genus non ſolet dari in parentes, aut alios quorum ex bonis legitima petenda eſt, *l.5.cum ſeq.de obſeq. à libert. præſtand.* Eademque ratione eſt etiam temporalis. *l. vltim.hoc tit.* potiſsimum quia querela inofficioſi ſimilis lege prima, 2.3.6.7.8.9 *&* 10. *hoc tit.* quo minus mihi placet Melyn. *in princip. num. 6.* exiſtimans hanc eſſe ex lege condictionem: nam ſi non eſſet temporalis, ſed perpetua foret. *l.2.infr.de conſtituta pecunia.* ſicut eſt condictio legitimæ ex lege. *l.quomodo 30.vbi Sal.& Dd. contr. Bartol. ſupr. titu. 1. & Caſtrenſ. hac in rubr. numer. 3.* cùm hæc ſit temporalis, *leg.vltim. hoc tit.* Quamuis Rurierdus aliter interpretari videatur, nempe de conſuetudinibus & moribus cuiuſque ætatis, quibus actio congruere debeat. *Spec. §. nunc dicendum, num.3. & §. vltim.in princ.de libell.concept. Bald. leg.de quibus 31.in 2. lectura circa finem de ll. per glo ibi verbo. præficitur, Felin. cap. 2. numer. 16.de reſcript. cap. 2.numer.5 de libell. oblat. Soc. cap.vltim. num. 6.eod. tit.* tamen de quinquennio inofficioſi *de quo in l ſi quis 34. ſup tit 1.* interpretantur eam, non modo gl.& Dd. *in d.l.vlt.& in leg.cùm donationibus 6.hoc tit.* Verùm & antiquiſsimus interpres Anianus, *l.vlt.C. Theodoſiano. hoc tit.* ſed nec ſubſidiaria eſſet, verum cum alijs concurreret ſi condictio ex lege foret, *leg.quoties 41.de oblig. & actio. Barto. leg. vnic. numero decimoquarto. de condict. ex lege.* Quanquam igitur iuris ſit ciuilis, veriùs tamen videtur non eſſe ordinariam, ex iure ordinario actionem, præſertim cum in rem potius ſit, quàm perſonalis, & eam porrigi tantum in ſubſidium. *lege 2.4.6.hoc tit.* exemplo querelæ inofficioſæ eſt *lege vltim. hoc titul.vnic.10.§.3. Inſtitut.de inoffic. teſtamento.* Dices ergo quid hac actione aut quando opus eſt, cùm liceat ſemper petere legitimam alia incommodiori & quidem ordinaria & perpetua actione, non vna ſed pluribus ſicut ſupra declarauimus? Reſpondeo legitimā peti ex bonis, quæ defunctus reliquit. *leg.6.infr. titul. 1.* nec extendi vlterius in id tempus, quo nulla prorſus legitima debetur, vnde diximus in viuis alienando, aut conturbādo & ære alieno contrahendo cauſam legitimæ exhauriri poſſe, at hęc planè contractus in vita geſtos impugnat, petitq; bona non tēpore mortis relicta, ex quibus ſolis legitima debetur. *l.6.5.d.t.1.* ſed in vita per donationem alienata, vnde nulla certè legitima debetur & reuocat alienata reſcinditq; cōtractus qui cuique permittuntur liberè *l.ſicut infr. de act.l.in re infr. mandati*: vt meritò ſit

tempo-

temporalis & ſubſidiaria, *dict. l.in locatorijs 34. de obligend.* nec hoc nomine dari condictionem aut petitionem legitimæ poſſe, ſed tantum hæc ſubſidiaria actio detur ad exemplum querelæ, quomodo videmus, & ad ſimilitudinem, *l. Aquileæ. ſubſidiarias eſſe, &c.* ex ll. ciuilib d. r *, l. vlti. inf. de l. Aquilia, §. vlt. Inſtit. eo. qui 14. l. quoties 24. l. quia 11. de præſcr. verbis.* Partes licet hic eaſdem ponere, quæ in querela inofficioſi propoſuimus, videlicet, accuſationem donationis tanquam inofficioſæ, & petionem ex ea portionis legitimæ, licet quantitate & qualitate variant, cum illa totus as impugnetur, hac quota tantum, quæ legitimæ reſpondeat, vt ex omnibus huius titu. legibus intelligi poteſt, & ex *nouell. 72. de inoffici. donat.* Donatio porrò alia eſt inter viuos, alia fit cauſa mortis, *l. 1. de donat.* de vtraque titulus hic accipiatur, & de ſpeciebus vtriuſque, *Authen. vnde ſi parens, ſup tit. 1. & d. nouell. 119. de inoffic. donat.* ſiue in iudicio, ſiue extra iudiciū fiunt, *l. 3. h. tit. & conſt. 12. parte 2. §. vltim. & §.* Es ſoll aber. Siue pacto detalitio, quo bona poſt mortem relinquuntur quod ipſum pro donatione cauſa mortis habetur, *Ordin. 4. 3. parte 2.* ſiue donatione illa cauſa mortis, vel reciproca, vt fieri inter coniuges ſolet, *l. in donationibus 11. inf. ad l. Falc. Cy. Bald Salyc. Iaſ. & Dd. in l. ſi pater 12. ſup. de inoffi. teſtamento, Schurff. reciſ. 46. num. 5. Cent. 1. glo. addit. art. 44. lib. 1. ſeu alias quauis leg 2. de donat cauſa mort.* Cùm omnes pro cōtractu non vltima voluntate habeantur. Iaſon. dicens hanc eſſe communem *in l. enim, num. 8. & 10. de leg. 1. Tiraq. d. ll. con cubi. in fi. §. contractum, num. 69. vſque ad 79. &c.* ſi in vltimam voluntatem incidant, tantum inde legitima debetur. In omnibus enim liberi petitionem hanc habent, & habere debent. Quanquam enim Falcidia de donationibus inter viuos non detrahatur, *l. Seia 42. §. vltim. de donat. mortis cauſa, lege ſi, vſuſr. 80. ad leg. Falc. leg ſi 5. §. conceſſa infra de donat. inter vir. & vxor.* Sed tantum de mortis cauſa factis, *l. in donationibus enim ad l. Falc. l. 1. §. 3. vbi Bart. quorum dono.* ex conſtitutionibus principis de neutris *Ordin. 1. parte 3.* tamen hanc quaſi legitimam beneficio huius titu. reuocare inde ac decerpere licet, *d. conſtit. 12. part. 2. & tot. h. t.* Nec verò etiam diſtinguo donatio ſit re & conſilio inofficioſa, *l. 1. verb. ad eludendam querelam, leg. pen. hoc tit. Iaſon. in Authen. vnde ſi parens, num. 16. ſup. tit. 1. Caſtrenſ. h. num. 2. & 3.* ſiue re tantum & effectu, *l. ſi aliquam 8. h. tit. Caſtrenſ. in rubr. h. num. 2.* de qua fraude plura Dd. præſertim Iaſ. *in l. ſi quis eum aliter 36. de verb. obli.* Quanquam enim inter has alibi diſtinguatur, *vt d. l. ſi quis & leg. ſi quis 15. leg. 6. §. penult. & vltim. l. ait 10. quæ in fraud. credit. l. 5. infr. eodem tit §. 3 Inſtitut. quibus ex cauſis manumit.* tamen vt inofficioſo teſtamento, id diſcriminis non attenditur. *Caſtrenſ. h. in rubr. numer. 2. & 3.* ſic nec in hoc argumento ponderandum arbitror, vt nec alias quoties in fraudem aliorum Creditorum ſcilicet donationes fiunt, *l. quod autem 6. §. ſimili. 7. ff. quæ in fraud. creditor. d. leg. 5. infr. eod. tit.* Ad inofficioſæ porrò donationis ſpecies referri poſſunt & feuda noua, quorum in eruptionem pecuniæ cum diminutione legitimæ filiarum in gratiam filiorum aut agnatorum effunduntur, *Bald. Salyc. & Dd. d. l. omnimodo 30. ſup. tit. 1. Bart. l. 1. §. nec Caſtrenſ. 12. de collat. bonor.*

Digitized by Google

catoria & ideo ſubſidiaria, qua in defectum alterius remedij permittitur legitimam aut quod ei deeſt, ex immenſis donationibus tanquam inofficioſis reuocare, *l.5.l ſi mater 7.l pen. & vlt. hoc tit.* Propria igitur ſunt: Quod ſit actio ciuilis, eſt enim ex conſtitutionibus, *l.pen.hoc tit.* reuocatoria, *l.ſi mater 7.in fin. hoc tit.* eoque etiam realis, aut ſaltem in rem ſcripta. *§. item ſi quis inficiend. eſt.|6 Inſtit. de action. vltim. Theoph.* eoque ſubſidiaria, quia ius contractuum reſcindit, *l.2.4.h.t.* magis quàm in integrum reſtitutio. *l.4.hoc tit.* Sicut & dotis actio, *l.1.§.pen.de dolo malo.* Cum qua congruere quadantenus videtur, ſed enim non ſit famoſa, quia famam non petit, aggrauant tamen exiſtimationem eius, cuius inofficioſa donatio tanquam in fraudem legitimæ facta arguitur, quod genus non ſolet dari in parentes, aut alios quorum ex bonis legitima petenda eſt, *l.5.cum ſeq.de obſeq. à libert. præſtand.* Eademque ratione eſt etiam temporalis. *l. vltim.hoc tit.* potiſsimum quia querela inofficioſi ſimilis lege prima, *2.3.6.7.8.9 & 10. hoc tit.* quo minus mihi placet Melyn. *in princip. num. 6.* exiſtimans hanc eſſe ex lege condictionem: nam ſi non eſſet temporalis, ſed perpetua foret. *l.2.infr.de conſtituta pecunia.* ſicut eſt condictio legitimæ ex lege. *l.quomodo 30.vbi Sal.& Dd. contr. Bartol. ſupr. titu. 1. & Caſtrenſ. hac in rubr. numer. 3.* cùm hæc ſit temporalis, *leg.vltim. hoc tit.* Quamuis Rurierdus aliter interpretari videatur, nempe de conſuetudinibus & moribus cuiuſque ætatis, quibus actio congruere debeat. *Spec. §. nunc dicendum, num.3. & §. vltim.in princ.de libell.concept, Bald. leg.de quibus 31. in 2. lectura circa finem de ll. per glo ibi verbo. præficitur, Felin. cap. 2. numer. 16.de reſcript. cap. 2.numer.5 de libell. oblat. Soc. cap.vltim. num. 6.eod. tit.* tamen de quinquennio inofficioſi *de quo in l ſi quis 34. ſup. tit* 1. interpretantur eam, non modo gl.& Dd. *in d.l.vlt.& in leg. cùm donationibus 6. hoc tit.* Verùm & antiquiſsimus interpres Anianus, *l.vlt.C. Theodoſiano. hoc tit.* ſed nec ſubſidiaria eſſet, verum cum alijs concurreret ſi condictio ex lege foret, *leg.quoties 41.de oblig. & actio. Barto. leg. vnic. numero decimoquarto. de condict. ex lege.* Quanquam igitur iuris ſit ciuilis, veriùs tamen videtur non eſſe ordinariam, ex iure ordinario actionem, præſertim cum in rem potius ſit, quàm perſonalis, & eam porrigi tantum in ſubſidium. *lege 2.4.6.hoc tit.* exemplo querelæ inofficioſæ eſt *lege vltim. hoc titul.vnic.10.§.3. Inſtitut.de inoffic. teſtamento.* Dices ergo quid hac actione aut quando opus eſt, cùm liceat ſemper petere legitimam alia incommodiori & quidem ordinaria & perpetua actione, non vna ſed pluribus ſicut ſupra declarauimus? Reſpondeo legitimã peti ex bonis, quæ defunctus reliquit. *leg.6.infr. titul.* 1. nec extendi vlterius in id tempus, quo nulla prorſus legitima debetur, vnde diximus in viuis alienando, aut conturbãdo & ære alieno contrahendo cauſam legitimæ exhauriri poſſe, at hęc planè contractus in vita geſtos impugnat, petitq; bona non tẽpore mortis relicta, ex quibus ſolis legitima debetur. *l.6.5.d.t.1.* ſed in vita per donationem alienata, vnde nulla certè legitima debetur & reuocat alienata reſcinditq; cõtractus qui cuique permittuntur liberè *l.ſicut infr. de act.l.in re infr. mandati*: vt meritò ſit

tempo-

Digitized by Google

temporalis & ſubſidiaria , *dict. l. in locatorijs 34. de obligend.* nec hoc nomine dari condictionem aut petitionem legitimæ poſſe, ſed tantum hæc ſubſidiaria actio detur ad exemplum quærelæ, quomodo videmus, & ad ſimilitudinem, *l. Aquileæ. ſubſidiarias eſſe, &c.* ex ll. ciuilib d. r *, l. vlti. inf. de l. Aquilia, §. vlt. Inſtit. eo. qui 14. l. quoties 24. l. quia 11. de præſcr. verbis.* Partes licet hic eaſdem ponere, quæ in querela inofficioſi propoſuimus, videlicet, accuſationem donationis tanquam inofficioſæ, & petionem ex ea portionis legitimæ, licet quantitate & qualitate variant, cum illa totus as impugnetur, hac quota tantum, quæ legitimæ reſpondeat, vt ex omnibus huius titu. legibus intelligi poteſt, & ex *nouell. 72. de inoffici. donat.* Donatio porrò alia eſt inter viuos, alia fit cauſa mortis, *l. 1. de donat.* de vtraque titulus hic accipiatur, & de ſpeciebus vtriuſque, *Authen. vnde ſi parens, ſup tit. 1. & d. nouell. 119. de inoffic. donat.* ſiue in iudicio, ſiue extra iudiciũ fiunt, *l 3. h. tit. & conſt. 12. parte 2. §. vltim. & §.* Es ſoll aber. Siue pacto detalitio, quo bona poſt mortem relinquuntur quod ipſum pro donatione cauſa mortis habetur, *Ordin. 4. 3. parte 2.* ſiue donatione illa cauſa mortis, vel reciproca, vt fieri inter coniuges ſolet, *l. in donationibus 11. inf. ad l. Falc. Cy. Bald Salyc. Iaſ. & Dd. in l. ſi pater 12. ſup. de inoffi. teſtamento, Schurff. reciſ. 46. num. 5. Cent. 1. glo. addit. art. 44. lib. 1. ſeu alias quauis leg 2. de donat cauſa mort.* Cùm omnes pro cõtractu non vltima voluntate habeantur. Iaſon. dicens hanc eſſe communem *in l. enim, num. 8. & 10. de leg. 1. Tiraq d. ll. con cubi. in fi. §. contractum, num. 69. vſque ad 79. &c.* ſi in vltimam voluntatem incidant, tantum inde legitima debetur. In omnibus enim liberi petitionem hanc habent, & habere debent. Quanquam enim Falcidia de donationibus inter viuos non detrahatur, *l. Seia 42. §. vltim. de donat. mortis cauſa, lege ſi, vſusfr. 80. ad leg. Falc. leg ſi 5. §. conceſſa infra de donat. inter vir. & vxor.* Sed tantum de mortis cauſa factis, *l. in donationibus enim ad l. Falc. l. 1. §. 3. vbi Bart. quorum dono.* ex conſtitutionibus principis de neutris *Ordin. 1. parte 3.* tamen hanc quaſi legitimam beneficio huius titu. reuocare inde ac decerpere licet, *d. conſtit. 12. part. 2. & tot. h. t.* Nec verò etiam diſtinguo donatio ſit re & conſilio inofficioſa, *l. 1. verb. ad eludendam querelam, leg. pen. hoc tit. Iaſon. in Authen. vnde ſi parens, num. 16. ſup. tit. 1. Caſtrenſ. h. num. 2. & 3.* ſiue re tantum & effectu, *l. ſi aliquam 8. h. tit. Caſtrenſ. in rubr. h. num. 2.* de qua fraude plura Dd. præſertim Iaſ. *in l. ſi quis eum aliter 36. de verb. obli.* Quanquam enim inter has alibi diſtinguatur, *vt d. l. ſi quis & leg. ſi quis 15. leg. 6. §. penult. & vltim. l. ait 10. quæ in fraud. credit. l. 5. infr. eodem tit §. 3 Inſtitut. quibus ex cauſis manumit.* tamen vt inofficioſo teſtamento, id diſcriminis non attenditur. *Caſtrenſ. h. in rubr. numer. 2. & 3.* ſic nec in hoc argumento ponderandum arbitror, vt nec alias quoties in fraudem aliorum Creditorum ſcilicet donationes fiunt, *l. quod autem 6. §. ſimili. 7. ff. quæ in fraud. creditor. d. leg. 5. infr. eod. tit.* Ad inofficioſæ porrò donationis ſpecies referri poſſunt & feuda noua, quorum in eruptionem pecuniæ cum diminutione legitimæ filiarum in gratiam filiorum aut agnatorum effunduntur, *Bald. Salyc. & Dd. d. l. omnimodo 30. ſup. tit. 1. Bart. l. 1. §. nec Caſtrenſ. 12. de collat. bonor.*

Digitized by Google

clar. de feud. quæſt. 46. nu. 2. verſic. beneficio habere paterno, hoc eſt, pura donatione, *leg. in commodato, §. ſicut commodato*, quæ certè reſpectu aliorum liberorum in ijs non ſuccedentium, vt filiarum. *c. 1. de ſucceſſ. feud.* eſt inofficioſa, cùm in eiuſmodi acquiſitione bona erogantur : quanquam enim quod ad patrem acquirentem ſit titulus oneroſus, eſt tamen inter patrem & filios merè lucratiuus, vt hic ſuccurri filiabus debeat. *Ripa l. in quarta 91. num. 179. ad l. Falcid. Caſtr. deciſ. 2. n. 7.* Quanquam id ex conſtitutionibus ſit reſtrictius, quàm legitima iuris communis poſtulauit.

Huius autem actionis retenta quidem communi ſententia, poſſunt duæ poni ſpecies. Altera petitio quotæ, quoties indiſtinctè donatio facta eſt *l. 2. §. 67. hoc tit.* vel extraneo, ſiue fraudulento conſilio: Altera petitio totius, quæ inſtar querelæ totam donationem impugnet & euertat, quando ſcilicet in extraneum fraudulenter donationes ſunt collatæ. *gl. & Dd. l. 1. & in rubric. hoc tit. per legem Titia 88. §. Imperator 3. de legat. 2.* Vel in turpem perſonam, *l. 3. vbi Bart. & Dd. ſi à parente manumiſſ.* Verum quia hoc diſcrimen legibus noſtris parum congruit, omitto. Ego ſic diuidere malim, ſi quantitas variaret ſpecies, vt alia ſit ſolida querela inofficioſæ donationis, *tot. h. t.* Alia verò petitio ſupplementi ex donatione faciendi, quoties aliquid legitimæ nomine relictum vel receptum eſt, *l. ſi mater 7. hoc t. Molin. hic in pr. n. 18. ex ratione l. omnino 3 ſup. tit. 1.* licet ab illius conditione ſeiũcta ſit, cùm non detur vt illa ad bona quæ defunctus tempore mortis reliquit, *l. 6. ſup. tit. 1.* ſed quæ in viuis alienauit, ſolo hoc titulo. Cæterùm quod Bald. *l. 1. n. 11. h. t.* & Dd. volunt, duplex eſſe hoc iudicium alia ratione, alterum querelæ, quo donatio reſcindatur, alterum vendicationis, quo reſciſſa, per querelam donationis tit. petitorium inſtituatur, non rectè colligitur, *l. qui de inoffic. teſtamento.* cùm & in illo tractatu dixerimus, querelam inofficioſi non eſſe aliam actionem à petitione vel vendicatione, ſed has omnes habere incluſas, *l. 3. inf. de petit. hæred.* vt alio iudicio non ſit opus, *l. qui proprio 46. §. item 3. de procurat.* quam ad hoc ponderat Bald. *in d. l. 1.*

Cauſam ſtatuamus principum Conſtitutiones, *l. 1. verb. conſtitutum, l. 2. ver. iuxta conſtitutionem, l. 3. verb. propoſita reſcripta, & paſſim, h. tit. l. vnic. C. Theod. eod.* Nam iure veteri tota res fuit ignota, *l. Titia 87. §. Lucius 4. de leg. 2.* quod abſurdum videretur facultatem donandi ac contrahendi, inter viuos coarctari & quodammodo adimi, ex eo quod demum poſt mortem in bonis debeatur, *l. 3. §. 4 ſi quid in fraud. patr. l. 2. & 3. ſi quis à parent. manumitt.* Eſt autem huius rei primus Author Alexander (Seuerus) *in d. l. Titia 87. §. Imperator 3. de legat. 2.* Quod probat Cuiac. *obſ. 5. lib. ca. 14. & in Nouell. 92. de immenſis donat. in pr. & in fin.* ac ante eum ſenſit Caſtr. *in rub. h. t. n. 2. & 3.* Vnde dicitur actio legibus & cõſtitutionibus inducta, *l. 1. inf. t. 1.* Ideo quidem quod exhauſtis inter viuos p̃ donationẽ bonis, etiam querelam vel petitionem legitimæ liberi poſtea proponant & hæreditatem vacuam euincant, non tantũ legitimã ex legis prouidentia conſequantur, *l. 1. h. t. vbi gl. verb. ex duab.* ſed inanis eis relinqua-

tur

Digitized by Google

tur actio,*l.nam n 6.de dolo malo.*tantũ in bona defuncti directa, *l.6 ſup.t.1.* Deinde querela inofficioſi aut petitio legitimæ non datur liberis inſtitutis ſolis hęredibus,*l.3.ſup.h.t.*quibus tamen euacuato per donationẽ patrimonio inane hæredis nomen relinquitur, *l.3.h.t.1.* & hanc fuiſſe cauſam προκαθαρτικὴν, huius noui iuris oſtendũt, *l.cũ 6.l.ſi liqueat,h.t. d.l.filia* 87.*§.3 de leg.2.* non autem debuit permitti inter viros alienatio non neceſſaria in fraudẽ legitimæ, quæ ne quidẽ in vltima voluntate conceditur. *Inſt.d l.Fuſ.Can.toll. vbi Ang.& Molin hic,n.3.& Caſtr.in rub.n.2.* facit & illa ratio, quod donatarius titulo lucratiuo poſſideat, cuius cauſa non debet eſſe melior, conditione liberorum,*l vlt.inf.de Cod.*aut aliorum, quibus legitima debetur,*l.1.inf. de imp.lucr.de ſcript.libr.*10. qui tanquam creditores certant de damno vitando,*l.vlt.§.licentia,inf.de iur.de lib.* Addit vilem rationem Imperator *in nou. 92. de immenſ donat.* quod iniurium videatur(cũ maximè obſeruanda ſit ex lege naturæ inter liberos æqualitas)*l.4.inf.de lib.præteritis l.pen.inf.de collat.* alterũ ex liberalitate parentis diteſcere, alterum verò depauperare: his de cauſis hæc querela inducta eſt, non vt titulus hæreditarij iuris(vt quidã malè putant)ſed legalis,& à iure hæred.ſucceſſionis ſeparatus, cùm non hæreditatis titulum impugnet,ſed cõtractus.*Bald.l.1.n.15.hoc tit.*inductus ad exẽplum querelæ inofficioſi,*l.1.verb.iuxta formam de inofficioſo, l.2.verb.ad ſimilitudinem inofficioſi, l.4.verb.ad inſtar inofficioſi, l.5. verb.ad ſimilitudinem, l.6. ad exempl. l.7. verb.ad excludendum,l.8.verb.inſtar inoffic.l.vlt.hoc tit.* quòd ſanè quiſpiam mirari poſſit,nũ lõgè magis cõgruat petitioni legitimæ,de qua in *l.omnimodo* 30. *cũ ſeq. ſup. t.1.* & Fauianæ quæ paternis,ſimiliter in cõtractus à liberto geſtos, datur,*l.3.& paſſim,quid in fraud.patr.*Sed ſciendum eſt, quo tẽpore huius tituli leges ſint latæ,eorundem conditionis illius, legitimæ fuiſſe vſum inuentum,primum ætate Iuſtiniani *d.l.omnimodo cum ſeq.* vt cum eo iure quod nondum eſſet hæc querela potuerit comparari, ſed nec Fauianæ planè ſimilis eſt,quia illius petitio non eſt tã fauorabilis,quã iſta liberorum & parentũ vt ſup.diximus.Fateor aũt ſecundũ id,omnibus iſtis actionibus hãc cõparari,*vt inf.ad loc. de affinib.* dicemus.Eſt igitur remota huius petitionis cauſa ſeu lex:proxima læſio donationis,per quã fit,vt nõ habeãt legitimam,quibus ea debetur.*l.1:in fi.h t.& ad nou 92.immenſ.donat.* Impulſiua æquitas,*l.1.ver. non iniuria deſideratus.l.2.verb.auxiliũ tibi æquitatis.l.3.ver.eadẽ æquitatis ratio,h.t.*quæ ne fraus fiat,tũ legi,*d.Nou.19. & 92.*tũ ſanguini, *l.4.de inoff.teſt.* permittit de donationibus inter viuos quaſi legitimã detrahi,licet id extraneis in Falcidia non concedatur,*l.Seia 42.§.vlt.de don.cauſ.mort.Nou.92.*tanquam ex cauſa lucratiua petentibus,*l.Titia 87.§.impuberem 7.verb.ex cauſa lucratiua de legat.2.* Cauſa ſine qua non eſt alterius remedij defectus,*l.2.4 6.hoc tit.* fraus item non tantum perſonæ.*l.1.7.8.hoc tit.* verumetiam rei.*l.1. §.penult.ſi quid in fraudem patro.* quam ſubeſſe ſufficit,quoties contra titulum lucratiuum agitur. *l.pen.infr.quæ in fraud.credit.l.quod autem 7.§ ſimili 7.ff.eod.*maxime hoc caſu,vbi læſio tantum conſideratur, quæ ſi deſit,nulla eſt hoc nomine actio. *l. 4. 6. hoc tit.*

hoc tit. Ex ratione *l. in cauſa* 17. *de minor. l.* 3. *§. ſi debiti* 9. *de bon. libertin. l. ſiue* 21. *§.* 2. *de iur patron. l. omnino* 30 *ſupr. tit.* 1. *& d. Nouell.* 18. *de trient & ſemiſſ.* Ad cauſas eaſdem referuntur mors eius cuius ad bona alienata hac actione agitur antequam ei locus non eſt, vt nec legitimæ. *Bald. hoc tit. in l.* 1. *num.* 13. *per l. ſi impuberi* 17. *de collat. bonor. l. vlt. ſi quid in fraud. patron.* Quibus hæc actio datur, & contra quos? Datur autem hæc actio liberis *l.* 1. 2. 3. 5. 6. 7. 8. *hoc tit.* etiam hæredibus, vel inſtitutione, *l.* 1 *hoc tit.* vel ab inteſtato, *l* 3. *hoc tit.* fideicommiſſo, item honeſtatis, *l.* 6 *hoc titu.* aut donationum, *l ſi mulier* 7. *hoc titul.* datur & è diuerſo Parentibus contra inofficioſam liberorum donationem, *l.* 4. *hoc tit.* item fratribus, *gloſſ l.* 4. *hoc tit.* ad exemplum ſcilicet inofficioſi, *l. vlt. hoc tit. ex l fratres* 21. *&* 27. *ſupr. tit.* 1. quod etiam in reliquis ita accipiatur, vt ijs detur querela hæc, quibus & inofficioſi & legitimæ petitio datur, & fratrum liberis, quando iure repræſentationis cum patre ſuccedunt. *Molin hic, nu.* 63. *cum ſeq.* Ipſi donatori num detur diſputat Bald. poſt Bart. *in l.* 1. *n.* 3 *hoc tit.* verùm cùm fateatur non eſſe locum in vita donantis, quod ſupra diximus, facilè apparet hanc actionem non dari, & malè ſumitur argumentum *ex l. filij* 87. *§. Lucius* 4. *de legat.* 2. quoniam ibi demum poſt mortem patris grauamen aſſumit affectum, & fruſtra ſe noſtri torquent, quomodo ibi donans potuerit donatarium grauare, cùm vt hæres inſtitutus fuerit grauatus, *l.* 67. *§. ſi rem* 6. *de legat.* 2. qui reſpectu inofficioſæ donationis falcidiam fratribus detrahere nequeat, vno fallor caſu etiam donatori nomine liberorum dari hanc actionem aduerſus filium donatarium, natis poſt alijs liberis, *l. ſi dotas* 5. *hoc tit.* qua in ſpecie hoc tamen remedium ad legitimam competit, *non l. ſi vnquam* 8. *infr. de reuoc. donat.* quod contra extraneos tantum datur. *Cuiac. nouell.* 92 *de immenſa donat.* nam ſi illi locus hic eſſet, hoc ſubſidiarium & odioſum remedium non daretur, *l.* 4. *&* 6. *hoc tit.* Et ſanè tempore Diocletiani qui eſt author *d. l.* 5. *h. t.* necdum fuit lata, *d. l. ſi vnquam,* longo poſt tempore promulgata à Conſtantio & Conſtante liberis Conſtantini, vt rectè habet inſcriptio C. Theodoſiani, nec videtur &c. Auguſtini ætate adhuc obtinuiſſe, *c. vltim* 17. *quæſt.* 1. niſi putemus ibi Auguſtinum aut errore facti, aut errore iuris lapſum eſſe, cùm aliquamdiu poſt illam ætatem floruerit. Cæterùm an alias pater qui ſuo nomine agere nequit, ſimiliter vt hic in *l* 5. habeat actionem intuitu liberorum vt in feudis; Non eſt huius loci explicare, ſed pertinet ea diſquiſitio ad *l. vl. inf de bon. quæ lib. qua de re &c. Bar. in l. vlt. §.* 1. *n.* 7. *vbi Ier. de verb. obl. Bald. Nouell. in l* 1. *n.* 268. *ſol. matr. Iaſ. l. cum filiof.* 8. *n.* 115. *de leg.* 1. *Tyraq. retr. prox. §.* 1. *gl* 9. *n.* 68. *vſq; ad* 74. & in materia feudali *Dd. in c.* 1 *§.* 1. *de fratrib. de nofeud. niue ſt. Bald. lege* 1. *n.* 7. *inf. de bon. mater. latiß. Sigiſ. Neap. conſ. feud.* 10. *n.* 19. *&* 20. *n. ſeq.* Sed an detur etiā hæredibus. Equidē ſi retinemus ſimilitudinem inofficioſi per oēs huius tituli leges ductā fatendū erit hāc querelam ad hæredes tantum ſuos tranſmitti, *l. pen. §. vlt. ſup. tit. l.* 6. *§. vltim. ff. eod.* quod ſentire videtur Bald. *in l.* 1. *num.* 15. *hoc tit.* Cùm hanc opinionem ibi vltimo ponit loco. ex regulis legis ſi item vbi Dd. notant de iuriſdict.

Digitized by Google

etiamſi alias ius ex donatione quæſitum ad hæredes indiſtincte tranſeat, *l. quoties 3. infr. de donat. quæ ſub lege qui ſolidum 78. §. prædium 3. de legat. 2.* ſicut cuiuſlibet contractus, *l. 2. infr. de pact. inter emptor.* Atqui hoc ius non ex contractu habetur proprium vt Bald. & alij. *in d. l. 1.* diſputant, ſed ex lege contra ius contractum, *d. l. Titio 87. §. Lucius 4. de legat 2.* Datur autem his omnibus, quoties eis legitima debetur *l. 5. h. tit.* & etiam aliunde non habent, *l. 1. verb. quartam non habentibus hoc tit.* aut habere poſſunt, *l. 4. & 6. hoc tit.* Cæterum quod noſtri ad *l. 5. & 7. hoc tit. ac Moli. num.* 18. voluit, non dari illis hanc actionem, quoties hoc nomine aliquid relictum ſit, vt in dote titulo Inſtitutionis data: tunc enim hac ceſſante ad ſupplementum agendum eſſe prorſus aduerſatur, *d. l. ſi mater 7. verbis in ijs donationibus quas tibi largita eſt, hoc tit.* & etiam ratio de qua ſupra dictum eſt. Nam vt legitima actio ſit, nec cōdictio ſupplementi eius hoc in argumento locum habet, alioqui nunquam opus foret hac ſubſidiaria actione, *l. 4. & 6. h. tit.* At bona in viuis alienata de quibus hic quæritur, vt ſupr. vidimus. *ex l. 6. tit. 1.* Quare non datur ingratis, *l. 5. verb. non ingratis hoc tit.* aut vt voluit ab inteſtato excluſis per ſtatutum. Soc. *conſil. 288. cum. num. 14 volum. 2.* quod cum ſupra refutatum ſit, dicendum eſt pro æque, vt qui non renunciarunt legitimæ, eam petere, quamuis excludi poſsint, *l. ſi quando 35. §. 1. ſupr. tit. vbi Dd.* ita nihil eſſe cauſæ quamobrem & ab ijſdē hæc quaſi legitima peti non poſsit. vt in terminis decidit Schurff. *conſil. 36. in præſenti. num. 6. cent. 2.* per doctrinam Iaſ. in *auth. noniſsima. ſupr. titu. 1.* Cynus & Sali *in leg. Sancimus 24. infr. de nupt.* Datur autē aduerſus Donatarios. tā fratres, *lege prima. & 6 h. t.* quam extraneos. *lege prima hoc t.* eodem omnimodo, vt *d. l. 1.* oſtendit, etiamſi noſtri in alia omnia abierint, datur & in hæredes vt diximus. *Molin. hoc nu. 2 & 9.* ſed an contra ſingularem ſucceſſorem. de quo in *cap. pen. de reſtitut. ſpoliator.* vt Emptorem & alium rerum alienatarum poſſeſſorem: pendet hæc res ex eo, vtrum ſit realis nec ne, hæc actio. Fauianam quidem vocat Vlpianus perſonalem, *in lege prima. §. hæc actio, ſi quid in fraud. patron.* ſed hoc (vt recte noſtri) accipiendum reſpectu videlicet doli, qui arguitur, *l. qu. autem 6. §. hoc autem 4. quæ in fraud. credit.* At hoc in genere magis rei, quam perſonæ fraus accuſat. *dict. lege prima § penult. verſic. magis in fraudem rei, ſed quid in fraud. patron.* & dolus potius defuncti, quam poſſeſſoris ſaltem tertij. *lege 1. § ſi quis 8. verſi. cum de dolo eius diſputatur ſed lib. ſi quid in fraud. patron.* quo reſpectu licet has actiones perhibere reales, præſertim cum ex nullo contractu dentur. *Theoph. & Dd. in § ſi quis in fraud. Inſtitut. de action.* Cum ergo in his ſufficiat fraudem rei ſubeſſe & læſionem in legitimæ petitoris, dicendum eſt, contra omnes dari, ad quos res alienatæ titulo lucratiuo peruenerunt, quatenus quidem titulo lucratiuo habent (niſi fraudis quæ in ſolidum obligat. *leg ſancimus 13 in fin. vbi Caſtrenſ. nume 11. ſupr. de iudic. c. 1. vbi glo. vt de dolo & contractu in 6 l. 5. §. vlti. ne quis eum qui in ius vocatur Dd. latè in l. ſi familia 9. de iuriſdict. ſiue participes*) *l. 4. § authores 27. de exceptione doli.* hoc eſt, vt alibi inquit Iuriſconſultus, quatenus facti ſunt locupletiores, *l. quod autem*

Digitized by Google

§. ſimili quæ in fraudem. hæred. Nam quatenus non ſunt locupletiores operæq; poſsident ex titulo oneroſo, & de damno vitãdo neq; ipſi petitores, ideo ſi dolus ipſorum agit, iniurium fuerit in eos dari hanc actionem, *argumento l. is qui 9. quæ in fraud. creditoris.* niſi precium ijs refundatur, *l. 1. §. ſi quis 8. ſi quid in fraud. patro.* ab eo qui mala fide vẽdidit exacta. *l. 15. qui 9. quæ in fraud. creditor.* nam alias ceſſat in ijs ratio, *l. quod à 6. §. ſimul. 7. quæ in fraudem credit. & ſupr.* diximus in pari cauſa poſſeſſores præferendos, *c. in pari de R. I. in 6.*

Materia circa quam eſt voluntas defuncti contra quam hac actione donata reuocantur, *l. Titio 87. §. Lucius 4. de legat. 2.* Voluntatem autem accipe tam donationis inter viuos, quã mortis cauſa factæ, vt ſupr. diximus. Quia licet effectu pro vltima voluntate habentur *l. illud 37. de donat. cauſa mortis.* forma tamen quæ dat eſſe rei, *l. Iulianus 9. §. 2. ad exhibend. contractus inter viuos. Iaſ. l. 2. nu. 9. 11. de legat. 2.* Donationem autem intelligamus non quamuis, ne tollatur libertas donandi inter viuos, *l. 2. ſi in noſtræ l. 1. § ſi quis tit. ſi quid in fraudem patro.* per metum eiuſmodi reſciſsionis, *l. quod ſi 24. §. 7. de minor.* ſed immoderatæ libertatis, *l. 2. 3. 4. hoc tit.* Immodica ſub hoc tit, profuſæ. *l ſi mater. 7. h. t. enormis l. 6. h. tit.* hoc eſt qua lædatur legitima, *l. 1. 2. 3. l. ſi mater. 7. hoc tit.* non immodice tamen, *leg. 4. de in integr. reſtit. iuncta l 4 hoc tit.* vt pondera verborum quæ poſuimus enormitas, & ſimilia magna notant læſionem. *Imol. in c. cum contingat. 28. num. 50. & c. Quintauallis 23 num. 45. de iureiur.* arbitrio iudicis pro complexu perſonarum & rerum æſtimanda, *l. quod ſi minor. 20 §. de minori Sali. l. 1. nu. 1. ſi aduerſ. vend. pign.* agatur. quam tamen non exiſtimo neceſſe eſſe ad dimidiam iuſti precij æſtimationem aſcendere, vt in *l. 2. infr. de reſcind. vend. & in l. 3. infr. communia vtriuſque iudic.* vt quidem ibi Dd. volunt. Nã in ordinarijs remedijs id facilius reſcinditur, in iſtis extraordinarijs ob minorem ſuccurri ſolet, *gl. & Dd. in d. l 4.* Obiectum igitur huius querelæ eſt inoffic. donat. vt in ſcriptio titu. oſtendit. qua patrimonium exhauritur ſicut actores, ea ſalua legitimam bona parte habituri non ſint, *l. ſi mater. 7. h. tit.* ex bonis parentum, *l 1. 2. 3. 4 h. tit.* aut liberorum, *l. 4. hoc tit.* vel etiam fratrum, vno caſu vt diximus. Nec intereſt in quem liberalitas eius effuſa ſit, ſiue filium ſiue extraneum, *l. 1. 5. hoc tit.* Adde etiam piam cauſam. *Cardinal. Clem. 2. §. verum quæſt. 12. de ſepult. d. cap. vl. 17. quæſt. 1. Tiraq. in l. ſi vnquam. 8. verbo. libertas numer. 63. & 66. infr. de reuocand. donat.* quæ quidem ſi retineas, licebit & ita excuſare Auguſtinum, *in d. c. vlt.* quaſi illa totius donationis reſtitutio ab Aurelio Epiſcopo facta ſit, non iure poli ſed fori, quoniam eccleſia inſtar filij, *l. 5. hoc tit.* non niſi legitimam natis poſt liberis reſtituere cogatur. Nec etiam refert, quomodo facta ſit, vtrum re vel conſilio, an re tantum, quoniam læſio ſemper eſt eadem. *gl. pen. in l. pen h. tit.* vbi fraus donationi non potuit ineſſe, cum illius tempore nondum alij liberi eſſent ſuſcepti, quamobrem & ad profuſum ludum, vt ſi pater alea omnia bona perdat, idem extendetur, *Iaſ. l. 1. nu. 23. de adopt. Bald. l. 1. in fi. num 14. ſi quid in fraud. patro* cũ pro lucratiua cauſa eiuſmodi acquiſitiones habeãtur. *l. 4. §. auctori.*

27.*de doli exc.Iaſ.n.35.& Dd.§.item ſi quis in fraudē.Inſt.de action.* ita tamē vt de his omnibus,tantū enormitas,ſic enim vocatur.*l.6.h.t.*quantū ad legū læſionē reſcindendam ſatis ſit,detrahatur *auth.vnde ſi parens ſup.t.1.& No.92.de immenſ. don.& h.t.*Quoniā autē vnius incluſio eſt alterius excluſio *l.cū prǽt.12.vbi Dd. de iud.*& exceptio firmat regulā in caſibus nō exceptis *Dec.l.1.n.20.cū ibi alleg.* Sequēs eſt cū hic tantū de donationibus agatur,vt inſcriptio oſtendit,reliquos cōtractus obligatorios & oneroſos quãuis dãnoſos huic querelæ nō patere.*Bal.l.1.n 14.& ſeq.h.t.*Nec .n.viuentibus interdicta eſſe debet contrahēdi facultas ob legitimę ſpē in futurū,*d.le.2.ſi à par.d.l.1.§.1.ſi quis in fraud.pat.* quod hac admiſſa ratione cōtingeret,*d.l.quid ſi.24.§.1.de minor.*& cū hic poſſeſſor certet de damno vitando,præferri debet actori in deteriore cauſa *l. Papin.§.quarta 9.de inoffic teſt.*Vel pari,*d.c.in pari de R.I.in 6.* niſi quatenus in lucratiuū tit.hi contractus incidunt.*Bald l.1.n.14.Schurff.cauſ.36.* Quod in præſenti Centuria 2.vt ſi res precioſa,modici vēdatur,*l.apud Celſum.4. 5. auctori. 27.de exceptio.*aut alius contractus donatum ſimulatę obducitur,*l.cum inuen. 36 de contrab.empt.7 inf.eo l.ſi quis 3.& quod in frat nat.li.*Verbi gratia:Si vni filio, puta primogenito,vel vxori vili precio præcipua bona pater aut maritus vendat.*Bart.l.2.n.1.ſi à parent.manumiſ.Bald.d.l.1.n.14.text.l.1.§. ſi quis in fraud.8. cum §.ſeq.ſi quid in fraudem patr.* quam ad hoc ponderat hic *Molin.nu.53.* Nam eatenus eſt donatio,quatenus precium non reſpondet,*l.ſi quis 3°. de contrab.empt. l.ſicut 20. locati.* Quamobrem quod ad donationes ob cauſam non extendi hanc querelam putat *Socin.conſil.18.præſentis n.4.5.&10.vol.4* accipiendum eſt quatenus donanti ea cauſa oneroſa & neceſſaria eſt,non quatenus exit in donationem,*l.vnic.inf.t.1.* per ea quæ cumulat Tiraquel. *l.ſi vnquam 8. verb. donatione n.69.inf.de rerum donat. Molyn.h.n.51 & 55.* Nam hactenus exemplo reliquorum contractuum, in puram donationem incidunt, *l ſi ſponſus 5.§. circa. 4.de donat.inter.vir.& vxor. Caſt. Alex. & Dd.l.ſi donatio. 13. infr. de collationibus.* Forma agendi (nec enim ipſo iure fit reuocatio,ſed per querelam,*l.vlt.h.t. l.1.inf.tit.1.* vt in contractibus ipſo iure nullis) *l ſi libertus.16. de iure patron.Molin.h.ad l.5.gl.vlt h.ti.*eſt,vt de inofficioſa donatione petatur legitima,*l.2.l.5. h.t.l.vnic.inf. tit. 1.*quodam quaſi Enthymemate cuius antecedens eſt accuſatio ſeu querel.inoffic.donat.*l.vlt.h.t l.vnic.infr.t.1.*Conſequens petitio debitæ portionis,*l.1.l.2.& paſſim.h.t.* Quod ad probationē attinet,quanquā aliàs fraus & dolus probāda ſunt,*l.dolus 6.ſupr.de dolo malo.*tamē hic ſatis erit,probari dolū reipſa ſubeſſe,*l.1.§.pen.ſi quid in fraud patr l.4 5.& paſſim.h.t.*vt ſi filius probet ſibi deeſſe legitimā de bonis prout nūc ſunt,poſt tēpus mortis paternæ,collatis ad id patrimonium, quod ante donationē pater habebat. *Molyn.h.n.65.*in quorum vtroq; opus eſt probatione affirmatiuæ. ex regula *l.actor.inf.de probation. Nā & enormitas donat.* probanda eſt tanquā læſio. *l. 1.verb. ſunt cum allegatis.* nam allegare probationis neceſsitatem habet. imploratā. *l.minor.6.inf.de prædijs minorum l.4.verbo.ſide Dei diſcuſſa l.pen. verbo ſi liqueat.& verſ.* coniuncti *h.t.*ſicut & alia quælibet læſio in reuocatorijs eſt probanda,*l.nā*

Digitized by Google

poſteaquam 9. §. ſi minor. 3. in fi. l. 1. ſup. ſi ad neceſſ. vendit pignor. cap. vbi Panormit. numer. 2. de in integr. reſtituend. l. 1. infr. qui aduerſ quos Mynſing. obſer. 15. 16. & 21. cent. 4. Ea autem non aliter hic probari poteſt, quam ex collatione bonorum prout nunc ſunt & tempore donationis fuerunt, quę res dilucidatur bonis excuſsis, de qua re agitur *Auth. præſente vbi Angel. & Dd. inf. de fideiuſſor.* etiam per iuſtum inuentarium, vel iuſiurandum poſſeſſorum, *l. vlt. licentia vbi gl. verbo ſimul. inf. de iur. deliber. l. 2. inf. quando & quibus 4. pars lib. 10.* quamobrem poterit ſacramentum reo deferri, vt declaret quantum ex donat. acceperit & contra agentis vel alterius poſſeſſoris hæreditatem iureiurando aut repertorio iuſto explicari poterit, quantum ſit in bonis defuncti repertum, *ex d. l. 2. & d. l. vlt.* & contra contumacem iurabitur in litem, *ex l. 2. & tit. inf. de in litem iurando.* Finis eſt vt quartam liberi conſequantur, *l. 1. infi. hoc tit. & Nouel. 92. de immenſ. donat.* quæ hodie eſt triens vel ſemiſs. *Authent. nouiſ. & Anth. vnde ſi parens ſup. t. 1.* Quod commune *in l. pen. h. t.* dicitur aduerſus eorum agitationes, qui conſilijs ſupremum iudicium anticipare contendunt, & actiones filiorum exhauriunt: additum querelæ ratio depoſcat, ad impulſiuam cauſam & finem pertinet, ſic tamen vt conſilium non ſolùm ſufficiat ſine re hoc eſt læſione, rei fraus ſatis ſit abſque conſilio, *l. 2. 5. & hoc tit.* vt declarat *gl. pen. in d. l. pen.* Effectus duplex eſt, aut ſaltem dupliciter conſiderari poteſt, ſicut alius eſt effectus, abſolutoriæ, alius condemnatoriæ, quia contraria ſunt. *l. 4. de re iudic. vbi Dd.* Vtrique autem in omnibus iudicijs locus eſſe poteſt, & potius eſt abſolutionis cauſa cui indubium deferendum eſt. *l. 5. de pœnis l. Arrianus 47. de oblig. ca. 3. de probat. c. vlt. de re iudic.* Abſolutoriæ hoc in argumento quis ſit effectus, ſuperius ad querelam inofficioſi diximus, cuius iure æſtimatur. *l. vlt. hoc tit. Sal in d. conſil. 18. præſenti. volu. 4 nu. 10. & 11.* Excipe tamen non amittere relictum à defuncto, qui in hac querela ſuccumbit. vt in illa *l. Papinianus S. §. meminiſſe 14. de inoffic. teſtamento.* quia hæc nō impugnat vltimum iudicium defuncti, quo relictum eſt, nec etiam contractum totum impedit, ſicut querela inofficioſi teſtamenti, tū etiam quia petit portionem lege debitam, quod genus non reddit agenté indignū. *dict. l. Papin. S. §. ſi quis 5. de inoffic teſta. ex ratione l. 4. infr. de adulterijs. l. Paulus 8. de prætori. ſtipulationib.* Effectus condemnatoriæ congruit cum petitione *l. vlt infr. de fideicom. libert.* ſcilicet vt debitū bonorū ſubſidium, de donatione detrahatur per ſententiā & executionē, *l. 2. 5. 7. 8. h. t. Molyn h. n 59* & reddatur aut ipſis petitoribus liberis, aut ipſi donatori intuitu liberorū, *l. 5. h t.* atq; ita accipienda & reſtringenda eſt *l ſi mater 7 in verbis quo moderatè geſtū eſt reuocabitur h. t. 1.* vſq; ad debitum bonorum ſubſidium. vt inquit ibi Accurſi. *in d. l. ſi mater per l. ſi dotas 5 l. 1. pen. & paſsim hoc tit.* Eatenus enim geſtum eſt duntaxat moderatè *authent. vnde ſi parens ſupr. tit. 1. & Nouell. 92. de immenſis donatio. d. l. Papin. S. §. vlt.* in quo differt ab inofficioſi querela, quæ totum olim teſtamentum, hodie totam inſtitutionem reſcindit, & euacuat. *auth. ex cauſa inf. de liber. pretor* nam vltimæ voluntates facilius patent his querelis quam

donat

donat. inter viuos *l. etiam 11. de inoffic. teſtamento* quod pluribus hic pe. ſequitur Molyn. *num. 9. 40. & 42. per l. tale pactum 40. §. vltim. de pact. s.* Huic tamen declarationi obſtare videtur, *l. ſi libertus, de iure patronatus*; qua moti interpretes, putant hac etiam querela in totum reſcindi donat. quoties extraneo fraudulenter eſt facta. *Bartol. Caſtrenſ. & Dd. l. Titia 87. §. imperator 3. de leg. 2. Bald. l. 1. n 3. h. t. Caſtr. h. in rubr. n. 2. & 3. Panorm. c. vlt. nu. 5. de donat. Ferrarienſis in forma libelli donat verſ. irreuocabiliter*, & hanc communem facit hic Molyn. *n. 18*, contra deciſionem quam hic arbitror expreſſam, *l. 1 & pen. h. t.* vbi donatio, quamlibet extraneo facta, conſilio & re inofficioſa, non tamen niſi ad legitimam reuocatur, quòd autem ea iura ſic interpretantur, & eludunt quaſi ibi quid relictum fuerit petitori, vt *l. 2. l. ſi mater 7. h. t.* eoq; non niſi ad legitimā agere potuerint, *ex l. omnimodo 30. ſup. tit. 1.* mera eſt diuinatio, non etiam congruens huic argumento, & tit. cum illa condictio ex l. omnimodo prorſus alia ſit, quàm hęc ſubſidiaria actio, nec detur ad bona inter viuos donata, *l. etiam 11. de inoffic. teſtam.* nec rectè trahitur huc ex aduerſo, *d. l. ſi liberto 16.* quoniam ibi non in fraudem patroni tantum, ſed etiam legis facta erat alienatio, eoque ipſo iure nulla, *l. 3. ſup. de ll.* Eo iure in totum reuocatur, vt ibi eam rationem textus expendet, quæ hic locum non habet, *d. l. etiam, de inoffic. teſtam.* nam ibi nulla eſt donatio, hac ſubſidiaria donatione non eſt opus, *l. 4. h. t* iuncta *l. in cauſa 17.* de minoribus. Ac ne patribus quidem opus eſſe, cùm quod nullum eſt, reſcindi non poſſit, *l. 5 de iniuſt. rupt. irrit. teſtam.* Obſtare videtur diutius *d. l. tua 87 §. Imperator 3. de legat. 2. cum ſeq.* vbi etiam nepoti donatū interuertendę querelæ cauſa pro dimidia parte reuocatur. quod Molyn. hic ex communi illa Dd. ſententia accipit de dimidia totius donationis, & ita dicit aliquando iudicatum Pariſijs, *n. 9. & 59* perperam omnino, cùm ibi ne quidem extraneis, ſed libero, nempe nepoti facta fuerit donatio, quæ etiam ex Dd. ſententia tantum ad legitimam reuocatur. *l. 5 hoc tit.* Rectius ergo Cuiacius *Nouell. 92.* de dimidia quartæ, hoc eſt, legitimæ interpretatur, *l ſi mater 7. hoc tit.* quæ ita Dimidiam accipit & optimum eſt gloſſema ad *d. §. Imperator.* Tenenda ergo eſt hæc ſententia etiam praxi, quantum arbitror contra communem, quomodo ſæpius iudicatum memini & nō obſcurè indicat conſtitutio 12. parte 3. vbi indiſtinctè permittitur tantum ad legitimam vſque donationis reuocatio. Affinis eſt querela inofficioſi, *l. 1. 2. 4. in fin. l. vltim. penult. hoc tit. l. vnic. infr. tit. 1.* Item petitio legitimæ aut condictio legitimæ aut condictio ſupplementi *ex l. omnimodo 30. cum ſeq. ſup. t. 1.* quam malè ſolam, hac excluſa, volunt obtinere, cum aliquid legitimæ ratione relictum eſt, *contra d. l. ſi mater 7. l. 6. & 3 h. t. d. l. etiam de inoffic. teſtam.* Affinis eſt & actio fam. erciſc. *l. 2 h. t.* Item remedium, *l. ſi nunquam 8. inf. de reuocand. donat* quod tamen huius exemplum non datur contra filium, niſi quoad legitimam, *l. 5. h. tit.* Teſtatur Tyraq. *d. l. ſi nunquam, verb. libertus, nu. 60. & 63.* quanquam vnus Ripa contrarium ibi tueatur *q. 47.* Quanquam fateatur hanc quæ modo poſita eſt, eſſe com-

munem & vſu retinendam, *nu.* 115. Et fortaſſis ſic nec contra Eccleſiam, quæ vtitur iure liberorum, *c. in præſentia* 8 *de probat.* de quo tam diſcrepantes ſunt ſententiæ, vt ſcire vix queas; quæ ſtatuenda ſit communis: videntur tamen hanc quam modo poſui fateri communem Tiraquel. *ibi, nu.* 66. Ripia *nu.* 115. Pariſ. *conſil.* 73. *n.* 124. *vol.* 1. ſcilicet in foro contentioſo, & iure fori non iure poli, vt loquitur ad excuſandum Auguſt. *d. c. vlt.* 17. *q.* 4. Viglius communem opinio. *lib.* 1. *verb. donatio facta priuato propter ſuperuenientiam liberorum, num.* 2 *cum ibi allegat* Item actio Fauiana quæ partim datur aduerſus tabulas liberti teſtati. *l.* 1. *§. aduerſus* 3. *cum §. ſeq. l.* 2. *l.* 5. *l. tamen videntur* 11. *ſi quid in fraud. patron.* Et Caluiſiana quæ in bona inteſtati liberti. *l.* 3. *§ ſi inteſtatus* 2. *ſi quid in fraud. patron. l.* 3. *infr. eod. Cuiac. ad d. tit. ſi quid in fraud patron. Pauliana. §. item ſi quid in fraud. Inſtit. de action. l.* 6. *& tot. tit. ff. quæ in fraudem creditoris.* quoniam omnes ſunt actiones reſciſſoriæ. Item quæ iure Saxonum de mobilibusquæ maritus à morte coniugis lucratur, legitima liberis ſit ſupplenda, *gl. iunct. art.* 31. *v. maritus & vxor.* & paulo poſt ſub litera C. & E. *lib.* 1. *& art.* 76. *verſ. ſalua tamen liberorum legitima. lib* 3. *ex ratione conſtit* 13 *parte* 3. Contraria ſunt ingratitudo *l.* 5. *verb. non ingratis, h. t.* ſiquid probari poſſit. *Nou.* 92. *in ſi de immenſ. donat.* quæ hanc acti. excludit. *d. §. vlt Nouell.* 92. etiamſi non ſit expreſſa in donatione, *Molyn. h. n.* 94. *per l. vlt. infr. de ſecund. nupt.* quia non requiritur expreſſio cauſæ in contractibus, ſicut in teſtamento pro forma teſtamenti, *§ ſiue igitur, Nouell.* 115. Item ſi habeant agentes aliunde legitimam, puta in dote vel fideicommiſſo, *l. in feudo donat propter nuptias l.* 6. *hoc tit.* vel donatione, *l. ſi mater* 7. *h. t.* pro ſua portione, *l. Titia* 87. *§. Imperator* 3. *de legat.* 2. nec hic opus eſt huic titulo inſtitutionis *l. cum donationibus* 6. *verb. cum fideicommiſſa, h. t.* quam contractus non recipiunt, *l. non Codicillum. inf. de teſtam.* de quibus ſolis hic agitur, *l. pen hoc tit.* & detrahitur quantum legitimæ deeſt, *l.* 1. 2. 5 *l. penult. h. t.* Quæ ſi integra habetur, aliunde donationes hac querela impugnari non poſſunt, vt omnes leges huius tituli oſtendunt, ceſſante nimirum huius actionis cauſa, nempe legitima læſione, & quia iam finis huius habetur, vt fruſtra fuerit de medijs illis diſputare, *§. ſuſpectus, vbi de ſuſpect. tut.* & obſtet exceptio, petis quod intus habes. Contraria item agnitio voluntatis defuncti, *l. pen. h t. & conſt.* 12. *pa.* 3. ſcilicet à maiore facta, *l parentibus* 8. *ſupr. tit.* 1. nam minor contra reſtitui poteſt (vt alias) *l. cum donat.* 6. *hoc titul. & tot. tit. ſupr ſi aduerſ. tranſact. & tit ſi vt om. her. hæred. &c.* quod accipit gloſſ. *in d. l.* 6. de tacita agnitione, vt acceptatione legata, rectius Bart. & alij *in d. l.* 6. de expreſſa & ſpecifica renunciatione, quoniam agnoſcendo legitimam approbatur quidem teſtamentum, *l. Papin.* 8. *§. ſi condit.* 10. *de inoffic. teſtamento.* Ideoque querela præcluditur, *d. l. parentibus. d. § ſi conditioni* 10. ſed non approbatur donatio, quæ nihil habet cum teſtamento commune, nec ex eo dependet, vnde nec ita querelam hanc excludi putandum eſt, cùm ex ſeparatis nihil inferatur, *l. vlt inf. de calum. l. Papin.* 8. 20. *verſ. quid. num de minoribus.* Et limitata renunciatio & tranſactio producit limitatum effectum, *l.* 5 *de tranſact actio. l ſi* 3. *ſupr. eod.* & renunciatio omnis fit

ſtricti iuris *Iaſon leg. 4. nom. 10. ſupr. de pact.* ſicut & tranſactio, *Alciat. & Dd. in rubric. de tranſact.* nec eatendatur vlterius id, quod expreſſum eſt, *Dec. conſil. 352. num. 2.* & paſſim, aut actum, *l. qui cum 9. de tranſact.* multò verò minus ad immoderata, *Imo. cap. 5 num. 45. de iureiurand. & fraudulenta. leg. tres fratres 35. de pactis, d. l. 9. §. 1. de tranſact.* Contrarium eſt etiam iuſiurandum de non amplius petendo, aut ſimile, quoniam habetur loco ſpecificæ renunciationis, *cap. ex reſcripto 9. de iuriſiurand.* dummodo corporale ſit præſtitum. *leg. 3. in fin. ſupr. ſi minor ſe ma. dix. auth. Sacramenta, vbi Dd. ſupr. ſi aduerſ. vendi.* non inſcriptis, *d. l. 3. in fin.* neque per æquipollens, vt per fidem loco iuramenti, quæ non ſufficiunt vbi lex pro forma corporali iuſiurandum requirit, *Iaſ. & Dd. in d. auth. Sacramenta, ſup. ſi aduerſ.* nec enim tale eſt, quod pro tali habetur, *gl. in l. Mercis. 207 de verb. ſignif. Bald. in c. 1. in princ. de conſ. recti feud. & conſil. 12. num. 4. & conſil. 49. numer. 2. parte 3.* ſed nec iuſiurandum renunciantis obſtat eius ſucceſſori (puta filio, nepoti) vt vult Bald. *hoc tit. l. 1. num. 4.* quia perſonale eſt, *Inno. & Dd. cap. veritatis 14. de iureiurand.* nec obligat fidem ſucceſſori ſuo iure venientium, *Caſtr. latè num. 3 & 4. poſt. Bart. in leg. qui ſuperſtitis 94. de acquir. hæred.* quod verùm arbitror quoties caſus ſucceſſionis in vita ſucceſſus puta filij aut nepotis contingit, ſicut ſi in vita renunciantis qui iurauit, vt diſtinguunt Bald. *l. vltim. numer. 19. ſupr. de pactis, & l. pactum, infra de collation. Bartol. & Caſtrenſ. & Dd. in dict. leg. qui ſuperſtes.* Quanquam enim iuſiurandum ſit perſonale quoad obligationem (ſed non quoad fidem obligationis) ita accipiendi *Innocent. & Dd. d. cap. veritatis.* non tamen quoad obſeruantiam contractus iurati, cui ſucceſſor obligatur cùm in eum obligationes cum omnibus ſuis qualitatibus acceſſionibus tranſeant, *[illegible] inſr. vt act. ab hered. & l. 2. inf. de pact. inter vend. & emptor.* Ita ſuperiores diſtinguunt, *vt Imol. nu. 18. in d. c. veritatis. Alciat. nu. 120. in cap. cum contingat 28 de iureiurando. Corneſ. in c. requiſiuiſti, nu. 2. de teſtamentis, & in c. quamuis 2 parte 1. §. 3. num. 4. de pactis.* Extra hunc verò ſpecificæ vel iuratæ renunciationis caſum, non arbitror impedimento eſſe huic actio. quod petitor donatori factus ſit hæres. *l. 1. 2. 3. hoc tit.* quaſi contra eius contractus venire nequeat, *l. cùm à matre 14. inf. de rei vendic.* nec enim facto defuncti, legitimæ cõditio deterior fieri poteſt, *l. quoniam 22 ſupr. tit. 1.* nec hic propriè contra factum defuncti itur, ſed inde legitima velut æs alienum aufertur, quod à reſciſſione abeſt, *leg. omnimodo 30. numer. ſequ. tit. 1.* nec impeditur illa iuris hæreditarij obligatio. *Bartol. Salicet. & Dd. communiter l. ſi famil. 14. inf. famil. erciſc. Tiraq. de retract. proxi. §. 1 gloſſ. 9. n. 59. & §. 26. & gl. 1. n. 12. Molyn. in conſuetud. Paul. tit. 1. §. 8. gloſſ 3. num. 22. Pinel. in l. 1. part. 3. num. 99. C. de bon. mater. Feudiſta 1. 1. an agnat. vel filius facit conſ. 48. & 49. par. 2.*

od traditæ, conſequens eſt, quæ definitione includuntur & congruunt, eadem etiam conuenire definito, & eidem ineſſe. Euerh. loco à definitione in princip. vtcunque tractat rem, mirificis diſputationibus interpretes inuoluunt *Bart. d l ſi conſtante, num. 73.* & idem ſibi contrarius *in d. quæſt 7. per* totum incipiente, mulier magnum habens matrimonium. *Bald. d. l. nulla, nu. 3. & 4. infr. de iur. de iure doti. Bald Nouell. parte 6. num. 14. & Portius conſ. 82, num. 7. & conſ. 83. n. 1. 2. & 3. Alexan. conſil. 144. n. 2. & 9. lib. 7. Rolandus à valle. ſuper ſtatu. de lucro dotis. quæ. 71. Item Campeg. de lucro dotis, gloſſ. 10. num. 36.* quorum ſententia contraria certè obtinere non debet extra odioſum argumentum de quo tractant, videlicet lucrum dotis marito acquirendum, contra cauſam fauorabilem dotis, *l in ambiguis 86. de R. Iur.* vt cùm de alienatione dotis, aut prioritate aut ſimilibus, totis priuilegijs tractatur. Illud tamen fatentur Dd. viduam quæ priorem dotem ad ſecundum maritum infert, doti dediſſe videri. *Bart. d quæſt. 7. num. 15. Bald. d. l. nulla, inf. de iur. dotium. Roland. à valle d. tractatu de lucro dotis quæſt. 71. per l. dotem, q. 3. de iure doti. l. cum maritus 29. §. 1. de pact. dota l. penult. §. 1 ſolut. matr.* Amplius dicit Bart. *in d. l. Titio 71. 3. in fin. de condict. & demonſtrat.* quidquid mulieri nomine nuptiarum offertur, id cauſa dotis eſſe, etiamſi aliud non exprimatur cùm ipſæ circumſtantiæ rei oſtendunt, hoc nomine dari. *Bart. d. quæſt. 7 nu. 7. Bald. d. Nouell. de priuileg. 14.* & in ambiguis pro dote reſpondere melius eſt. *l. in ambiguis de R. I.* Cur ergo & non putamus idem, cum marito vel ſponſo nomine ſponſæ vel vxoris traditur. Vnum caſum excipio, cum videlicet aliud conuentum eſt, aut expreſſum, *l. ſi ego 9. § 2 de iure dot. d. l. maritus. 21 ſup. de procur.* aut tacitè & per conſequentiam putà cum dos in certis rebus tantum conſtituitur, *d l. ſi ego. §. dotis 2. l. ſi conſtante 19. inf. de donat. ante nupt* quo caſu vnius incluſio eſt alterius excluſio, *l. cum prætor. 12.* de iudicijs, atque ita accipio. *Bal. de Nouell. d. prin. 14. verſ. ſecundus caſus principalis. Cuiac. conſi. 203. legatarius cum ſeq. & Iaſ. in l. Maritus. 21. n. 12. ſup. de procur.* (hæc de dote). Quæ inofficioſa dicitur, quoties tanta eſt eius enormitas vt pro cauſa legitima numeretur, *l. vnic. h. t. quemadmodum & 40. titu. ſuperiori.* inofficioſa hoc reſpectu donatio vocatur. Definitionem huius actionis hic non repetam, eſt enim eadem cum ſuperiore. Propria dotis penè ſunt innumerabilia, de quibus abundè Dd. *in l. 1. ſolut. matrim. & t. t. infra d. priuil. dotis Bal. d. Nouell. 2* Campegius in *tract. de dote* Sufficiat hic ſcire titulum dotis eſſe vniuerſalem, vt vult quidem Bartol *numer. 18. in rubric. ſolut matrimon. pro quo lex 5. vbi gloſſ. verb. ſi dotis, l. ſi marito 31. §. 1. de ſolut. matrimoio l. ſi is qui 56. quod dicitur 2. de iur. dotum & opti text. in l. 1. in princ. verb. ad vniuerſitatem erit referendum de dote prælega. c Raynutius 16. de teſta.* quem text. & ibi ponderat Anto. de Brutio. *in notabil. & Iaſ in rubr. ſol matr. num 14.* Contra tamen alij ſtatuunt. vt Iaſ. ibid. poſt. Bald. quoniam aiunt vendicari poteſt, *l. in rebus 30 inf. de iur. dot. Vniuerſitas non item. l. venditatio 36. de rei vendicatio* facilis eſt reſponſio, quod res dotales vendicantur, vt corpora, *l. do 9. infr. de rei vendicat.* non ius ipſum, *d. l vendicatio 56.* ita accipe *d. l. in rebus.* Aliud autem eſt dos, aliud res in dotem

datæ,*l.1.in princ.de dote prælegat. d.l.vendicatio. Socinus Iunior in rubric.ſolut.matrimon. parte 2.nu.99.* quanquam contra hanc communem poſt diſputet,*parte 3.num. 29.* Secundo quia ius vniuerſale manet etiam omnibus rebus extinctis. *l. pecuniam 4.§.1.l.peculium 40.in fin.de peculio,l.qui ſi.ijfamil.14. de hæredit. vendita.* dos non item,*l.1.l.plerumque 10 in fi.de iure doti.* Tertiò ſi dos eſſet vniuerſale quid, ſententia circa eam lata incerta valeret,quod tamen negat *l.vlt. inf.de ſent. quæ ſine certa quant.* At textus qui cũ Bart.faciũt,hi reſpondent,dotẽ tunc eſſe ius vniuerſale,cũ omnia bona in dotẽ dedit,*l.mulier bona 72.de iur.dot.*vel vniuerſitatẽ aliquã,vt paternã hæreditatẽ. *Iaſ.l.Papin.13 §.in dote 4.n.4.de acq.* Quare & venditio tum eſt quædam vniuerſitas, ſeu titulus vniuerſalis,*l. 2.ff.de hær.vend.l.6. inf.de hær.vel actio.vend.*quam ad hoc allegat Iaſ.*ind.l.Papin. 17.§.in dote de acquir.poſſeſſ.& fideicommiſſum Inſtit.de fideicommiſſ hæred.per totum.*in quo hanc diſtinctionem facere videtur *§.vltim. inſtit.per quas perſonas.* ſicut in dote, *l.1.in princ.vbi gloſſ.verb.vniuerſa, ff.de vſucap.per dotem.* Quanquam autem hęc diſtinctio non eſt incommoda,vt dicamus dotem ius eſſe vniuerſale, cùm vniuerſitatem continet,non item quoties res ſingulares,puta prædium vnum,& Bald.in *l.vlt. n.4.& 5.inf.de ſent.quæ ſine rerum quant.* communem hanc dicat contra Bald. tamen à recentioribus Bart.ſententia indiſtinctè recepta magis eſt, vt fatetur *Iaſ. in rubric.ſolut.matrim. num.28.* quod pluribus oſtendit Socinus Iunior,ſæpius appellans hanc communem *in eadem rubr. ſolut. matrimon. parte 3. num.19.20. cumſeq.* ad communia contraria reſpondens oſtendenſque ſententiam hic incertam eſſe,*parte 3.num 32.cumſeq.* Idemque teſtantur hanc eſſe communem *Ripa ibid.num.43. & Baptiſ. Vallalo in communioribus opinionibus, verb. dos dicitur vniuerſale. num.159. & Soaretz in theſaur.communium ſentent.verb.dos,num.288.cum ſeq.*Secundo ſtatuamus dotem eſſe,quendam cõtractum,*l.dotis promiſſio 68.de iure doti.t.t. infr.de dotis promiſſ.& inf.de pactis conuentis,& ff.de pact. dotal.*qui conuertitur cũ dote,vt multis oſtendit Socin.*in rub. ſol.matr.p.3.n.15.&38.*& quidẽ contractũ nominatũ,*l.1.in pr.vl.Dd.de vſuc.pro dote, l.vnic.in pr.inf.de rei vxor.actione,Dd.communiter poſt Alex.& Clariſſ.Socin.Iuni.rubr. ſolut.matr.p.3.n.38.*ac quidem dominij tranſlatiuum ſeu habilem ad dominiùm trãnsferendum.*d.l.1.de vſucap.* pro dote, *l.ſi ego 9.§.2.de iure dotium,l.dote 9. infr.de rei vendic.l.in rebus 30. vbi Dd.inf de iure dotium,§ 1.inſtit.quib.alienare licet,vel non.* Et quidem eſſe titulum oneroſum reſpectu mariti. *l.ex promiſſo 19. de oblig.& act.l.pro oneribus, vbi Bart infr. de iur.dotium.Iaſ.l.ſi donaturus 9.§.ſi quis,num.10. de condict.cauſa dotal.& in l.licet 19 num 13.& 15 ſup de pactis,& in l.ſi enuncupata 3.nu. 2 ſupr.de iuris & fact.ignor.in l.Neſennius 41.nu.5 de re iud.l.Menia.49. §.1. vbi & Bart. notat.num.1.ſolut.matrim.& idem Bart.in l.vlt. §.ſi à ſorore 1,quæſt. in fraud.credit. & in l.vnic.nu.26.inf.de imp.lucri deſcript.lib.10. Campe.de dote, parte 1. quæſt 55.* etiam, vt volunt,cùm lucrum marito cedit.*Tiraq.in ll.connub.circa fin.gl.6.num.254.& l.ſi nunquam 8.verb.donatione largitus,num.173 infr.de reuo.donat.per l.1.§.ſi verò, vbi gloſſ. verb.ad lucrum. Bald.Iohann.Platea, infr.de import.lucra.d.l ſi donaturus.de condict.cauſa data.*Quia non eſt merum lucrum cùm propter onera matrimonij contin-

gat,

gat, *d.l.ſi donaturus 9.in pr.de cond.cauſ.dat.* & ex quadã cõiugij neceſſitate ſequitur, *Caſtr.hic in pr.n* 1.vt in liberalitatẽ cadere nõ poſſit, *l.ex prom.19.de obl. l.rẽ leg.18.de adim.leg.* Verùm in hoc non videntur noſtri reſpexiſſe ad hanc legẽ vnicam, cui poſita hac Dd ſentẽtia locus eſſe nequit. Ad ea verba quæ Dd. hic adducunt paucis reſpondeo, quàm diu durat matrimonium, atque ita cauſa oneris durat, ti, oneroſo dotẽ poſſideri, ſoluto matrimonio, ſed ſine cauſa dotem apud maritum eſſe, eoq; ex lucratiua cauſa deinceps poſſideri, quod probat *d.l.ſi donaturus 9.l.ex prom.18. in ver.ex lucrati.* cauſa rem habere cœpit *de oblig.& act* alioquin nunquam huic vnicæ locus eſſe poſſet aduerſus titulum oneroſum, vt ſup.diximus. Ex parte mulieris nõ eſt oneroſus. vt hanc cõmunem facit Arius Pinel. *in l.1.p.3.pag.125.infr.de bon mater Couar.de ſponſ.p.2.c.8.§.6.n.12. Soaretz.in theſ.ſent.verb.dos,n.304. verſ.dot.cauſ.* quoad mulierem lucroſa cenſetur. rationem eius puto, quia ſine συναλλάγματι accipio à patre vel alibi, & ſua bona ad maritum adfert. ſic tamẽ non vt amittat, ſed plurimis priuilegijs illi ſalua cõſeruetur. *l.1.& t.1.ſol.matr.l.1.2.3 & paſſim de pact. dotal.* vt non mirum ſit contra eam ſucceſſoribus mulieris hanc dari actionem cõtra donationem, cũ talis titulus ſit reſpectu mulieris indiſtinctè, quoad virum autem matrimonio ſoluto, qui per vxoris mortem contingere neceſſe eſt. At hic iterũ obijcietur mulierẽ neceſſariò inferre dotem ad maritum, *§.vlt.vbi gl.ad ver.alleg.Nou.2.de non elig.ſecund nub. Bald.l.vlt n. 8.inf.de ſent.quæ ſine cauſ.quant.per l.obligamur 52.in pr.inf.de oblig.& act.* in neceſſitatibus aũt neminem cẽſeri liberalem. *l.rem 18.de adim.leg.* equidem fateor cõtractum dotis eſſe voluntariũ, *l.5.inf.de actiõn.* quia ſine dote contrahere cõiuges poſsũt. *Nou.18.de trien.§.neq; illo,§.nuptias,in auth.de nupt.l.vlt.inf.de dot.prom. l.vlt. inf.de repud.* Itẽ quoties conuẽtio facta nõ eſt, tũ ſi maritus exiget eã ab inuita quoq; fœmina eſſe pręſtãdã, ꝓ dignitate & facultate, cũ ſua patriſq; ſui, tũ etiã mariti. *Bald.in d.l.vlt.n.8.& in l.4.n.2.inf.de iur.dot. per l.cũ poſt. 69.§.gener 4.de iur.dot.* & alia iura, quæ ad hoc allegat Iaſ. *rub.ſol.matr.n* 25. Qualẽ ſc. bona eius patiũtur, quæ vt aliàs *l.2.§.1.de collat.bon.l.vlt.§.vbi autem inf.de bonis quæ liber.l.ſub.30.§.1.de verbor.ſignif.* ſic etiam hic intelliguntur deducto ære alieno, *leg.mulier.73.de iure dotium.* Idemque in bonis patris eius ſeruetur, cuius eſt dotare filiam, *leg.qui liberos 19 de ritu nupt.* Cæterum addatur & hoc coniugem non eſſe obligatam, vt omnia bona in dotis cauſam effundat, niſi velit, *dict.leg.num.hic.73.de iure dot.leg.nulla 4.infr.eodem tit.* ne auferatur illi quodammodo libera teſtandi voluntas nullo retento. per ea quæ tradunt Bart. & Dd. *leg.vltim.ſupr.de pactis & leg.* ſtipulatio hoc modo de obligat. ac etiamſi tanta eſſet mariti dignitas vt in toto mulieris patrimonio dote dignus videretur, non puto tamen totum patrimonium hoc quoque caſu deberi, ſed retineri aliquid poſſe, & ad teſtandi facultatem, & etiam ne ab argumento noſtro recedamus, vt ſic vnde legitima liberorum, aut aliorum quibus debita eſt, præſtetur. *leg.nunc hoc tit.* Vbi ſi promittitur reuocatio eatenus, certè multò magis in initio conceditur retentio. *leg.ſed etſi*

Digitized by Google

11. vbi glo. verbo non habebit de iureiurando leg. ex quibus 51. de condit. indebiti. leg. ſi rem. 29. de euict. Cum igitur hactenus nulla ſit neceſsitas dandæ dotis, ſequens eſt eatenus eam incidere in donationem, ac patêre huic querelæ, quatenus legitimam lædit, quomodo & pro donatione habetur, quoties dos datur ab extraneo, qui nulla neceſsitate ad eam obligatus eſt, vt eleganter Socinus Iunior. *parte 3. in rubr. ſolut. matrimon. numer.* 41. 42. Et ſupra diximus etiam contractus oneroſos incidere in donationem, quatenus aliam cauſam oneroſam non habent. Poſtremo notandum & illud eſt, dotem eſſe ius quoddam reale, *t. tit. de fund. dotali.* quod demum per traditionem conſtituatur. *leg. prima. & t. tit. infr. de dote cauta non num.* ſicuti reliqua iura. *lege tertia. de vſufruct. leg. 3. §. ſi iter. 2. de actio. empti.* & dominia *leg. traditionibus* 20. *ſupr. de pactis leg id quod 11. vbi Cuiac. de R. Iur.* cuiuſmodi dominium quoddam transfertur in dotem & marito conſtituitur, *leg. in rebus 31. infr. de iur. doti.* Proprium inoffic. dotis eſt legitimam imminuere, *leg. vnic. hoc tit.* Proprium huius actionis quod ſit ſubſidiaria. *Bald. h. num 2. & 3. per leg. ſi filius, 4 ſupr. titu.* 1. quare Regulam *l. quoties 41. de oblig. & actio.* quę noua veteres actiones non tolli ſed cumulari ait. Bald. hic negat obtinere in ſubſidiarijs, *per legem.* 4. *6. ſupr. titu 1. §. 3. Inſtitut. de inoffic. teſtamento, leg. vltim. infr. de libert præfer. leg. in cauſæ 17. de minor.* Item quod ſit actio vniuerſalis, ſicut dos ſit quædam vniuerſitas ſecundum communem, de qua ſupra vidimus. Nam vt actio vniuerſalis quæ datur ad vniuerſitatem, *lege prima, cum ibi notat. de rei vend. §. vltim. inſtit. per quas perſonas nobis acquiritur.* ſic etiam quæcunque actio partem vniuerſitatis petit, eiuſdem naturæ debet videri. *argumento leg quæ de dota. 76. de rei vend.* ſicut ex iudicio famil. herciſ. & ſimilibus intelligi poteſt. Cæterum hoc facile non conceſſero, num ius vniuerſale in dote eſt, vt hæreditas paterna, *§. vltim. Inſtitut. per quas perſonas. feudum magnum. Panor. cap. cum ſeruitium numer. 1. de iure patron. Peculium. leg. ſi filiusfamil. 24. de iure dot. territorium. leg. pupillus 239. §. territorium. 8. de verbor. ſignif. vbi hoc notat Mantua. Bald. conſil. 326. Rex Romanorum. num. 8. volum. 1.* Alias vero ſi pecunia tantum ſit data. *vt leg. ſi ei. 25. de iur. dot.* quæ res ſingularis eſt. *lege prima §. ſi is qui. 9. ad Trebell.* aut prædium *leg. quemadmodum 46. §. 1. de iur. dot.* quod & ipſum res ſingularis eſt, *leg. quoties 13 infr. de hæred. inſtitut.* abſurdum fuerit hoc caſu dicere, actionem hanc eſſe vniuerſalem, quæ petat tantum partem rei ſingularis. itaque verior fortaſsis illa diſtinctio Bald. & Iaſon. *num. 14. in rubr. ſolut. matrimon. Iaſon leg. Pomponius 13. §. in dote 4. num. 4. de acquir. poſſeſſ.* videlicet dotem non aliter eſſe ius vniuerſitatis, quam cum vniuerſitatem continet. Ex quo ſequens & illud erit, hâc actionem fore vniuerſalem, cum partem dotis vniuerſalis petat, ſpecialem cum in rem ſingularem, eſt directa, quod etiam de ſuperiore actione dicendum videtur. Vnum illud addendum. An hæc actio ſit bonæ fidei ſicuti ipſa dotis formula, *leg. vnic. § ſed etſi infr. de rei vxor. action. §. fuerat Inſtitut. de actio.* cuius cauſa omnis in bonum & æquum eſt concepta, *leg. eas. S. de capit. minu.* quod videri poterit, quia diſtractus ſunt eiuſdem qualitatis cuius

contra-

contractus, *leg. vltim verbor. contrahentibus vel diſtrahentibus ſupr. ſi tutor vel curator. leg. ab emptione* 58. *vbi Bart. Iaſon de pactis lege quarta de iuſti. & iur. Schurff. conſil* 17 *in princ. num nono & decimo. cent.* 1. *per glo. & Dd. leg. de tutela*, 8. *ſupr. de in integrum reſtitut. minor.* & actiones contrariæ bonæ ſidei iudicijs eandem retinent qualitatem, ſecundum communem. Dd. ſententiam in *§. actionum.* vbi latè Iaſ. *num.* 69. *inſtitut. de actio.* Sunt autem qui in contrarium aliter teneant. vt Dij. Fab. & alij quos recenſet Iaſon in *dict. §. actionum num.* 70. nec à contractibus ad diſtractus valet argumentum, in odioſis. vt oſtendit Schurff *d. conſil.* 17. *num.* 6. præſertim vbi ratio ſit diuerſa, Euerhard. *in loco à contractu ad diſtractum circa finem* neque vero hæc actio contraria eſt ex illarum genere quæ ſic nominantur in *tit. de pignorat. actio. commodati depoſiti: mandati de tutela.* ſed magis impugnat dotis cauſam, & ius ciuile tot priuilegijs illam fouens atque muniens vt videri potius ſtricti iuris debeat, *lege in honorarijs de obligat. & actio.* exemplo ſuperiorum actionum quibus adæquatur, *leg. vnic. hoc tit.* præſertim cum ſit ſubſidiaria, vt ante poſuimus, quod genus ad bonæ fidei iudicia referri non ſolet. Partes huius actionis duæ ſunt: vt ſuperiorum, altera querela inoffic. donationis, altera petitio quaſi legitimæ, vt ſuperioribus in titulis eſt declaratum. Dos propria etiam vera eſt quæ traditur. *lege prima. vbi Dd. infr. de dote caut.* ſicut & definitio ſupra oſtendit, promiſsio enim dotem non conſtituit *lege prima. §.* 2. *de fundo dotali*: ſed tantum traditio. *l. Titio* 71. *§.* 3. *de condict. & demonſtr. leg.* 46. *de iur. doti.* vt aliud ius reale, *lege* 3. *de vſufruct.* Sunt tamen qui nolunt etiam promiſſam tantummodo dotem propriè hoc nomine & iure cenſeri, *per tit. infr. de dote caut. non nu.* idque probant alijs multis argumentis. Iaſ. *num.* 2; Ripa, *num.* 58. Socin. Iun. *parte* 1. *num.* 48. 51. 53. *cum ſeq. in rubr. ſolut. matrimo.* late Tiraq. *de retra. conuent. §. vlt. num.* 32. Viuius *lib. communium opinio.* 2. *op.* 96. vt iam diuidere licet in dotem promiſſam & cautam, ſeu confeſſatam de qua Dd. *lege prima. & tot. tit. infr. de dot. caut. non num. & gloſſ. in leg. aſsiduis verbis. datæ infr. qui potior. in pign. Iaſon poſt Angl. numer* 74. *in §. fuerat Inſtitut. de actio & inter.* dotem datam ſeu numeratam atque traditam, quæ propria eſt huius loci. Nam quod datum non eſt, repeti nequit, multò minus portio eius peti poteſt. Hæc rurſus diuiditur in veram quæ eſt iuſti matrimonij. de qua toto titulo de iure dotium: & putatiuam ſeu quaſi dotem, *l. ſi ſerua.* 39. *de iure dotium*, quæ licet propriè dos nō ſit, tamen eius nomine ac iure venit & habetur. *Iaſ. in rubr. ſolut. matrimo. numero* 28. & 29. & ibidem Socinus latè *parte.* 1. *num.* 83. *vſque ad numerum* 89. *pro quo text in cap.* 2. *& capit. penult. qui ſi ij ſunt legiti.* quod multis confirmat. Tiraq. *in ll. connub. gloſſ. in princ.* perhibetur & alia dos profectitia, *leg. profectitia.* 5. *in princip. de iur. doti.* alia aduentitia, *dict. l.* 5. *§. ſi quis* 4. & paſsim de iure dotium latè Neguz *in tract. de pigno.* 2 *parte membro.* 9. & 25 Item alia certa cuius de quantitate conſtat, *leg. tali* 48 *de iure dot.* alia incerta, *leg. cum poſt.* 69. *§ gener. §.* 4. *de iure dotium.* Item alia exigua, quæ pro dote non habetur, *gloſſ. c. quicunque,* 16. *quæſt.* 7. *Iaſon in rubri. ſolut. matrimon. numer.* 25. *cum ſeq.* congrua, quæ propriè

 ſicap-

Digitized by Google

ſic appellatur, pro dignitate & facultate mulieris, *lege quaro 60. de iure dotium*, & patris eius, *dicta lege cum poſt. §. gener. & mariti. dicta lege cum poſt. Baldus lege vltima numero octauo. infr. de ſent. quæ ſine rect. Iaſon. numero 21. ſolut. matrimon.* quam putant non debere minorem eſſe, quàm ſit illius mulieris legitima. *Iaſon. ibidem, per Nouell. 18. de trient. & ſemiſſ. in princip. & authentica res quæ vbi Dd. infr. communia de legat. & in leg. vltim. infr. de dot. promiſſ. Franciſ Coaru. & alij in cap. 2. de pactis in 6.* quod veriſsimum eſt in ijs terminis de quibus iura à Dd. allegata loquuntur, ſcilicet cum vice legitimæ vt filiæ renuncianti dos præſtatur, *dict. cap. 2. vbi Franc. Coaru. & Dd. Iaſon præallegat. loco, & alij in dicta lege Titio. §. 3. Socin. Iun. in rubr. de legat. 1. numero 114.* vt ſit aliqua inter ſurrogantem & illud ius ſurrogatum analogia. Euerhardus *in loco à vi ſurrogati* : & ita accipio communem opinionem, de qua Grammatic. *deciſ. 101. numero 20. Vigul. libro primo. opin. 313. Soaretz. recept. ſentent. numer. 328.* alias non tam exiliter libertatem dotandi puta ad calculos reuocandam, præſertim licet ſupple. legitimæ ſemper petere, poſtquam debetur mortuo ſcilicet patre, *leg. 20. ſupr. de inofficioſo teſtamento.* In vita porro eius non rectè petitur ad legitimæ quantitatem, cum nulla adhuc debeatur. *leg. 6. vbi Dd. ſupr. de inoffic. teſtamento.* Hoc igitur caſu tantum conſtituenda eſt, & conſtituitur congrua ex dignitate & facultate perſonarum, vt dixi, Arbitrio, vt inquit Socinus, boni viri. *lege prima. numero 176. ſolut. matrimo.* hoc eſt, iudicis *leg. continuus, 137. §. 1. verbo. iudicem. 1. virum bonum de verborum, obligat. lege vir bonus 18. iudicia ſolen. cum alijs quæ allegat Bart. ad hoc leg. Societatem 76. verſicul. arbitrorum, numero quarto.* pro ſocio. qui in feudis ac quæſtionibus feudalibus eſt dominus feudi. *cap. quarto de iudicijs. cap. ex tranſmiſſo. 6. de ſuo compet.* Neque ego tamen aliàs quoque actiones concurrere poſſe vt remedium, *lege ſecundæ. infr. de reſc. vendit. ſecundum Ant. Pinel. lege prima. parte 4. numero decimotertio infr. de bon mater. Soaretz. libro primo, verbo. dos numero. 357.* ſed hæc perſequi fuerit infinitum, & ab inſtituto alienum.

Eſt igitur, vt huc reuertamur, alia dos immenſa, ſeu immodica, quæ non tantum excedit legitimam mulieris, ſed & imminuit illorum portionem hanc, quibus ea de bonis mulieris dotatæ debetur. Hanc autem non diuidam, vt noſtri in fraudulentam conſilio & re, & inofficioſam ſeu fraudulentam re tantum, *Bald. lege prima §. 1. ſupr. tit. primo:* nam ibi dixi, conſilium fraudis hic non attendi, fraudem rei ſeu læſionem legitimæ ſufficere, etiamſi conſilium fraudandi deſit. *lege 5. ſupr. tit. 1.* Sed nec plures porrò huius actionis ſpecies, poſtquam ibi demonſtratum eſt, actiones legitimæ huc non pertinere, nec ad alienata inter viuos extendi poſſe. Cauſa dotis prima & remota eſt ius gentium, ad quod

potius

Digitized by Google

potius refertur, quam ad ius ciuile ſecundum, *Bartol. numer. 24. in rubr. ſolut. matrimon. perlege eas. 8. de cap. dimi.* quod ſcilicet impugnet. Socin. Iun. *parte 3. ſolut. matrimon. numer.* 87. tamen fatetur hanc communem & ſequendam eſſe. Ad remotam etiam cauſam promiſsio referri poteſt, nec enim dotem conſtituit, ſed ſola traditio. *dict. lege Titio.* 78. *§. 3. dict. lege dotale. §. 2. de fendo dotali, lege quemadmodum 46. de iure dotium.* Vera nec ficta. *Socin. Iun. parte 3. numero decimotertio & decimonono.* Ad cauſas etiam referri poteſt (nec enim dotem conſtituit, ſed ſola) traditio. *dicta lege Titio. 78. §. 3. dicta lege, dotale. §. ſecundo de fundo dotali, l. quemadmodum 46. de iure dotium.* Vera nec ficta. Socin. Iun. *parte tertia numero decimotertio & decimonono.* Ad cauſas etiam referri poteſt matrimonium, *lege tertia de iure dot. lege vltim. infr. de donat. ante nupt.* nam etſi res hoc nomine tradatur: tamne dos non ſit ante conſummatum coniugium. *dict. lege tertia*; vt quæ habeat tacitam in ſe nuptiarum conditionem. *leg. ſtipulationem 21. lege promittendo 41. de iure dotium.* Itaque recte Socinus inquit: dotem non dari antequam matrimonium ſequatur. *in rubr. ſolut. matrimon. parte. 1. numer.* 28. itaque ſemper & ante & poſt coniugium data ſemper reducitur ad diem vel tempus nuptiarum. *Negutz. de pignor. parte 2. verſic. 4. num.* 79. ſic interpretans legem primam. qui ſtat. in pig. de qua Cuiac. *libro vndecimo obſ. cap.* 32. idque confirmatur *Conſt. 24. parte 2.*

Quamobrem etiam lucra dotalia, quæ ex ſtatutis & pactis alterutro moriente coniugum conſequuntur, ex illo demum tempore locum habent, vt eſt communis Correi, ac aliorum in *lege quinta. infr. de bon. quæ liber. & conſil. 84. libro tertio, Bald. dict. Nouell. de dote parte 6. priuileg. 38. Roland. à Valla. tract. de lucr. dota. quæſt. 16. numer. decimonono. Viu. lege prima. opin. 319. Soaretz verbo dos numero* 300. Quamuis contrariam ſententiam velit eſſe receptiorem, nempe à die traditionis hæc æſtimanda eſſe ſecundum Ripam. *numero* 48. *ſolut. matrimon.* & quæ ad illa allegata. *Villalobus verbo dos. num.* 160. tamen ſuperior illa verior ac receptior eſt, & approbata vſu. vt *Villa in fin.* teſtatur etiam nupera *conſtitu. 19. parte 3.* quæ tamen ex iure Saxon. lecti coniugalis aſſenſionem requirit. *articu. 31. vbi gloſſ. 6. & art. 45. & 77 libro tertio.* Aliter quam in dict. *verſicul. 24. parte ſecunda.* vbi deductio ad ædem ſacram ſufficit, quo ad priuilegia dotis, vt vel hoc argumento eſſe debeat, quod ſupra dixi, non admodum firmum dari argumentum in lucris dotalibus, quæ ſunt odioſa ad priuilegia dotis, cuius plurimus eſt fauor atque è diuerſo.

Cauſam huius querelæ ponamus & hic legem ſeu conſtitutionem principis, *lege vnic hoc tit. l. penult. verſicul. lex. quæ ſupr.* 1. Impulſiuam & proximam legitimæ defraudationem ſeu læſionem. *dicta lege vnic.* quæ quidem nulla ſub eſſe videtur cum poſt mortem mulieris dotatæ nedum

legi-

Digitized by Google

legitima portio ſeu tota dos ab hæredibus eius reuocari poſſit. *leg. vnic. §. illo, verſi. dos non in lucro mariti cedat*, ſed ad mulieris hæredes tranſmittatur, *infr. de rei vxori actio.* Hæc ratio mouit Bart. *n.1 Bald. n.2. & S. hic ad l. vnic.* vt poſt gl. dicerent, non eſſe hic permanſum in terminis dotis, ſed acceſſiſſe pactũ ſupr. cauſa lucranda, ſic vt non ratione dotis, ſed illius pacti emergat inofficioſitas, vnde Bald. *n. S.* inquit hac querela non infringi titulum, ſed lucrum dotis, quæ interpretatio non ſatis congruit huic titulo, quæ de inoff. ſic. dote, non pactione dotis agit. Sed facilior eſt explicatio ijs qui ſciunt tempore huius conſtitutionis nullam fuiſſe liberis reuocãdæ dotis mortua matre actionem, cùm ea non daretur, niſi huic & eius patri in cuius poteſtate eſſet, *l. 2 ſolut. matrim. l. 4. inf. eod. tit.* & dixi pluribus ad *§. fuerat. Inſt. de actio* Cæterum remedium dictum *l. vnic inf. de rei vxor. act.* primùm à Iuſti. inductum eſt, quo certè nec opus fuiſſet, niſi iure veteri aliter ſe ea res habuiſſet. Non igitur præſto illis aliud tum, quàm hoc remedium hodiè eſt, *d. l. vnic. inf. de rei vxor. act.* ſed tamen hæc ſubſidiaria actio nihilominus in ſimilibus etiamnum caſibus obtinere intelligatur, quoties videlicet læſio legitimæ ſubeſt, nec aliter dos reuocari, lege poteſt vt cùm pactum de lucrãda dote adiectum eſt, *l. vnic. §. illo, verſic. nihil ex pactionibus, inf. de rei vxor. acti.* vel cùm pater aut extraneus mulieri immenſam dotẽ dedit. *Caſtr. hoc n.2.* Nã hæc poſt dãtis mortem ad ipſius hęredes, liberos, vel alios nõ reuertitur. *l. filiæ 2. inf. ſolut. matrim.* vt cùm proprium dotatæ mulieris factum ſit matrimonium, *l. 3. § 4. de minor.* Item quoties ex ſtatuto maritus dotem lucratur. *Bart. hic. num. 1.* vt iure Saxon. immobilibus conſiſtentem *lib. 1. art. 21.* cuius generalitate legitima minui debet, vt ſupra *ad auth. nouiſſ.* probauimus, licet Dec. *conſil. 19.* & alij quos ſupra allegaui contra ſtatuant: ſecundùm quorũ opinionẽ Magdeburg/ pronũciaſſe dicũtur, ſed illa ſuperior opinio confirmatur *conſ. lit. 12. parte 3.* Cauſa igitur per ſe non eſt immenſitas dotis, *l. 4. inf. de iur. dot. l. mulier 73. ff. eod.* ſed inde ſecuta læſio legitimæ; quæ poſt mortem eius, qui dotabat exhauſtis à dote bonis apparet, *Bald. hoc n. 2. Caſtr. nu. 2.* vt enim dos in fraudem creditorum conſtituenda non eſt, *l. ait 70. §. ſi cùm mulier 10, quæ in fraud. creditor.* ſic nec in necem eorum quibus legitima debetur cum bonorum reſpectu, vnde dos datur, pro creditoribus habeantur, vt ſupra *auth. nouiſſ.* declaratum eſt, vt hæc quidem cauſa à parte agentis onèroſa ſit, à parte rei titulus ſeu cauſa lucratiua ex dote proueniens. *Bald. hic, n. 3. & 4. Molyn. de donat. fact. n. 51. & de inoffic. n. 72.* Datur liberis *l. vnic. h. t.* primi matrimonij, *vt Caſtr. hic n. 3.* ex verbis huius text. tranſeunte ad ſecundas nuptias. Cui non obſtat quod in l. hac edictali 6. §. ſi verò plus, infr. de ſecund. nupt. prohibetur, plus dari in dotem marito ſecundo, quàm liberis prioris matrimonij relinquatur, ad quos etiã ipſo iure reuertitur, ſi quid amplius datum ſit. *Herenn. & in ho. noſtri, vt Bald. n. 10. & Dd.* ſed ſciendum eſt tempore huius leg. nondum fuiſſe beneficium illud inductum. An ergo hodie hanc actionem excludet, tanquam ſubſidiariam? negant id quidem

Dd. qui

Digitized by Google

Dd. qui putant illud lucrum diuerſum eſſe, in legitima, nec in eam imputari Bart. *h. num. 2. Caſtrenſ. numero quarto.* Quod ſcilicet Saly. nec iniuria impugnat, tamen ipſe fatetur hoc receptum eſſe. An etiam poſt natis (ex ſecundo matrimonio) detur, maioris quæſtionis eſt, vt hic vult Bartol. *nu. 4.* quem omnes Dd. fere ſequuntur. Quoniam ait: magis ſibi mulier tenetur prouidere, hoc eſt dote virum quærere, quam alijs, *leg. Iulia 51. ſi quis omiſſ. cauſa teſtamenti,* & fortaſſe maritus eam abſque tali dote non accepiſſet, neque valere debet. *leg. ſi quis 5. §. vlt. de lib. agnoſcend.* & ſi non nupſiſſet mater, liberi nunquam nati eſſent, ideo contra hanc cauſam, vnde exiſtunt, venire non debent. *leg. cum quis 10. inf. de natur. liber.* & fauetur ſecundis nuptijs magis quam primis. *auth. cui relictum infr. de indict. viduitat. tollenda.* ita ſuo more ludit generalibus argumentis, licet idem ſequatur. *Cyn. & Caſtrenſ. num. 3.* Nos verò teneamus cum ſubſit hic eadem cauſa & ratio læſionis legitimæ ex lucro dotis, cui illa præferri debet, eundem etiam ſequi effectum, ac plærũque hic competere hanc regulam. Ex generalitate huius legis ſicut datur actio ſuperior. *lege. ſi dotas. 5. ſupra. titu. 1.* à qua hæc nihil quam materia differt. *leg. pen. ſupr. tit. 1. l. vnic. h. tit.* Sed nec illud Bart. argumentum in fine facit exiſtimantis, liberis eiuſdem matrimonij hanc actionem non dari, propterea quod lucrum hoc nuptiale ijs integrum ſeruetur, patre tamen vſumfructum retinente. *lege prima. authe. hæc res authen. vxor inf. de ſecundis nuptijs.* Nam illud non ſemper obtinet propter pactum, aut ſtatutum contrarium, & etiam tum obtinet, non tamen tollitur læſio legitimæ, quam ſtatim à morte matris liberi in eius bonis debent habere integram abſq; onere. *authen. nouiſſ. & leg. 29. ſupr. de inoffic. teſtamento.* Nam qui putant ex collatione proprietatis & vſusfructus ceſſare legitimæ læſionem, quantum arbitror non ſatisfaciunt dictis viribus, cum filius ante patrem mori, atque ita proprietas ad vſumfructum patris poſsit, quo caſu nihil redibit ex legitima materia ad filium contra ll. earum ſententiam & earum voluntatem, quamobrem nec placet Caſtrenſ. *h. n. 3.* exiſtimans ob adeptum vſumfructum querelam legitimæ ceſſare. Datur etiam liberis ſpurijs aduerſus dotem matris, cum in huius matris ſucceſsione nihil à legitimis differant. *leg. lex ma. 24 de ſtatu homin. §. nouiſſ. Inſtitut. de ſenatuſcorſul. Orfi.* Cæterum quæ de liberis dicta ſunt, eadem ad Parentes, & alios quibus legitima debetur ſunt porrigenda. An autem & hæredibus eorum detur, ſicut Pauliana? *lex ait. 10. §. hæc actio. 18. & vltim. quæ in fraud. credit.* Suis dari dubium non eſt, cum & inofficioſi detur, *leg. ſcimus. 36. & pen. in fin. ſupr. de inoffic.* Extraneis vero non dari placuit, niſi præparata. *Bald. in lege prima. numero. 15 ſupr. tit. 1.* excepto inofficioſi *d. l. ſcimus ff. eodem. de inoffic.* cui hæc comparantur, *leg. vnic. hoc tit.* Patrono cuius in fraudem libertus filiam dotauit non datur. *lege prima. §. etſi. §. verſicul. ſi libertus. ſi quid in fraud. patron. Bald. h. in fine.* quoniam huic nulla legitima debetur pro filio. *Inſtitut. de ſucceſſ. liberto.* ſecus videri poteſt, ſi ſine neceſsitate extraneum dotauit, cum hic ceſſet ratio legis, *verſ. ſed li*

Digitized by Google

bertas. verb. quod pietas patris non ſit reprehendenda. & l. mulier. 22. §. proponitur 4. ad Trebell. verb. quod & mulieris pudicitiæ & patris voto congruebat, vt hic obtinere debet regula *leg. adigere. 6. §. 1. de iure patro. leg. quod 32. de pactis.* quanquam ne tum quidem hanc actionem dari putauerim, ſed potius Fauianam, aut Caluiſianam, ſicut & creditoribus Paulianam, *lege ait. 10. §. ſicut mulier. 10. quæ in fraud. creditor.* Proponitur autem hæc querela contra virum Bald. *h. numero tertio, per leg. vltim. ff. quæ in fraud. credit.* & eius adeo hæredem ſicuti & aliæ actiones reuocatoriæ in illos porriguntur. *leg. ait. 10. §. vltim. quæ in fraud. credit.* licet huic contradicat. Molyn. *hic. numero ſecundo & nono.* atque hoc quidem in caſu huius legis verum eſt, cæterum quoties dos à patre profecta in filium, aut ab alio data eſt inofficiosè, tum etiam contra mulierem quæ dotata eſt, & eius hæredem rectè dabitur hęc actio, ſiue maritum habeat à quo defendatur. *§. patitur, verſicul. deferri. Inſtitut. de iniurijs*: ſiue vidua ſit, niſi fuerit aliud quid conuentum. *Bald. h. numero tertio & octauo*, ac fortaſſis etiam aduerſus alios hæc actio porrigatur, quia ſemper verum eſt ex cauſa lucratiua, & ſine neceſsitate datam eſſe dotem, quo ad legitimæ imminutionem, niſi magis placet diſtinguere ſecundum ea quæ de poſſeſſore ex tit. oneroſo diximus tit. ſuperiore. vbi *Bartol. numero tertio. Bald. & Dd. lege prima eodem.* Materia huius actionis & ſubiectum propriè non eſt dos, ſed lucrum ex cauſa lucratiua dotis proueniens. *Bald. hoc numero 2. 3. & 8.* quod an extendendum ſit ad dotem dotalitio conſumptam, *conſtitut. 42 parte 2.* merito poteſt dubitari. Quidam negant, quod videtur contractus oneroſus, cum fœmina marito ſupereſſet, atque ita ex dotalitio plus lucrari poſsit, quam ſit in dote, quæ res ſpeciem habet συναλλάγματος & contractus oneroſi ac mutui, eoque quamuis aliter cadat, quæſtionem læſionis tamen excludit. *leg. de fideicommiſſ. 11. vbi Caſtrenſ. & Dd. de tranſact.* Contrarium puto verius & æquius. nam & alia quæuis dotata mulier ſupereſſe marito, & ſic repetere dotem poſsit, *lege dotis. 9. cum ſeq. & leg. vltim. infr. ſolut. matrimon.* nihilo tamen minus poſt eius mortem præſto, eſt hæredibus actio, quoniam dos eiuſue contractus non eſt huius actionis obiectum, ſed lucrum ex dote proueniens, Bald. *hoc num. 8.* & fraus quæ reuera ſubeſt in ipſo contractu, cum non potuerit dos dari in detrimentum legitimæ, tanquam æris alieni. *dict. lege ait. 10. §. 10. quæ in fraud. creditor.* Vt hæc res non pendeat ab incerto euentu, ſed potius in caſu, qui tempore contractus prouideri potuit; & certe debuit: quia lex in diminutionem æris alieni dotem dare prohibet. Et cum ne ſtatutis quidem generalibus legitimæ aliquid decerpi poſsit. *conſtitut. 12. parte 3.* multo minus illud in eiuſmodi pactis admittendum eſt. *leg. ſi quando. 35. §. 1. vbi Dd. ſupr. de inoffic. teſtamento*, per ea quæ tradit Euerhard. *in loco à ſtatuto ad pactum.* Reuocatur autem hac actione debitum in bonorum ſubſidium, vt ait hæc lex 1. legitima, non reliquum patrimonium. *Bald. hic num. 1.* etiamſi aliæ actiones hoc nomine dentur, *ex l. 1. cum ſeq. infr. de bonis quæ liber. l. hoc edi.*

Bald.

ctali infr. de ſecundis nuptijs leg. vnic. infr. de rei vxoriæ actio. cum ſimilibus. Formam huius actionis enthymemate conſtare diximus, cuius antecedens ſit querela inofficioſæ dotis. quæ legitima portio minuatur: Conſequens, petitio legitimæ, vel ſupplementi eius. Cauere tamen debet agens, ne conqueratur dotem immenſam eſſe datam; aut omnia bona huc profuſa. nam id fieri poteſt, *l. nulla. 4. infr. de iure dotium l. mulier. 73. ff. eodem.* Sed intendere debet, ea ratione illam dotis dictionem eſſe modo inofficioſam, quod per eius lucrum alij obueniens, agentis debitum ſubſidium auferatur aut imminuatur. *ita Bald. hic num. 2. & 3.* Ac vbi dabitur hæc actio? In ea prouincia vbi qui conueniuntur domicilium habent. *leg. ſi ſuſpecta. 29. §. vltim. de inoffic. teſtamento. leg. vnic. ſuprà, vbi de hæred. agat. iuxta regulam leg. ſecundæ ſupr. de iuriſdict. cap. 2. de foro compet.* maximè iſto caſu, vbi mulier totaque dotis cauſa mariti, & hæredum eius domicilium ſequitur, *l. pen. de iuriſd. Tiraq. de ll. connubialibus, in pri. n. 27. cum ſeq.* Etiam quoad dotis repetitionem, *leg. exigere. 65. de iudicijs.* At quando? Solutio per mortem mulieris coniugio: nec enim ante legitima eius ſucceſſoribus debetur, neque titulo lucratiuo, ſed oneroſo poſsidetur, vt ſupra vidimus: niſi cum filiæ vel extraneæ dos data eſt, tum enim arbitror, mortuo eo, qui dedit eius ſucceſſores, legitimam etiam viuente dotata, ac ſtante matrimonio peti poſſe: quoniam eatenus titulus dotis eſt iniuſtus, *Bald. h. n. 3.* & cauſa merè lucratiua. *Socin. Iuni. in rubr ſolut. matrimon. parte 3 n. 41. cum ſeq* & parens creditori reuocatoriam, *leg. ait. 10. §. ſi cum 10. quæ in fraud. credit.* At quàm diu? Videtur eſſe temporalis ad exemplũ querelæ inofficioſi, *leg. vnica hoc titul. iunct. leg. vltim. ſupra tit. 1. vbi glo. verbo & temporibus, & leg. ſi quis filium 34. §. vltim. ſup. de inoffic. teſta.* Si tamen vera eſt Doctorum ſententia, actionem legitimæ perpetuam eſſe. *vt ſupr. ad Auth. nouiſsima declarauimus:* certe de hac quoq; & ſuperiore ex bono ſaltem & ęquo idẽ dicendum videretur, pręſertim cum ſint actiones legitimę & rei perſecutorię, quod genus perpetuũ eſſe ſolet. *leg. in honorarijs. 34. de oblig. Inſt. de perpet. & tempor. in princ.* nec hac parte ſimilitudinem habent querelæ, vt quæ ad donata inter viuos non porrigatur. *leg. etiam 11. de inoffic. teſt.* vt actio legitimæ & hæ querelæ, quæ ei comparatur. *Authe. vnde ſi parens, ſupra de inoffic. & Nouell. 92. de immenſ. donat.* cuius actionem eſſe perpetuam innuit, *Caſtrenſ. dict. l. vlti. in fine ſupr. ti. pri.* atque hoc arbitror vſu obtineri poſſe. Nunquam enim memini has eſſe actiones legitimam vel quaſi proſequentes pro temporalibus eſſe habitas. &c. Dd. *in dict. leg. vltim.* aliter conſtituunt. Probationis ratio hic eſt eadem quæ in ſuperiore, nempe, vt læſio legitimæ contracta per effuſionem dotis probetur. Idem finis etiam & effectus, ſcilicet vt legitima petitori ex dote velut æs alienum detur, aut ſi aliquid hoc nomine acceptum ſit ſaltem ſuppleatur. Bald. *hic numero tertiò*: ne liberi, alijque, quibus ea debita eſt per lucratiuam dotis cauſam, legitima fraudentur. Caſtrenſ. *hoc numero 2.* Reliqua ex ſuperiore titulo petuntur. Cæterũ de fine & effectibus dotis dicere hic intempeſtiuè eſſet. At qui volent

eiuſmodi petant à Doctoribus, *in rubr. & leg. prima ſolut. matrim. Campe. Bald. de Nouell. in tract. de dote.* Adiacent doti tacita hypotheca. *leg. vnic §.1. infr. de rei vxor. action. lege 23. infr. de priuileg. fiſci*, & ius prælationis *lege. dotis 9. infr. de iure dotium lege vltim. infr. qui potio. in pignor. ac ſimilia.* Affinia dotis diſcantur ex Dd. *ad rubr. & lege prima ſolut. matrimon.* vt ſunt legitima *l. quoniam 29. ſupr. de inoffic.* alimenta. Cyn. *numero ſecundo leg. Sancimus 24. infr. de nupt.* aliaque id genus. Huic porro actioni affinis eſt querela inofficioſi teſtamenti, & donationis de qua dictum eſt *l. vnic. hoc tit. vlt. Caſtrenſ. in princip.* Actio item ad integram dotem reuocandam. *lege prima inf. de bon. quæ liber. leg. vnic. infr. de rei vxor. act.* vel dimidiam (dotem) *ex leg. hac edictali. 8. infr. de ſecundis nuptijs:* quæ hanc non tollet, *Bart. h. in prin. & Bald. numero tertio:* cum ad diuerſa dentur. *Bald. h. numero decimo:* ſic vt altero remedio ſublato, alterum nihilominus duret, vt ibidem *Bald. per legem tertiam ſupr. ſi tutor vel curat. lege tertia de oper. nunciat:* maxime cum illud legis, hoc edictali lucrum, vt aliunde proueniens in legitimam non imputetur. *Bart. h numero 2.* cuius ſententiam communem facit *Caſtrenſ. num. 4.* licet Saly. hic impugnet. Poteſt tamen pacto dotali illud lucrum mutari ſaltem vſque ad legitimam, vt per multa probat hic. *Bald. num. 6. & 7 ſicut & ſtatuto. Bald. h. n* 8. vt Saxonico author. *different. 18. per notata, art. 76. lib. 3. H. God. conſ. 8. de ſucceſsio. ab inteſt. in fine:* Affine etiam eſt remedium *leg. ſi vnquam infr. de reuoc. donat.* quod miror, cur *Bald. h numero quarto,* deneget mulieri, quæ omnia bona in dotem dedit, contra expreſſum text. *l. ſi dot. 5 ſupr. titu. 1.* Affine eſt quod pater lucra quæſita titulo dotis liberis illius matrimonij integra ſeruare cogatur. *Bald. h. numero 4. ex auth. neque quod ex dote.* Quod iure Saxon. non oltinere *H. God. præall. conſ.* oſtendit: actio denique Pauliana & ſimiles reuocatoriç. *leg. art 10 §. ſi cum mulier. 10. quæ in fraud. credit.* Contrarium doti ſi matrimonium non ſequatur. *l. ſi donaturus 9. l. vlt. de condict.* cauſa data. Latè Socyn. Iun. *in rubr. ſolut. matrim. parte 1. num. 28.* aut ob eius adulterium & culpam diſſoluatur, quo caſu dos amittitur, *l. conſenſu. S. infr. de repub. l. Lucius. 38. l. etiam. 47 ſolut. matrimonio cap. 4. donat. inter vir & vxor.* ſi ea amiſsio creditoribus non noceat: fortaſſe nec lucri actioni debet impedimento eſſe, in in qua agens quaſi creditor eſt, & conſideratur magis tempus datæ dotis, quàm euentus, vt ſupra dixi. Contrarium etiam putatur huic actioni ſtatutum, quo vel legitima tollitur, vel lucrum dotis adijcitur marito, etiam ſi liberi ſuperſunt, cuiuſmodi Florentiana eſſe teſtantur hic. Bart. *nu. 1.* Caſtrenſ. *nu. 4.* quæ non conueniunt ijs, quæ ſupr. dicta ſunt, de ſtatutis legitimam tollentibus, nec certe hic obtinere poſſunt, cùm neque generatim & tacitè, nec etiam expreſsè ſine iuſtiſsima cauſa legitima tolli poſsit. *Conſtitutione duodecima, parte tertia.*

DE PETITIONE HAEREDIT.

TIT. XXXI.

Hæredi-

Digitized by Google

HAEREDITAS eſt ſucceſſio in vniuerſum ius quod defunctus habuit tempore mortis ſuæ *l. nihil 24 ff. de verb. ſig.* neque ſanè hæreditas propriè appellatur, cùm teſtator adhuc viuit, nec poſtquam hæres adiuit hæreditatem, tunc enim viuentis patrimonium appellatur, *l. 1. inf. de hæred. vel act. vend.* ſed hæreditas appellatur à tempore mortis teſtatoris, vſque ad tempus quo ab hærede fuerit adita. Eſt autem petitio hæreditatis actio realis bonæ fidei, qua quis à iudice petit ſe declarari hæredem hominis defuncti, *l. 3. l. 10. ff. eod. vbi latius diximus.*

DE REI VENDICAT.

TIT. XXXII.

PEr hæreditatis petitionem controuerſia mouetur de rerum vniuerſitate. In rei vindicatione de re aliqua certa, aut de rebus quibusdam certis agitur, atque ideo rei vindicatione aſſerimus rem aliquam eſſe noſtram, ac petimus à iudice nos Dominos rei controuerſæ pronunciari, ſiue quis alius eam poſſideat ſiue detineat. vide quæ diximus in ff. eod.

Porrò dominium non acquiritur ex ſolo contractu; ſed ex traditione legitimum contractum ſubſequente, *l pen. h. t.* quapropter in *l. quoties 1. hoc t.* aperte docetur, ſi duobus temporibus diuerſis à domino res tradita fuerit, præferri eũ cui prius res tradita fuerit ſiue is ſit primus emptor, ſiue ſecundus. Ratio eſt, quia venditor ante traditionem rei manet dominus, atque ideo ſi rurſus vendat, tradatque ſecundo emptori, ſecundus emptor fiet dominus excluſo primo. Non obſtat *l. qui duobus, ff. de falſ.* nam non negamus quod puniendus ſit qui eandem rem duobus vendit, &c. huius l. quoties ampliationes & limitationes vide apud Gail *lib. 2. obſer. 56.* Sichard. & Iaſ. *n. 20. in d. l. quoties.* Hic multæ quæſtiones de impenſis & fructibus tractari poſſent, quas in parat. contr. in hoc tit. tractabimus.

DE VSVFRVCTV ET HABITATIONE.

TIT. XXXIII.

VSVFRVCTVARIVS cauere debet ſe vſurum re boni viri arbitrio. Quid ſi adeo pauper ſit, vt cautionem præſtare nequeat, vel ſi de prodigalitate eſt ſuſpectus: hac de re in ff. eod. diximus. Moribus noſtris ſolent quidam deputari Commiſſarij ad adminiſtrationem earum rerum, quarum relictus eſt vſusfructus, qui ſingulis annis locabunt fructus prædictarum rerum, cuius locationis mercedem præſtabunt fructuario, quod non eſt alienum à iure ciuili Romano.

l. is cui, §. Imperator, ff. vt in poſſeſſ. legat.

DE SERVITVTIBVS ET AQVA.

TIT. XXXIV.

DE LEGE AQVILIA.

TIT. XXXV.

FAMILIAE ERCISCVND.

TIT. XXXVI.

COMMVNI DIVID.

TIT. XXXVII.

COMMVNIA VTRIVSQ. IVD.

TIT. XXXVIII.

FINIVM REGVNDOR.

TIT. XXXIX.

De his titulis in ff. eod. diximus.

DE CONSORTIBVS EIVSDEM LITIS.

TIT. XL.

QVI vnam eandemque rem de qua litigatur communem habent, litis conſortes dicuntur, poteſtque alter pro altero defendere, quod verum, ſi eandem litem circa rem indiuiduam habent. nam ſi circa rem diuiduam, tum lite non conteſtata conſors litis non niſi pro ſua parte agere poteſt. *l. commune, l. exploſis, h. t.*

De cęteris ſequentibus titulis in ff. abundè diximus.

CODICIS IVSTIN.

LIBER IV.

TIT. I.

1 *Continuatio, & ratio ordinis.*

SVPERIORE libro actum de actionibus realibus & mi-
1 xtis, quo fit † vt hoc libro de perſonalibus tractetur ex contractu vel quaſi natis, Quare primus titulus eſt de rebus creditis, quia res creditæ complectuntur omnes omninò contractus, quibus alienam fidem ſequimur, mox recepturi aliquid. *l. 1. in princ. ff. h. t.* At ſtatim de iureiurando

inſti-

inſtituitur ſermo, vel propter illius in contractibus maximum vſum, vel quia per iuſiurandum alienam fidem ſequimur. De iuramenti ſpeciebus & effectu in ff. eod. & in parat. contr. adhuc dicemus.

SI CERTVM PETATVR.
TIT. II.

1 *Quæſtio an ſit aliqua certi condictio ſpecialis, quæ pro mutuo dicitur.*

De hoc tit. diximus ff. eod.

Quæritur an ſit aliqua certi condictio † ſpecialis, quæ pro mutuo appellatur, & altera generalis: Quod exiſtimant Accurſ. & Bald. *in rubr. ff. eod.* Donel. verò *par. 2. n. 3.* & Zaſ. *in rubr. nu. 6.* hoc negant *per l. 9. ff. hoc tit.* vbi Iuriſconſultus docet, condictio non eſt nomen ſpeciei, ſed nomen generis. Neque enim, inquiunt, vlla ratio adferri poteſt, cur ex mutuo detur potius condictio quædam ſpecialis certi, quàm ex alijs contractibus. Sed communior ſententia eſt, quam quoque alter Papinianus, Cuiac. tuetur, quod ex mutuo ſpecialis competat condictio. 1

DE SVFFRAGIO.
TIT. III.

1 *Quid nomine ſuffragij intelligatur.*

Alciatus (contra Gloſſam *in Rubrica, C. hoc tit.* quæ putabat ſuffragium accipi pro eo, quod pro patrocinio, id eſt, pro ſalario datur) *lib. 2. Parad. c. 12.* & eum ſecuti moderni, tradunt nomine ſuffragij † hoc loco ſignificari interceſſorem apud Principem, veluti quãdo aliquis ex proceribus ad alicuius inſtantiam ei impetret officium vel dignitatem, is obligatur ex 1 illa promiſſione. Quæ quidem obligatio inducta eſt per hanc legem vnicam. Communiter tamen Dd. ſumunt pro aduocatione, patrocinio ſeu adiumento. Vnde inquiunt, quia aliquando pro aduocatione ſiue propter ſuffragia aduocatorum, eis certum ſalarium promittitur, quod condictione certi petitur: Ideo hic titulus de ſuffragio ſuperiori tit. ſubiungitur, quo merentur aduocati ſalaria. *Sichard. in Rubr. h. t.*

DE PROHIBITA SEQVESTRATIONE. TIT. IV.

1 *Sequeſter quis.*
2 *Sequeſtratio regulariter prohibita.*

Seque-

1 Sequeſter is appellatur† apud quem plures eandem rem de qua contro-
uerſia eſt, deponunt, *l. ſequeſter. ff. de verb. ſign.* Sequeſtratio regulariter eſt
2 probata†, eò q nemini inuito poſſeſſio vel res eſt auferenda regulariter,
*l. vnic. hoc tit. in c. vlt. ext h. t. & Siebardus in dicta l. vnic. De hac materia latius ad tit. in ff.
de Depoſ. in fine diximus. vide quoque latius 4. Gail lib. 1. obſ. 147.*

DE CONDICTIONE INDEBITI.

TIT. V.

1 *Concluſio prima.*
2 *Concluſio ſecunda.*
3 *Concluſio tertia.*

Ex hoc titulo tres Dd. conſtituunt concluſiones, quæ potius in praxi
1 obtinent. Concluſio prima† quod indebitum ciuiliter & naturaliter
ſimul quocunque ſit errore ſolutum ſiue Iuris, ſiue facti, repeti poteſt.
Nec obſtat *l. in ſumma 65. §. id quoque, ff. h. t.* vbi falſa cauſa repetitionem impe-
dit, ſed Dd. in præſenti loquuntur de falſa cauſa præciſè obligatoria com-
pulſoria, v. g. ſi centum tibi ſoluo, quos filio meo te numeraſſe puto, ob
iuſſum meum; cauſa hæc præciſa eſt, quia talis eſt, quæ ſi vera foret, com-
pelleret me ſoluere. Vnde quia nullatenus apparet, me habere animum
donandi, ideo mihi datur repetitio: at in *d. §. id quoque* agitur de cauſa vo-
luntaria. Nam dedi centum Titio, quia putaui negotia mea ab eo eſſe ad-
iuta, cauſa dandi fuit voluntaria non obligatoria, nam licet negotia mea
verè à Titio fuiſſent adiuta, iure ciuili tamen non obligarer ei quicquam:
Deinde patet me habuiſſe animum donandi, atque ideo inhibetur repeti-
2 tio. Concluſio ſecunda eſt: †Quod indebitum naturaliter & debitum ci-
uiliter repeti quoque poteſt, quocunque errore ſit ſolutum. *l. eleganter 23. ff.
h. t.* Ratio eſt, quia condictio & repetitio naſcitur ex æquo & bono. *l. pen. ff.
eod.* Atqui æquum eſt me repetere, quod naturaliter non debui. Vnde fit,
quod qui exceptionem habet fauorabilem, repetat quocunque errore
ſoluerit, *l. 40. h. t.* Quia, vt exiſtimant, talis non debet naturaliter, ſed ciui-
liter, nam cum exceptio naſcatur ex æquitate, aut propter æquitatem à
legiſlatore ſit inducta *argum. l. 1. ff. de doli mali exceptione*: Conſequens eſt vt id
aduerſus quod fauorabile ciuiliter tantum non naturaliter debeatur, ne
ſcilicet æquitas æquitati repugnet. Dicunt (perpetuam) nam qui dilato-
riam temporalemque habet exceptionem, non repetit, quod ſoluit, *l. in
diem 10. ff. h. t.* Concluſio Tertia. †Indebitum ciuiliter & debitum naturali-
3 ter errore iuris ſolutum repeti non poteſt, ſecus eſt ſi ſit ſolutum facti er-
rore. *l. fideicommiſſum 7 hoc tit.* Quapropter ei qui non habebat exceptionem
perpetuam odioſam, non datur repetitio eius quod per errorem iuris ſo-
lutum eſt, *l. qui 40. ff. eod.* Ratio quia qui habet exceptionem odioſam per-

petuam

perpetuam debet naturaliter, quandoquidem non eſt introducta in fauorem eius cui datur huiuſmodi exceptio, quaſi æquitas ſuaderet eum liberandum, ſed nata eſt in ſolius creditoris odium, qualis eſt Macedoniana competens filiofam. aduerſus eum, à quo mutuum accepit.

DE CONDICT. OB CAVSAM DATORVM. TIT. VI.

1 *Condict. ob cauſ. dat. quid.*

Condictio ob cauſā datorū eſt: †vt cū tibi dederim decē vt àlite diſcedas, ſi illa cauſa non ſequatur, i. ſi tu pergas mihi negotiū faceſſere apud iudicem, tunc cōpetit mihi condictio ob cauſam datorum, quia cauſa non eſt ſecuta: dummodo dandum aut faciendum ſit honeſtum, poſſibile, & per accipientem ſtet quo minus impleatur. Dixi honeſtum ob titul. de cond. ob turpem cauſam. Dixi poſſibile. Nam ſi impoſſibilis cauſa adijciatur contractui ſcienter, tunc dans non condicit *arg. l. cuius per errorem. ff. de reg. iur. Cynus & Dd. in l ſi militem 5. h. t.* niſi ignorans cauſam impoſſibilem pacto vel contractui adiecerit: puta do tibi centum vt mare ebibat, ſi putarit mare ebibere poſſe, tunc locus eſt repetitioni. *d. l. 5. l. 2 ff. eod.* quod fallit, ſi conditio impoſſibilis per dictionem (ſi) adiecta fuerit. nam illo caſu indiſtinctè datum repeti poteſt, non quidem per condictionem (quia nec dum pendente conditione vtcunque impoſſibili dominium eſt tranſlatum) ſed rei vindicatio: In contractibus enim impoſſibilis conditio vitiat cōtractum, ita vt nulla obligatio inde oriri poſſit, *l. non ſolum, ff. de oblig. & act. vide pulchrè Sichard. in l. 8. h. t. n. 2. vſque ad fin.* 1

DE CONDICTIONE OB TVRPEM CAVSAM. TIT. VII.

1 *Quando datum ob turpem cauſam condici poſſit.*
2 *An publica meretrix petere poſſit id, quod ſibi ratione operæ in actu venereo conſiſtentis, promiſſum eſt.*

Hic titulus in ff. ſatis illuſtratus, ita vt nulla vlteriore egeat explanatione. Sed tantum vnum hic notandum monet Bart. *in l. ſi pelagij de V. O.* vt tum demum datum ob turpem cauſam præteritam condici poſſit, ſi cauſa fuerit expreſſa, puta do tibi decem quia ſtupraſti Bertam, &c. 1 *vide Sichard. in rubric. hoc titul. per tot.* An autem publica meretrix †in iudicio petere poſſit quod ſibi promiſſum eſt ratione operæ in actu venereo conſiſtentis: partem negatiuam tenet gloſſ. *in l. 4. ff. hoc tit.* Oldend. *claſſ. 6. act. 7.* 2 quibus non obſtantibus affirmatiuam tenet Couar *in releã. cap peccatum, §. 2.*

Digitized by Google

num.1.de reg.iur.in 6.arg.d.l.4.§.quod meretrici, & l.5.ff.de donat. Mulier quidem turpiter facit quod ſit meretrix, non verò quod accipit, peccat. Non obſtat quod ex obligatione turpi non detur actio, neque obligatio, quodque iudex in rebus turpibus partes ſuas non interponat. Nam promiſſio & petitio hæc non eſt turpis reſpectu meretricis, quamuis ſit turpis reſpectu dantis & promiſſoris. Neque iudex ſe interponit in rebus inhoneſtis, quantum attinet ad mulierem: nam mulier non petit ſibi dari rem promiſſam, quatenus promiſſio conſideratur procedere ex voluntate venerea, ſed quatenus promiſſio facta.

DE CONDICTIONE FVRTIVA.

TIT. VIII.

1 *An re perempta furtiua dominus ipſam rem condicere poßit, vel eius æſtimat.*

1 De hac condictione dictum eſt in ff. †An re furtiua penes furem perempta, dominus ipſam rem condicere poſſit, an verò rei æſtimationem: Quod ipſa res condici debeat, probari videtur ex *l.3. in VV. nam ſi mortuũ hominem condicat conſecuturum ait pretiũ hæreditatis, ff.h.t. l.ſi ſeruus 11.§.bona, ff.eod.* Contra verò quod corporis æſtimatio condici debeat, non ipſum corpus, probari videtur *l.iure 8.ff.h.t.in VV.condictio exiſtimationis.* Accurſ.*in d.l.8.* putat præcisè petendum eſſe corpus peremptum, ſed eius æſtimationem præſtari oportere, ſed Accurſ.repugnat *d.l.8.* quæ manifeſtè probat quoque ipſam æſtimationem, quanquam rei æſtimatio ſit ſemper ſoluenda. quid igitur dicemus in hac diuerſitate? puto in arbitrio actoris eſſe petere vel rem vel æſtimationem. *vide Bartol.in leg.ſtipulationes non diuiduntur, §.celſus, ff.de verb.oblig.* Nec obſtat *l.ſi ſeruum 91.§.vlt ff.d.t.* vbi dicitur æſtimationem perempti corporis non deberi, atq; ideo peti eã non poſſe. nam eo loco agitur de re danda, at cùm de re danda agitur, poſt moram rei æſtimatio non eſt in obligatione, ſed tantum in ſolutione hoc autem loco agitur de re reſtituenda, atque quando agitur de re reſtituenda in obligatione eſt rei æſtimatio poſt moram.

DE CONDICTIONE EX LEGE.

TIT. IX.

De hac materia diximus in ff. de condict. ex leg. & de condict. ſine cauſa.

DE ACTIONIBVS ET OBLIGAT.

TIT. X.

1 *Actiones perſonales inhærent oſsibus cõtrahentium.*
2 *Ceſsio quid.*
3 *Effectus ceſsionis.*
4 *Intellectus l.pen. & vlt.h.t.*
5 *Cumulatio quando locum.*

DE actionibus, de quibus hic *in l.1. & 2.* agitur, nihil dicemus, ſed tantum materiam ceſſionis & cumulationis actionum complectemur. Quod ad ceſſionem attinet, ſciendum eſt, cùm actiones perſonales ſic in-
hæreant oſſibus † contrahentium, vt inde euelli nequeant *l.46.17.ff.de pe-* 1
cul. vtilitate exigente inductum eſſe, vt actiones iſtæ cædi poſſint alijs. *l.2. hoc tit.* ſicuti enim traditio propriè pertinet ad res corporales. *Sichard.in d.l. n.4.hoc tit.*

Ceſſio propriè & iuris † & actionis tranſlatio eſt: nam per ceſſionem 2
iura & actiones in eum cui ceſſit, transferuntur, quia ſicut in venditione, vel quolibet titulo alienationis rei corporalis neceſſaria eſt traditio, quantum ad dominij tranſlationem: ita ad tranſlationem rei incorporalis ſcilicet iuris & actionis, vtimur ceſſione, quæ reputatur pro traditione.
Ceſſionis effectus † eſt, vt ceſſionarius aduerſus cedentis debitorem, vel 3
directa actione vti poſſit nomine mandantis ſiue cedentis, vel vtili ſuo, *l.2.l 1. & ibi gloſſ.hoc tit.* neceſſe autem eſt, vt directam cedentis nomine intentet, non ſuo, quia actio directa penes cedentem remanet non obſtante ceſſione, quare ſi cedens reo aliquid reo debet, id reus conuentus à ceſſionario compenſare poteſt, *Guid.pap.deciſ.567.* quia compenſatio loco ſolutionis eſt. *l.vlt.inf.de compenſ.Fach.lib.1.cont.5.*

Notandum tamen pro maiore intellectu † huius materiæ, ex *l.pen. & vlt.* 4
Cod.mand. ceſſionem non aliter abſolutè valere, quàm ſi debitor creditori pro debito ceſſerit, vel donarit. Cæterùm non valere niſi pro ea parte qua datum eſt. Vnde Bartolus ait *in d.l.penult.* in dubio ſemper lege præſumi ceſſionem ſimulatam, maximè ſi paruitas pretij interceſſerit.

Quod materiam cumul.ac act. attinet, communis Dd. † ſentẽtia eſt, plu- 5
res actiones in vno eodemque libello, ſi ex diuerſis cauſis, ad diuerſa agatur, coniungi atque cumulari poſſe: *Bart.in l.edita, C.edendo. Gail lib.1.obſ.63.* niſi quando actiones ſunt contrariæ. *l.1.infr.de furt.* vel prima actio ſe ita habet ad ſecundã, quod abſolutoriã latã in prima, poſſibile eſt parere exceptionẽ rei iud. in ſecunda. *l.ſi mater, §.eandẽ, l.cũ quæritur, ff.de except.rer.iud. Dynus in c.nemo pluribus, de reg.iur.in 6.* Imò ſi actor probabiliter dubitat de genere actionis, etiãſi adinuicẽ ſe nõ compatiantur, actiones diuerſæ cumulari poſſunt *in cap.conſtitutus, nu.9. de reſt.in integr. vide latius Bart.in d. l.edita*

VT ACTIONES AB HAEREDIBVS, ET CONTRA HAEREDES.

TIT. XI.

HAC vnica imperiali conſtitut. ius vetus abrogatur, quo obligatio quæ non cœpit à defuncto, vel contra non poterat ab hærede, vel contra hæredem incipere, *§ poſt.mort.inſt.de mut.ſtip.* Sed ex hac conſtit. permiſſum eſt, vt ab hæredibus, & contra hæredes actiones & obligationes incipiant.

NE VXOR PRO MARITO, VEL MARITVS PRO VXORE, VEL MATER PRO FILIO CONVENIANTVR.

TIT. XII.

1 *Regula quod vxor pro marito, vel è contra non teneatur.*
2 *Licet vxor ſæpius pro marito interceſſerit, tamen non obligatur cautela.*
3 *Exceptiones ſiue fallentiæ.*

1 REgulariter vxor pro contractu & delicto mariti non poteſt conueniri, †*tot.h.tit.* licet pro marito fideiuſſerit. habet enim exceptionem Senatuſconſultus Velleiani.*tot.tit ff.& C.ad SC.Velleia.* Imò ipſo iure eſt tuta mulier, etiamſi ſæpe pro marito interceſſerit. *auth.vt nulli iudicum, §.illud verò.*vbi dicitur, licet vxor ſæpe pro marito interceſſerit, †perinde tamen erit ac ſi nihil fuiſſet factum. Ex quo ſequitur, quod licet vxor pro marito 2 intercedat, & renunciet beneficio Senatuſconſultus Velleian. cum iuramento tamen iſtam regulam non porrigi ad nouam illam authenticam, quia adhuc non obligatur vxor, Vnde, inquit Sichard. *ad l.1.num.6.h.t.* cauti Notarij quando faciunt tales renunciationes mulierum, debent ſcribere mulierem renunciaſſe SC.Vell. & nouo iuri authen. nam eo caſu obligatur efficaciter mulier: aliàs ſanè renunciatio tantum facta in Vell. non poſſet porrigi ad iura nouiſſima: quia renunciationes ſunt ſtricti iuris, nec egrediuntur perſonas reſque ſuper quibus ſunt interpoſitæ, *l.ita ſtipulatus, §.Chryſogonus, de vo.*

3 Itaque vxor cum pro marito non teneatur, fit vt bona vxoris confiſcari nequeant, propter flagitium mariti, ſicut nec dos, *leg.3.hoc titulo,* Omnia autem quæ diximus de vxore vt pro marito non teneatur: è contra quoque de marito dicuntur *argum.rubric. hoc titul.* Fallit ſi conſuetudine vel ſtatuto aliter receptum & conſtitutum ſit, nam huiuſmodi conſuetudo, vel ſtatutum valet, vt tenet Rota *deciſ. 1. de conſuetud.*

in nouiſ.

in nonis. Alex. in l. ſæpè n.13. ff. de iud. ſecundò fallit in marito & vxore mercatoribus, putà communem negotiationem exercentibus: quia tali caſu vxor quaſi iure ſocietatis, & tanquam correa debendi pro marito tenetur, ne bona fide contrahentes iniquè decipiantur, *l. 1. 5 pen. ff. de exercit. act.* Tertiò fallit hæc regula, quandò mulier adhuc tutrix filiorum primi matrimonij, nondum diſtractis rationibus ſuæ adminiſtrationis ad ſecunda vota conuolat, quo caſu ſecundus maritus pro vxore tenetur, & eius bona liberis primi matrimonij tacitè obligantur. *l. pen. C. in quibus cauſ. pig. tac. contr.* Multi profectò in magnas difficultates & lites incidunt, qui viduas tutrices, nondũ redditis rationibus, & inuentario confecto, in vxores ducunt, proindè caueant ſibi, rebus qui ſuis ante matrimonium prouide conſulant, *admonente Baldo in d. l. penult. in fin.* vbi dicit: caue tibi cùm contrahis matrimonium cùm vidua, vt facias primò, quod reddat rationem, & fiat ei refutatio, aliàs bona ſecundi mariti erunt effecta liberis primi matrimonij. *vide Gail. lib. 2. obſ. 88. & 90.*

NE FILIVS PRO PATRE, VEL PATER PRO FIFIO EMANCIPATO, &c.

TIT. XIII.

REctè ſubſequitur hic titulus. Poterat enim eſſe dubium quid iuris eſſet ſtatuendum in filijs & patribus: an pater poſſet conueniri ex obligatione vel ex delicto filij, & è conuersò: item an patronus pro liberto, dominus pro ſeruo, & quod ad patrem attinet dubitatio ex eo oriebatur, nam ſcimus patris & filij perſonam pro vna haberi *§. ei verò inſt. de inutil. ſtipulat.* Dubitatio autem circa patronum & libertum ex eo oriebatur, quia libertus hoc totum quod eſt, à patrono habet. *arg. l. 2. inf. de libert. & eor. liber.* Tamen his non obſtantibus Imper. hic ſtatuit nec patrem pro filio, nec patronum pro liberto, nec dominum pro ſeruo, & è diuerſo poſſe conueniri. Pater itaque non tenetur ex contractu filij emancipati, nec etiam ſi ſit in poteſtate, niſi peculio tenus & ex iuſſu patris filius contraxerit, *l. neque h. t.* & alijs caſibus quos enumerat *Sichardus in d. l. neque nu. 1.*

AN SERVVS EX SVO FACTO POST MANVMISSIONEM TENEATVR.

TIT. XIV.

MAnumiſsione contingit, vt ſeruus renaſcatur & nouus homo fiat. *l. qui res §. areã, ff. ſol. matr.* vnde quæſitum an ſeruus ex ſuo facto poſt manumiſsionem teneatur? Et de eo quod quis contraxit vel geſsit in ſeruitute poſt libertatem nulla in eum actio eſt: *l. quamuis in tantum h. t.* niſi connexũ ſit cum eo quod poſt libertatem geſsit, *arg. l. tutorem ff. adm. tut. l. 17. ff. de neg. geſt.*

Digitized by Google

In delictis verò regulare eſt: quod liber factus teneatur, *l. licet hoc tit.* niſi in dominum deliquiſſet manumiſsione nondum facta, quia inter dominum & ſeruum iudicium conſtare non poteſt, *l. ſiue ſerui eod.*

QVANDO FISCVS, VEL PRIVATVS DEBITORIS SVI DEBITORES CONVENIRE POSSIT, VEL DEBEAT. TIT. XV.

LIcet prohibitum ſit, alium ex contractu alterius conueniri: tamen ſi fiſci, vel alicuius priuati creditoris debitor condemnatus æri alieno diſtrahendo idoneus non ſit, debitores eius interpellari & ad ſolutionē compelli poſſunt, *l. ſi debitum l. non prius hoc tit.*

DE ACTIONIBVS HAEREDITARIIS. TIT. XVI.

LIcet quoque ſupra demonſtratum ſit, alium pro alio non teneri, ſanè in hærede locum non habet. nam is cum ſit ſucceſſor iuris vniuerſi, pro defuncto tenetur actionibus hæreditarijs, & ea ſuſtinet onera quæ defunctus ſuſtinuiſſet, & commodis quoque ijſdem fruitur, vti ſupra ad tit. vt act. ab hæred. &c. diximus. Sunt autem hæreditariæ actiones quæ tranſeunt ex perſona defuncti ad hæredes vel contra hæredes. *vide Brant. & Cuiac. in ſum. hoc tit.*

EX DELICTIS DEFVNCTORVM IN QVANTVM HAEREDES CONVENIANTVR. TIT. XVII.

1. *Actio ex delicto in hæredem non tranſmittitur niſi lite conteſtata.*

IN quantum ſcilicet ratione delicti ad hæredes peruenit tenentur, ne ex defuncti delicto lucrum capiant, *l. 2. in fin. ff. de vi bon. rapt.* vltrà verò non obligantur, quia non debet quis alterius odio prægrauari. Sed hoc
1 intelligendum † ſi delinquens mortuus fuerit ante litem conteſtatam. Nam ſi lite conteſtata mortuus ſit, actio tranſibit ad eius hæredes, quia actiones ex quaſi contractu venientes tranſeunt ad hæredes, at quaſi contrahitur per litis conteſtationem, *l. 3. idem ſcribit ff. de pecul.* Actiones verò ex delicto prouenientes ad hæredes paſsi excepta iniuriarum actione, *§. cum autem inſt. de perp. & tempor. act.* tranſeunt, quia dantur propter patrimonij deminutionem. *vide latius Cuiac. h.*

DE CONST. PECVNIA. TIT. XVIII.

De hoc tit. diximus ff. eod.

DE

DE PROBATIONIBVS.
TIT. XIX.
DE TESTIBVS TIT. XX.

1. *An iudex iuxta allegata & probata, vel iuxta conſcientiam iudicare debeat.*

HAnc materiam in ff. pro inſtituto noſtro ſatis tractauimus.
An Iudex ſecundum allegata † & probata, vel iuxta conſcientiam iudicare debet, grauiter controuertitur? *communiter Dd. Bart. Accurſ. in l. illicitas §. veritas ff. de offic. præſid. Couar. lib. 1. var. reſol. c. 1.* communi voto & aſſenſu hiſce Vlpiani verbis in *l. illicitas §. veritas ff. de offic. præſid.* nihil aliud continere contendunt, quàm iudicem in iudicando acta & probata, non verò ſcientiam animi ſui, ſiue vt illi loquuntur, conſcientiam ſuam ſequi debere. quod probare conantur, *l. 1. & tot. tit.* plus valer. quod ag. *l. 2. C. de err. aduoc. l. rem non nouam c. de iudic. & maximè ex c. 2. de offic. ordin & c. paſtoralis §. quia verò de offic. deleg.* Etenim hanc Dd. ſententiam ab Vlp. mente planè alienam nonnulli neoterici Dd. putant, inter quos ſunt *Baldus, Barto. & Cuiac. lib. 12. obſ. 19. Coraſ. miſcell. lib. 4. ca. 20.* Quorum fundamentum nititur authoritate Agellij *lib. 19. c. 2. noct. attic.* & maximè *Cic. in oratione pro Fonteio*, vbi dicit iudicandi æquitatem in conſilio iudicis, non autem in teſtimonijs, vel actis conſtitutam eſſe. In eandem ſententiam apprimè D. Hadrianus Imper. ſcribit in *l. 3. ff. de teſtibus.* Ex ſententia animi tui te exiſtimare oportet, quid aut credas, aut parum probatum tibi opineris. Si veriſsimum eſt inquiunt, ex *l. 15. abſentem ff. de pœnis*, vt eſt veriſsimum: ſatis eſſe relinquere impunitum facinus nocentis, quàm innocentem; quis negare poterit illum qui falsò accuſatus eſt & conuictus, potius abſoluendum, quàm ſupplicio tradendum, qui enim contra conſcientiam facit, ædificat ad gehennam, *c. literas de reſt. ſpoliat. D. Paulus ad Rom. c. 14. Deuter. c 7.* Hæc illi. Ego aliquando latius volente Deo de hac quæſtione tractabo. Quod ad materiam de teſtibus attinet, fusè in ff. eod. de ea diximus, & alibi dicemus.

DE FIDE INSTRVMENTORVM, ET AMISSIONE EORVM, ET DE APOCHIS, ET ANTAPOCHIS FACIENDIS, ET DE HIS QVAE SINE SCRIPTVRA FIERI POSSVNT. TIT. XXI.

1. *Inſtrumentorum ſpecies.*	3. *Regula de amiſſ. inſtr.*
2. *Firma.*	4. *De Antapochis & Apochis.*

IN exercendis litibus eandem vim obtinent, tam fides inſtrumentorum, quam depoſitiones teſtium. Eſt autem inſtrumentum † vel publicũ, vel priuatum, *l. contracto l. in exercendis h. t.* Formam † inſtrumentorum vide in *No. 47.* vt inſtrumentis proponatur nomen Imperatoris, & in *Nou. 73. de inſtrumentis.* Formam impugnandi inſtrumentum ob falſitatem vide in *l. cum quidam eod.* Formã comparationis faciendæ vide *l. in comparationis eod.*

De

3 De amiſsione autem inſtrumentorum,† talis traditur regula: Quicunque contractus etiam ſine ſcriptis fieri poteſt, in eodem caſu ſi ſcriptura interueniat,& poſtea amiſſa ſit,nihilominus ſuam obtinet firmitatem,*l.1. l.ſicut eod.*

4 Eſt quoque in hoc titulo † conſtitutio de antapochis faciendis,quo nomine ſignificatur profeſsio debitoris facta creditori vel domino, qua ſingulis fatetur de vſuris quas ſoluit creditori, vel de penſionibus & reditibus quos domino ſoluit. Et apocha verò & antapochæ ſunt quidem profeſsiones ſolutæ pecuniæ,ſed apocha datur debitori à creditore: antapocha creditori à debitore, vt ſcilicet quandoque ea fretus creditor cùm erit commodum, oſtendere poſsit, ſolutione vſurarum vel redituũ interruptam fuiſſe præſcriptionem 30. annorum,ſi fortè eam debitor opponat creditori eludendæ actionis cauſa. Nam ſolutio vſurarum vel penſionum quam vtique creditor probaturus eſt per antapocham,interrumpit præſcript.30.an.*l.pen.§.vlt.inf.de præſc.30.annor.Cuiac.in par.h.t.*

PLVS VALERE QVOD AGITVR
QVAM QVOD SIMVLATE CONCIPITVR.
TIT. XXII.

1. *Veritas rei geſtæ plus valet,quam ſimulatio.*

CVm res non ſint inſtitutæ ob ſcripturas,ſed ſcriptura propter res potius, rectè igitur hic docetur in negotijs quibuſlibet magis ſpectandum eſſe id quod reuera agitur, quàm ſcripturarum aut verborum conceptionem,quare ſi maritus aliquid donet extraneæ perſonæ, vt is vxori ſuæ reddat, hoc nihil valet, etiamſi ſecundum ſcripturãm non videatur donaſſe vxori ſuæ ſed extraneæ perſonæ,tamen in veritate vxori donauit paſsim & alia exempla inueniuntur *in l.2.3.h.t.* Eſt enim regula†in contra-
1 ctibus potius veritatem quàm ſcripturam eſſe inſpiciendam, quod verum ſi conſtet de veritate,alias ſi adhuc expreſsè non conſtet de ea,& ſcriptura appareat tunc ei inhæretur per vulgatam,*l.non aliter de V. O. vide Sichard & Azon in l.1.h.t.vbi aliquot fallentias tradunt.*

DE COMMODATO.
TIT. XXIII.

1. *Commodatum quid*
2. *Quæſtiones duæ.*

COmmodatum eſt † alicuius rei non fungibilis ad certum vſum vel
1 tempus gratuita conceſsio.Dixi rei non fungibilis,quia rerum fungibilium non poteſt eſſe commodatum,niſi forte ad pompam vel oſten
2 tationem accipientis,*l.3.§.fin ff.h.t.*Quæritur vtrum moniali†quæ ſponſus

ſponſæ

ſponſæ tradit vt ſolenni nuptiarum die incedat ornatior, cenſeatur donare, an tantum commodare? putat *Boërius ad conſuet. Bit. tit. de conſ. matr. §. 8.* tui cenſeri commodare, ſed ſuper hac quæſtione mirificè diſtinguitur, vt latius videre eſt apud *Gail. lib. 1. obſ. 91. & Afflict. deciſ. 30.* Quæritur præterea ſi quis commodauit rem vitioſam, an teneatur præſtare damnum quod commodatarius inde percepit? Et ſiquidem nouerit vitium rei ſuæ conſtat eum teneri ad integri damni ſui præſtationem, ne eius dolus alteri noceat, *l. in rebus 18. §. item qui ſciens ff. hoc tit.* At de eo dubitatur ſi commodator ignorabat vitium rei ſuæ ignorantia ſupina, quæ lata culpa dicitur? *Conanus lib. 7. com. iur. ciu. c. 3.* arbitratur eum non teneri. primò, cùm *in d. §. vera ſi quis ſciens* docetur eum teneri quod ſciuit rem ſuam eſſe vitioſam, ergo à contrario ſenſu ſi ignoret, non tenebitur, ſecundò quia commodatarius ſibi debet imputare, quod rem commodatam ad amuſsim non explorauerit. Sed his non obſtantibus probabilius eſt eum teneri de damno præſenti, quia culpa lata dolo comparatur, & doli nomine continetur, atque ideo cenſetur facere malitioſè, quod culpam latam committat. Denique commodator cùm ſit rei dominus, potius ſcire debet rei vitium, quàm commodatarius.

DE PIGNORATITIA ACTIONE.

TIT. XXIIII.

1. *Quæſtio an directa pign. act. 30. præſcribi poßit annis.*

DE pignoratitia actione ſuprà in ff. diximus. Quæritur vtrum † directæ actioni pignoratitiæ præſcribi poſsit 30. annis, id eſt, ſi intra annos tibi non obtulerim ſummam debitam, perdam fundum, quem tibi pro tali ſumma obligaui. Affirmatiuam tenet gloſſ. in *l. cum notißimi inf. de præſcrip. 30. annor. Couar. var. reſol. lib. 1. c. 9.* quorum opinio probari videtur ex l ſicut *l. omnes d. tit.* vbi docetur, omni iuri tam publico quàm priuato præſcribi 30. annis. Sed his non obſtantibus Cuiac. *in l. pignori ff. de vſucap. Zaſ. in §. actionum inſtit. de act.* contrariam ſententiam tuentur. Quinimò hanc opinionem in camera approbatam eſſe refert *Mynſ. cent. 4. obſ. 4. per arg. l. 9. & l. vlt. hoc tit.* vbi docetur præſcribi huic actioni poſt ſolutum pretium, ergò ante ſolutum pretium præſcriptio non currit. Item per *l. viam ff. de via publ.* ratio principalis hæc eſt, quia præſcribuntur tantum iura formata, non formanda, cùm nondum exiſtant, & non entis nullæ ſunt proprietates. Actio autem pignoratitia non eſt nata prius, quam oblatum ſit pretium, *l. 9. 10. & vlt. hoc tit.* Non obſtant Iura in contrarium allegata, quæ loquuntur de actionibus iam natis & formatis. At dices ſaltem, ius offerendi debitum eſt natum à principio, ergo ei præſcribitur 30. annis, & per conſequens quoque præſcribitur huic actioni eodem tempore. Sed reſpondendum eſt præſcribi quidem iuri formato & nato, modò hoc intelligatur de iure agendi, non offerendi debiti, vel luendi pignoris. Quare duos iuri

Digitized by Google

DE ACTIONIBVS ET OBLIGAT.

TIT. X.

1 *Actiones perſonales inhærent oſſibus cõtrahentium.*
2 *Ceſsio quid.*
3 *Effectus ceſsionis.*
4 *Intellectus l.pen.& vlt.h.t.*
5 *Cumulatio quando locum.*

DE actionibus, de quibus hic *in l.1.& 2.* agitur, nihil dicemus, ſed tantum materiam ceſſionis & cumulationis actionum complectemur. Quod ad ceſſionem attinet, ſciendum eſt, cùm actiones perſonales ſic inhæreant oſſibus†contrahentium, vt inde euelli nequeant *l.46.17.ff.de pecul.* vtilitate exigente inductum eſſe, vt actiones iſtæ cædi poſſint alijs. *l.2. hoc tit.* ſicuti enim traditio propriè pertinet ad res corporales. *Sichard.in d.l. n.4.hoc tit.* 1

Ceſſio propriè & iuris † & actionis tranſlatio eſt: nam per ceſſionem iura & actiones in eum cui ceſſit, transferuntur, quia ſicut in venditione, vel quolibet titulo alienationis rei corporalis neceſſaria eſt traditio, quantum ad dominij tranſlationem: ita ad tranſlationem rei incorporalis ſcilicet iuris & actionis, vtimur ceſſione, quæ reputatur pro traditione. Ceſſionis effectus†eſt, vt ceſſionarius aduerſus cedentis debitorem, vel directa actione vti poſſit nomine mandantis ſiue cedentis, vel vtili ſuo, *l.2.l.1.& ibi gloſſ.hoc tit.* neceſſe autem eſt, vt directam cedentis nomine intentet, non ſuo, quia actio directa penes cedentem remanet non obſtante ceſſione, quare ſi cedens reo aliquid reo debet, id reus conuentus à ceſſionario compenſare poteſt, *Guid.pap.deciſ.567.* quia compenſatio loco ſolutionis eſt. *l.vlt.inf.de compenſ.Fach.lib.1.cont.5.* 2 3

Notandum tamen pro maiore intellectu†huius materiæ, ex *l.pen.& vlt. Cod.mand.* ceſſionem non aliter abſolutè valere, quàm ſi debitor creditori pro debito ceſſerit, vel donarit. Cæterùm non valere niſi pro ea parte qua datum eſt. Vnde Bartolus ait *in d.l.penult.* in dubio ſemper lege præſumi ceſſionem ſimulatam, maximè ſi paruitas pretij interceſſerit. 4

Quod materiam cumul.& act. attinet, communis Dd.†ſententia eſt, plures actiones in vno eodemque libello, ſi ex diuerſis cauſis, ad diuerſa agatur, coniungi atque cumulari poſſe: *Bart.in l.edita, C.edendo. Gail lib.1.obſ.63.* niſi quando actiones ſunt contrariæ. *l.1.infr.de furt.* vel prima actio ſe ita habet ad ſecundã, quod abſolutoriã latã in prima, poſſibile eſt parere exceptionẽ rei iud. in ſecunda. *l.ſi mater, §.eandẽ, l.cũ quæritur, ff.de except.rer.iud.Dynus in c.nemo pluribus, de reg.iur.in 6.* Imò ſi actor probabiliter dubitat de genere actionis, etiãſi adinuicẽ ſe nõ compatiantur, actiones diuerſæ cumulari poſſunt *in cap.conſtitutus, nu.9. de reſt.in integr. vide latius Bart.in d. l.edita* 5

VT ACTIONES AB HAEREDIBVS, ET CONTRA HAEREDES.

TIT. XI.

HAC vnica imperiali conſtitut. ius vetus abrogatur, quo obligatio quæ non cœpit à defuncto, vel contra non poterat ab hærede, vel contra hæredem incipere, *§ poſt.mort.inſt.de mut.ſtip.* Sed ex hac conſtit. permiſſum eſt, vt ab hæredibus, & contra hæredes actiones & obligationes incipiant.

NE VXOR PRO MARITO, VEL MARITVS PRO VXORE, VEL MATER PRO FILIO CONVENIANTVR.

TIT. XII.

1 *Regula quod vxor pro marito, vel è contra non teneatur.*
2 *Licet vxor ſæpius pro marito interceſſerit, tamen non obligatur cautela.*
3 *Exceptiones ſiue fallentiæ.*

1 REgulariter vxor pro contractu & delicto mariti non poteſt conueniri, †*tot.h.tit.* licet pro marito fideiuſſerit. habet enim exceptionem Senatuſconſultus Velleiani. *tot.tit.ff.& C.ad SC.Velleia.* Imò ipſo iure eſt tuta mulier, etiamſi ſæpe pro marito interceſſerit. *auth.vt nulli iudicum, §.illud verò.* vbi dicitur, licet vxor ſæpe pro marito interceſſerit, †perinde tamen e-
2 rit ac ſi nihil fuiſſet factum. Ex quo ſequitur, quod licet vxor pro marito intercedat, & renunciet beneficio Senatuſconſultus Velleian. cum iuramento tamen iſtam regulam non porrigi ad nouam illam authenticam, quia adhuc non obligatur vxor, Vnde, inquit Sichard. *ad l.1.num.6.h.t.* cauti Notarij quando faciunt tales renunciationes mulierum, debent ſcribere mulierem renunciaſſe SC.Vell. & nouo iuri authen. nam eo caſu obligatur efficaciter mulier: aliàs ſanè renunciatio tantum facta in Vell. non poſſet porrigi ad iura nouiſſima: quia renunciationes ſunt ſtricti iuris, nec egrediuntur perſonas reſque ſuper quibus ſunt interpoſitæ, *l.ita ſtipulatus, §.Chryſogonus, de vo.*

3 Itaque vxor cum pro marito non teneatur, fit vt bona vxoris confiſcari nequeant, propter flagitium mariti, ſicut nec dos, *leg.3.hoc titulo,* Omnia autem quæ diximus de vxore vt pro marito non teneatur: è contra quoque de marito dicuntur *argum. rubric. hoc titul.* Fallit ſi conſuetudine vel ſtatuto aliter receptum & conſtitutum ſit, nam huiuſmodi conſuetudo, vel ſtatutum valet, vt tenet Rota *deciſ. 1. de conſuetud.*

in nonis. Alex. in l. ſæpè n. 13. ff. de iud. ſecundò fallit in marito & vxore mercatoribus, putà communem negotiationem exercentibus: quia tali caſu vxor quaſi iure ſocietatis, & tanquam correa debendi pro marito tenetur, ne bona fide contrahentes iniquè decipiantur, *l. 15 peu. ff. de exercit. act.* Tertiò fallit hæc regula, quandò mulier adhuc tutrix filiorum primi matrimonij, nondum diſtractis rationibus ſuæ adminiſtrationis ad ſecunda vota conuolat, quo caſu ſecundus maritus pro vxore tenetur, & eius bona liberis primi matrimonij tacitè obligantur. *l. pen. C. in quibus cauſ. pig. tac. contr.* Multi profectò in magnas difficultates & lites incidunt, qui viduas tutrices, nondũ redditis rationibus, & inuentario confecto, in vxores ducunt, proindè caueant ſibi, rebus qui ſuis ante matrimonium prouide conſulant, *admonente Baldo in d. l. penult. in fin.* vbi dicit: caue tibi cùm contrahis matrimonium cùm vidua, vt facias primò, quod reddat rationem, & fiat ei refutatio, aliàs bona ſecundi mariti erunt effecta liberis primi matrimonij. *vide Gail. lib. 2. obſ. 88. & 90.*

NE FILIVS PRO PATRE, VEL PATER PRO FIFIO EMANCIPATO, &c.

TIT. XIII.

REctè ſubſequitur hic titulus. Poterat enim eſſe dubium quid iuris eſſet ſtatuendum in filijs & patribus: an pater poſſet conueniri ex obligatione vel ex delicto filij, & è conuersò: item an patronus pro liberto, dominus pro ſeruo, & quod ad patrem attinet dubitatio ex eo oriebatur, nam ſcimus patris & filij perſonam pro vna haberi *§. ei verò inſt. de inutil. ſtipulat.* Dubitatio autem circa patronum & libertum ex eo oriebatur, quia libertus hoc totum quod eſt, à patrono habet. *arg. l. 2. inf. de libert. & eor. liber.* Tamen his non obſtantibus Imper. hic ſtatuit nec patrem pro filio, nec patronum pro liberto, nec dominum pro ſeruo, & è diuerſo poſſe conueniri. Pater itaque non tenetur ex contractu filij emancipati, nec etiam ſi ſit in poteſtate, niſi peculio tenùs & ex iuſſu patris filius contraxerit, *l. neque h. t.* & alijs caſibus quos enumerat *Sichardus in d. l. neque nu. 1.*

AN SERVVS EX SVO FACTO POST MANVMISSIONEM TENEATVR.

TIT. XIV.

MAnumiſsione contingit, vt ſeruus renaſcatur & nouus homo fiat. *l. qui res §. areã, ff. ſol. matr.* vnde quæſitum an ſeruus ex ſuo facto poſt manumiſsionem teneatur? Et de eo quod quis contraxit vel geſsit in ſeruitute poſt libertatem nulla in eum actio eſt: *l. quamuis in tantum h. t.* niſi connexũ ſit cum eo quod poſt libertatem geſsit, *arg. l. tutorem ff. adm. tut. l. 17. ff. de neg. geſt.*

Digitized by Google

DE PROBATIONIBVS.

TIT. XIX.

DE TESTIBVS TIT. XX.

1. *An iudex iuxta allegata & probata, vel iuxta conſcientiam iudicare debeat.*

HAnc materiam in ff. pro inſtituto noſtro ſatis tractauimus.
An Iudex ſecundum allegata † & probata, vel iuxta conſcientiam iudicare debet, grauiter controuertitur? *communiter Dd. Bart. Accurſ. in l. illicitas §. veritas ff. de offic. præſid. Couar. lib. 1. var. reſol. c. 1.* communi voto & aſſenſu hiſce Vlpiani verbis in *l. illicitas §. veritas ff. de offic. præſid.* nihil aliud continere contendunt, quàm iudicem in iudicando acta & probata, non verò ſcientiam animi ſui, ſiue vt illi loquuntur, conſcientiam ſuam ſequi debere. quod probare conantur, *l. 1. & tot. tit.* plus valer. quod ag. *l. 2. C. de err. aduoc. l. rem non nouam c. de iudic. & maximè ex c. 2. de offic. ordin & c. paſtoralis §. quia verò de offic. deleg.* Etenim hanc Dd. ſententiam ab Vlp. mente planè alienam nonnulli neoterici Dd. putant, inter quos ſunt *Baldus, Barto. & Cuiac. lib. 12. obſ. 19. Coraſ. miſcell. lib. 4. ca. 20.* Quorum fundamentum nititur authoritate Agellij *lib. 19. c. 2. noct. attic.* & maximè *Cic. in oratione pro Fonteio*, vbi dicit iudicandi æquitatem in conſilio iudicis, non autem in teſtimonijs, vel actis conſtitutam eſſe. In eandem ſententiam apprimè D. Hadrianus Imper. ſcribit in *l. 3. ff. de teſtibus.* Ex ſententia animi tui te exiſtimare oportet, quid aut credas, aut parum probatum tibi opineris. Si veriſsimum eſt inquiunt, ex *l. 15. abſentem ff. de pœnis*, vt eſt veriſsimum: ſatis eſſe relinquere impunitum facinus nocentis, quàm innocentem; quis negare poterit illum qui falsò accuſatus eſt & conuictus, potius abſoluendum, quàm ſupplicio tradendum, qui enim contra conſcientiam facit, ædificat ad gehennam, *c. literas de reſt. ſpoliat. D. Paulus ad Rom. c. 14. Deuter. c 7.* Hæc illi. Ego aliquando latius volente Deo de hac quæſtione tractabo. Quod ad materiam de teſtibus attinet, fusè in ff. eod. de ea diximus, & alibi dicemus.

DE FIDE INSTRVMENTORVM, ET AMISSIONE EORVM, ET DE APOCHIS, ET ANTAPOCHIS FACIENDIS, ET DE HIS QVAE SINE SCRIPTVRA FIERI POSSVNT. TIT. XXI.

1. *Inſtrumentorum ſpecies.*
2. *Firma.*
3. *Regula de amiſſ. inſtr.*
4. *De Antapochis & Apochis.*

IN exercendis litibus eandem vim obtinent, tam fides inſtrumentorum, quam depoſitiones teſtium. Eſt autem inſtrumentum † vel publicũ, vel 1
priuatum, *l. contracto l. in exercendis h. t.* Formam † inſtrumentorum vide in *No.* 2
47. vt inſtrumentis proponatur nomen Imperatoris, & in *Nou. 73. de inſtrumentis.* Formam impugnandi inſtrumentum ob falſitatem vide in *l. cum quidam eod.* Formã comparationis faciendæ vide *l. in comparationis eod.*

Digitized by Google

3 De amiſsione autem inſtrumentorum,† talis traditur regula: Quicunque contractus etiam ſine ſcriptis fieri poteſt, in eodem caſu ſi ſcriptura interueniat,& poſtea amiſſa ſit,nihilominus ſuam obtinet firmitatem,*l.1. l.ſicut eod.*

4 Eſt quoque in hoc titulo † conſtitutio de antapochis faciendis,quo nomine ſignificatur profeſsio debitoris facta creditori vel domino, qua ſingulis fatetur de vſuris quas ſoluit creditori, vel de penſionibus & reditibus quos domino ſoluit. Et apocha verò & antapochæ ſunt quidem profeſsiones ſolutæ pecuniæ,ſed apocha datur debitori à creditore: antapocha creditori à debitore, vt ſcilicet quandoque ea fretus creditor cùm erit commodum, oſtendere poſsit, ſolutione vſurarum vel redituũ interruptam fuiſſe præſcriptionem 30. annorum,ſi fortè eam debitor opponat creditori eludendæ actionis cauſa. Nam ſolutio vſurarum vel penſionum quam vtique creditor probaturus eſt per antapocham,interrumpit præſcript.30.an.*l.pen.§.vlt.inf.de præſc.30.annor.Cuiac.in par.h.t.*

PLVS VALERE QVOD AGITVR QVAM QVOD SIMVLATE CONCIPITVR.

TIT. XXII.

1. *Veritas rei geſtæ plus valet,quam ſimulatio.*

CVm res non ſint inſtitutæ ob ſcripturas,ſed ſcriptura propter res potius, rectè igitur hic docetur in negotijs quibuſlibet magis ſpectandum eſſe id quod reuera agitur, quàm ſcripturarum aut verborum conceptionem,quare ſi maritus aliquid donet extraneæ perſonæ, vt is vxori ſuæ reddat, hoc nihil valet, etiamſi ſecundum ſcripturam non videatur donaſſe vxori ſuæ ſed extraneæ perſonæ,tamen in veritate vxori donauit paſsim & alia exempla inueniuntur *in l.2.3.h.t.* Eſt enim regula† in contra-
1 ctibus potius veritatem quàm ſcripturam eſſe inſpiciendam, quod verum ſi conſtet de veritate,alias ſi adhuc expreſsè non conſtet de ea,& ſcriptura appareat tunc ei inhæretur per vulgatam,*l.non aliter de V. O. vide Sichard & Azon in l.1.h.t.vbi aliquot fallentias tradunt.*

DE COMMODATO.

TIT. XXIII.

1. *Commodatum quid*
2. *Quæſtiones duæ.*

1 COmmodatum eſt † alicuius rei non fungibilis ad certum vſum vel tempus gratuita conceſsio.Dixi rei non fungibilis,quia rerum fungibilium non poteſt eſſe commodatum,niſi forte ad pompam vel oſtentationem accipientis,*l.3.§.fin ff.h.t.*

2 Quæritur vtrum monialia† quæ ſponſus

ſponſæ

ſponſæ tradit vt ſolenni nuptiarum die incedat ornatior, cenſeatur donare, an tantum commodare? putat *Boërius ad conſuet. Bit. tit. de conſ. matr. §. 8.* tui cenſeri commodare, ſed ſuper hac quæſtione mirificè diſtinguitur, vt latius videre eſt apud *Gail. lib. 1. obſ. 91. & Afflict. deciſ. 30.* Quæritur præterea ſi quis commodauit rem vitioſam, an teneatur præſtare damnum quod commodatarius inde percepit? Et ſiquidem nouerit vitium rei ſuæ conſtat eum teneri ad integri damni ſui præſtationem, ne eius dolus alteri noceat, *l. in rebus 18. §. item qui ſciens ff. hoc tit.* At de eo dubitatur ſi commodator ignorabat vitium rei ſuæ ignorantia ſupina, quæ lata culpa dicitur? *Conanus lib. 7. com. iur. ciu. c. 3.* arbitratur eum non teneri. primò, cùm *in d. §. vera ſi quis ſciens* docetur eum teneri quod ſciuit rem ſuam eſſe vitioſam, ergo à contrario ſenſu ſi ignoret, non tenebitur, ſecundò quia commodatarius ſibi debet imputare, quod rem commodatam ad amuſsim non explorauerit. Sed his non obſtantibus probabilius eſt eum teneri de damno præſenti, quia culpa lata dolo comparatur, & doli nomine continetur, atque ideo cenſetur facere malitioſè, quod culpam latam committat. Denique commodator cùm ſit rei dominus, potius ſcire debet rei vitium, quàm commodatarius.

DE PIGNORATITIA ACTIONE.

TIT. XXIIII.

1. *Quæſtio an directæ pign. act. 30. præſcribi poßit annis.*

DE pignoratitia actione ſuprà in ff. diximus. Quæritur vtrum † directæ actioni pignoratitiæ præſcribi poſsit 30. annis, id eſt, ſi intra annos tibi non obtulerim ſummam debitam, perdam fundum, quem tibi pro tali ſumma obligaui. Affirmatiuam tenet gloſſ. in *l. cum notiſsimi inf. de præſcrip. 30. annor. Couar. var. reſol. lib. 1. c. 9.* quorum opinio probari videtur ex l. ſicut *l. omnes d. tit.* vbi docetur, omni iuri tam publico quàm priuato præſcribi 30. annis. Sed his non obſtantibus Cuiac. *in l. pignori ff. de vſucap. Zaſ. in §. actionum inſtit. de act.* contrariam ſententiam tuentur. Quinimò hanc opinionem in camera approbatam eſſe refert *Mynſ. cent. 4. obſ. 4. per arg. l. 9. & l. vlt. hoc tit.* vbi docetur præſcribi huic actioni poſt ſolutum pretium, ergò ante ſolutum pretium præſcriptio non currit. Item per *l. viam ff. de via publ.* ratio principalis hæc eſt, quia præſcribuntur tantum iura formata, non formanda, cùm nondum exiſtant, & non entis nullæ ſunt proprietates. Actio autem pignoratitia non eſt nata prius, quam oblatum ſit pretium, *l. 9. 10. & vlt. hoc tit.* Non obſtant Iura in contrarium allegata, quæ loquuntur de actionibus iam natis & formatis. At dices ſaltem, ius offerendi debitum eſt natum à principio, ergo ei præſcribitur 30. annis, & per conſequens quoque præſcribitur huic actioni eodem tempore. Sed reſpondendum eſt præſcribi quidem iuri formato & nato, modò hoc intelligatur de iure agendi, non offerendi debiti, vel luendi pignoris. Quare duos iuri

agendi præſcribitur potius, quàm iuri offerendi? quia eſt facilior agendi facultas, quam ſoluendi, atque ideo non poteſt tanta negligentia imputari non ſoluenti, quàm non agenti.

DE INSTITORIA ET EXERCITORIA ACTIONE. TIT. XXV.

De hoc tit. diximus ff. eod.

QVOD CVM EO QVI IN ALIENA POTESTATE EST, NEGOTIVM ESSE DICITVR. TIT. XXVI.

De hoc tit. quoque in ff. eod. tractauimus.

PER QVAS PERSONAS NOBIS ACQVIRATVR. TIT. XXVII.

1. *Per quas perſonas nobis acquiratur.*
2. *Excepta poſſeſsionis cauſa per liberam perſonam nobis non acquiritur.*

1 ACquiritur nobis non ſolum per noſmetipſos, † ſed per eas quoq; perſonas, quę in poteſtate noſtra ſunt, veluti per ſeruos & filios noſtros: vt tamen quod per ſeruos nobis acquiritur, totum noſtrum fiat, *l.1.2. ff. de ſtipul.ſeru.* quod autem per liberos quos in poteſtate noſtra habemus, ex obligatione fuerit acquiſitum, hoc diuidatur ſecundùm imaginem rerũ, proprietatis & vſusfructus, vt ſcilicet quod ab actione commodum perueniat, huius vſumfructum quidem habeat pater, proprietas autem filio
2 ſeruetur, *l.cum oportet 6. inf.de bonis quæ lib.* † Per liberam verò perſonam, quæ alterius iuri ſubdita non eſt, veluti per procuratorem, tutorem, aut geſtorem, excepta poſſeſsionis cauſa, nulla nobis regulariter acquiritur actio. *l.except.eod.* quamuis à procuratore per actum naturalem nobis acquiratur dominium & poſſeſsio, imò etiam obligatio perſonalis & hypothecaria, *l.cum per liberam eod.hoc tit.*

AD SENATVSCONS. MACED. TIT. XXVIII.

1 *Quæſtio an huic except. ſit locus, ſi filiusf. partem debiti ſoluit.*

1 QVæritur an huic exceptioni † ſit locus ſi partem debiti filiusf. ſoluit eo tempore quo erat paterf.? exceptioni non eſſe locum, & filium cogi poſſe ad reliquam ſoluendum, communis eſt Dd. opinio, licet contradicat *Coua.lib.7.c.2.nu.8.* primo per *l.2.h.t.* in verbo, vel aliàs agnouit. ſecundo, quia ſi pater partem eius debiti ſolueret, exceptio in totum ceſſabit, vt venditor commune debitum petere poſsit cum effectu, *d.l.7.§.pen.ff eod.* tertio per *d.l.7.§.vlt.*

Digitized by Google

AD SENATVSCONS. VELLEIANVM.

TIT. XXIX.

1. *Quæſtio an exceptio Senatuſconſulti Vellei. poßit opponi poſt execut. rei iud.*

QVæritur an Exceptio Velleiani poſsit opponi poſt executionem rei iudicatæ? Reſp. non poſſe. *arg. l. ſi mulier hoc tit.* vbi ſecunda mulieris fideiuſsio poſt biennium facta, ceſſare facit hanc exceptionem, atque mulier dum ſuſtinet contra ſe fieri exceptionem rei iudicatæ, non minus approbat ſuam fideiuſsionem, quàm per ſecundam interceſsionem, quæ ſententia in praxi eſt recepta, vt tradit *Pap. arreſt. lib. 12. arr. pen.*

DE NON NVMERATA PECVNIA.

TIT. XXX.

1. *Duobus modis dicitur pecunia non numerata.*
2. *Vnde oriatur hæc exceptio.*
3. *Forma opponendi h. except.*
4. *Doctrina ſingularis Sichardi.*
5. *Eadem exceptio competit creditori intra 30. dies abſq; onere probandi, ſed non poſt etiam cùm onere probandi.*

DIcitur duobus † modis pecunia non numerata; vel reſpectu creditoris, qui propriè dicitur pecuniam numerare debitori, vt ſibi illa reddatur: vel reſpectu debitoris, qui propriè dicitur ſoluere creditori, & impropriè dicitur numerare, cum ſoluit quod debet. 1

Oritur autem exceptio † non numeratæ pecuniæ (verbum pecuniæ hic largiſsimè ſumitur pro omni re non numerata, vel non ſoluta *l. pecuniæ verbum ff. de verb. ſig.*) ex literarum obligatione, quæ obijcitur illi, qui ex cautione ſpe numerationis emiſſa agit. *l. ſi pecuniam hoc tit.* Forma opponendi hanc † exceptionem in *l. in contractibus eod.* traditur, vt ſcilicet intra biennium, vel excipiendo, contra agentem condictione chirographaria, vel agendo proponatur, ad quod tamen tria coniunctim requiruntur, ſi in modum actionis proponatur, primò vt ex ſcripto proponatur ſecundum formulam querelæ: ſecundò vt apud ordinarium creditoris iudicem tertio citato creditore præſente, vel eo abſente proteſtationibus legitimis factis, ſi intra biennium opponi non poſsit *d. l. in contractibus. Auth. hanc eod.* Sciat tamen, † qui intra biennium, exceptionem non numeratæ pecuniæ opponit, vt ſi creditor probauerit pecuniam iuxta tenorem chirographi numeratam, eum ad duplum condemnari. *Sichardus in rubrica, Codice, hoc titulo numero octauo per Authent. contra qui propriam hoc titulo gloſſ. in lege conductores infrà locati.* Hæc exceptio in mutuo tantum † & iuxta Cuiac. in rebus quæ pondere, numero, & menſura conſtant, locum habet, non verò in alijs contractibus. Ratio differentiæ eſt, quia qui 2 3 4 5

mutuum petunt, ſæpenumerò pecuniarum ſunt indigentiſsimi, qui ideo ſpe futuræ numerationis facile quo libet concedunt creditori futuro, eique tradunt chirographum, vbi ſe accepiſſe pecunias mutuò fatentur: proinde legum latores occurrere voluerunt malitiæ creditorum, qui chirographo debitoris manuſcripto muniti nihil numerant. Sicut autem
6 † debitor intra biennium habet exceptionem non num. pec. ſic quoque creditor contra quietantiam ſiue apocham datam debitori, regulariter poteſt intra 30 dies opponere exceptionem rei non ſolutæ, *l. in contractibus 14. §. ſed quoniam & ibi Sichardus nu. 1. 2. 3. hoc tit.* Sed vt debitor poſt biennium exceptionem non numer. pec. cum onere probandi opponere poteſt, an ita poſsit etiam creditor, exactis 30. diebus exceptionis rei non acceptæ ſiue ſolutæ opponere cum onere probandi? Et dicit textus *in fin. d. §. ſed quoniam* quod non, ratio diuerſitatis, poteſt eſſe fauor libertatis. arg. *l. Arrianus ff. de ob. & act. vide Sich. in d. § ſed quoniam nu. 5.*

DE COMPENSATIONIBVS.

TIT. XXXI.

1. *Compenſatio quid.*
2. *Quæſtio vtrum compenſatio locum habeat, vbi quantitas ex vna parte debetur, ex altera non.*
3. *Quæſtio alia.*

1 COmpenſatio eſt † debiti vel crediti inter ſe contributio, vti in ff. mo-
2 nuimus, vtrum compenſatio † locum habeat, vbi quantitas ex vna parte debetur, ex altera verò quantitas quæ ſe habet adinſtar ſpeciei, puta quando certum corpus nummorum deſignatur, vt centum quæ in arca habeo. *Bart. Iaſon. & quidam alij ad l. cum fundus §. ſeruum tuum ff. ſi cert. pet.* locum habere affirmant. Quorum illud eſt argumentum, quod compenſationi hoc in caſu obſtare non poſsit, quod ex vna parte quantitas debeatur, ex altera verò quodammodò ſpecies, ſicut alias regulariter obſtat, *l. ſi conuenerit ff. de pignor. act.* Nam ideo obſtat ſpeciei, quòd in eam cadit affectio, propter quam creditor ad compenſandum compelli non poteſt. Cæterum in nummis affectio conſiderari non poteſt, *l. nummis ff. de in litem iur. Accurſius verò in d. §. ſeruum tuum negat* compenſationem admitti. & illum ſequitur Fachan. *lib. 1 contr. c. 6. per l. ſed certos de lega.*

3 Quæritur quoque, vtrum debitor qui iurauit ſe ſeruiturum obijcere compenſationem poſsit. Et affirmant Bart. *in l. amplius ff. rem rat. hab. Panor. in c. ad noſtram de iureiur. Couar. in c. quamuis de pact. in 6. in 2 par. §. 4. nu. 9.* quorum fundamentum eſt in *l. 4. ff. de re iud.* vbi Iuriſconſultus dicit, quod nihil intereſt, vtrum quis ſoluat, an compenſet præterea, compenſatio fit ipſo iure, atq; ipſa lex potius compenſat quam homo, in periurium itaq; non poteſt dici incidere compenſans, quando compenſando vtitur beneficio legis, facit etiā *l. 4. §. ſoluto ff. de re iud.* vbi IC. Soluiſſe, inquit, accipere debemus non tantum eum qui ſoluat, verùm omnem omninò, qui ea obligatione liberatus eſt. non deſunt, tum qui negent, vt videre eſt apud *Fach. li. 1. contr. c. 7.*

Digitized by Google

DE VSVRIS. TIT. XXXI.

1 *Vſuræ diuiſio.*
2 *Quæſtio pulchra.*
3 *Quæſtio, an in contractu ſtricti iuris currant vſuræ à tempore lit. conteſt.*

VSVRA alia eſt † compenſatoria, alia punitoria, alia lucrato-
ria. Compenſatoria nihil aliud eſt, quàm id, quanti verè inter- 1
tereſt. Punitoria eſt, quæ non datur propter lucrum petentium, ſed pro-
pter moram non ſoluentium. *l.17 § ſi pupillo ff.h.t.* Lucratoria eſt quæ datur
propter lucrum petentium, quæ iure & maximè canonico improbatur,
veluti in ff. monuimus. de compenſatoria inf. ad titul. de eo quod intereſt
dicemus: hic tantum vnam aut alteram quæſtionem de punitoria, de qua
maximè in hoc tit. agitur, adferemus, & aliquando ſi Deus ſuppeditauе-
rit vitam & otium, plures in alio loco.

Quæritur imprimis † vtrum pœna conuentionalis ſubiecta obligatio-
ni ſpeciei dandi vel obligationi faciendi, niſi ad diem præſcriptum per- 2
ſoluatur principale, vel fiat quod promiſſum eſt, poſſit à creditore peti,
quando eius nihil intereſt ſuo die datum eſſe, aut factum. quod mihi di-
cendũ videtur *per c. dilecti & per tuas de arbitris.* Nec obſtat. *c. ſuã 9 ext. de pæn.* vbi
arbiter condẽnauerat litigatorem, vt recta die debitũ ſolueret hac pœna
adiecta, vt niſi totũ debitũ ſolueret, in 30. libris puniretur. quã pecuniam
Põtifex improbat, dicens non eſſe adhærendũ quæſtibus inhoneſtis, attа-
men illa pœna ſubiecta erat facto, quia debitor condemnatus erat pare-
re ſententiæ arbitri. Sed dicendum, hanc pœnam fuiſſe vſurariam, quia
non fuit oppoſita facto, ſed quantitati nimirum obligationi 30 librarum
ſoluendarum. quod ſi hæc pœna fuiſſet promiſſa ante ſententiam latam.
v. g. ſi illi qui arbitrum elegerunt conueniſſent de parendo ſententiæ ar-
bitri, propoſita certa pœna aduerſus contrauenientem, huiuſmodi pœna
non eſſet vſuraria ſed punitoria, quia fuiſſet adiecta facto, nempe paren-
do ſententiæ arbitri, *d. c. dilecti, d. c per tuas.*

Quæritur præterea † an in contractu ſtricti iuris currant vſuræ à tem-
pore litis conteſtatæ: Et certum eſt eas non deberi ante litem conteſta-
tam, quemadmodum nec fructus, *l. cùm fundus 31. in princ. ff. ſi cert. petatur.* certũ 3
autem eſt, in contractibus bonæ fidei vſuras deberi tempore moræ. *l. mora,*
ff. de vſur. Ad quæſtionem propoſitam reſpondendum eſt in contractibus
ſtricti iuris vſuras nunquam deberi, neque ante neq; poſt litem conteſta-
tam, niſi expreſſis verbis in conuentionem venerint, eò quod iſti contra-
ctus ſint ſtrictè accipiendi. non mouet *l. vſuræ 34. ff. eod.* vbi vſuræ vicẽ fru-
ctuum obtinere dicuntur, vnde videri poterat in contractibus ſtricti iu-
ris vſura deberi poſt litem conteſtatam, cùm ab eo tempore fructus de-
beantur. Nam quidem vſuræ vicem fructuum obtinent, duntaxat in con-
tractibus bonæ fidei, legatis & fideicommiſſis, de quibus loquitur *d. l. vſu-*

Digitized by Google

ra, ſed in contractibus ſtricti iuris vicem fructuum non obtinent. Neque mouet, quod lite conteſtata vſuræ currant. *l. litem 35. ff. eod.* Nam ille locus non docet, vſuras incipere currere à tempore litis cōteſtatæ, ſed docet, ſi ante currebant, non deſinere per litis conteſtationem currere, cùm litis conteſtatio ſit nouatio quædam, *l. 29. ff. de nouat.* Et nouatio neceſſaria non tollit curſum vſurarum *d. l. 35.* quamuis nouatio voluntaria extinguat.

DE NAVTICO FOENORE.

TIT. XXXIII.

1 *Vſura centeſima in pecunia traiectitia permiſſa.*

2 *Sed an iure canonico.*

PErſonis illuſtribus trientes permittuntur, plebeis ſemiſſes, & mercatoribus beſſes permittuntur, *l. eos, c. de vſur.* Vſuræ † verò cēteſimæ in pecunia traiectitia permittuntur, *l. 7. l. fin. h. tit.* quæ vſura vocatur fœnus nauticum: quia ratione nauigationis & periculorum maris permittitur. Vnde creditor non ſolum vſuras centeſimas, ſed & infinitas paciſci poteſt. *Paulus lib. 2. tit. 14. vide Cuiac lib. 3. obſ. c. 35.* Vnde quoque ex nudo pacto nauticum fœnus debetur, *l. periculi, ff. hoc tit. vide VVeſenb. ibidem.* vnde quoque putant aliqui Dd. quod huiuſmodi vſuræ maritimæ de iure pontificio ſint permiſſæ, quia non dantur propter temporis dilationem, ſed potius propter ſuſceptum periculum mutuò datarum, vel aliarum rerum *l. pen. ff. h. t.*
2 Nec obſtat, inquiunt, *c. vlt. de vſur.* Nam illud eſt intelligendum, ſi creditor noluerit dare mutuum niſi ea lege, vt ſuſcepto ſortis periculo debitorem ad vſurarium centeſimarum præſtatione obligaret, quod quidem vſurarium, quia vltra ſortem vult eum conſtringere ad talem conuentionem. ſed hoc adhuc valdè controuertitur, *vide Panorm. in d. c. nauiganti, & Bieſſel. ibid.*

DEPOSITI, VEL CONTRA.

TIT. XXXIV.

1 *Depoſitum quid.*

2 *Depoſitum eſt in triplici differentia.*

VSuræ etiam in depoſiti actione, ſicut in cæteris bonę fidei iudicijs ex mora venire ſolent, *l. vſuræ, h. t.* Depoſitum dicitur † quod cuſtodien-
1 dum alicui gratuitò datum eſt, & eſt in triplici genere, † quia quoddam
2 depoſitum eſt in loco publico ad impediendum vſuras, creditore recuſante accipere pecuniam ſibi à ſuo debitore oblatam, *l. acceptam, ſupr. de vſur.* Aliud dicitur ſequeſtratio, qua res litigioſa apud ſequeſtrum deponitur, vt retineat, donec ex cauſæ cognitione conſtet, cui debeatur, *l. is penes, hoc t.* Tertium genus eſt depoſitum, quod iam & in ff. latiſſimè definiuimus.

MANDATI, VEL CONTRA.
TIT. XXXV.

DE hoc dixi ff.eod.tit. Tractatur in *l.pen. & vlt.hoc tit.* de ceſſione actionum,quam materiam *in tit.de act.ſup.* diſcuſſimus.

SI SERVVS SE EXTERO EMI MANDAVERIT. TIT. XXXVI.

EX tali mandato nulla oritur actio,ſi ſeruus ſe emi mandauerit:vnde ſecuta emptione, quamuis huiuſmodi contractus ſtricto iure non ſubſiſtat,poteſt duntaxat à domino conueniri,vt pretium ſerui ſoluat.*l.vnic.h.t.*

PRO SOCIO. TIT. XXXVII.

DE hoc dixi in ff.eod.

DE CONTRAH. EMPTIONE.
TIT. XXXVIII.

1 *Emptio quomodo contrahatur.*
2 *Quæſtio vtrum emptio ſit nulla,quando diſſenſus eſt in materia.*

SIcut ſocietas ſolo conſenſu contrahitur *l.1.& 4.ff.hoc tit.*ita & emptio.† & de hoc contractus genere in ff.eod.tit.docuimus. 1

Quæritur† vtrum emptio ſit nulla, quando diſſenſus eſt in materia: Et quidem certi iuris eſt emptionem eſſe nullam, quando contrahentes diſſentiunt in corpore,vt ſi putem fundum emere Horgenianum,tu verò Tuſculanum vendere putes: *l.in venditionibus,ff.hoc tit.*quia conſenſus tanquam ſubſtantiale requiritur ad contractum emptionis.Sed quando erratum & diſſenſum eſt in materia,quid iuris ſit,grauiter diſputatur:nos de ea quæſtione aliquando latiſſimè dicemus. Sed tantum hic monemus, regulariter ob eandem rationem non valere, *per l.in vendit. l.14.in fin. l.cùm ab eo 41.ff.eod.vide Cuiac.in l.ſi id quod aurum 22.de verb.oblig.* 2

DE HAEREDITATE, VEL ACTIONE VENDITA. TIT. XXXIX.

1 *Emptor hæreditatis actiones vtiles ſaltem habet, non directas, niſi ceſſas.*
2 *Hæres conuenitur,non emptor hæreditatis.*

QVAMVIS emptor hæreditatis conuenire poſſit, debitores hæreditarios, † vel directa actione nomine debitoris†, vel vtili ſuo nomine, ipſe tamen ab hæreditarijs credi- 1

tori-

Digitized by Google

2 toribus non conuenitur, etiamſi actum fuerit inter eos, vt eis ſatisfaceret, ſed hæres, *l. 2. h. t.* quod tamen hæres repetit ab emptore. Nec obſtat qd' in fideicommiſſarium tranſeant actiones paſſiuè. *l. 1. VV. placuit, ff. ad Trebell.* Nam fideicommiſſarius habet bona hæreditatis titulo vniuerſali, cuius vi omnes actiones tam actiuè quàm paſſiuè tranſeunt in eum: at emptor hęreditatis bona habet titulo particulari. AEs tamen alienum, hęreditate nomine fiſci vendita, ad onus emptoris hęreditatis pertinet, & ideo fiſcus creditoribus hæreditatis reſpondere non tenetur. *l. 1. hoc tit.*

QVAE RES VENIRE NON POSSVNT ET QVAE VENDERE VEL EMERE VETANTVR. TIT. XL.

IN hoc tit. ſpecialiter tractatur, quæ res vendi nequeant, puta purpura, *l. 1. 2. h. t.* frumenta publici canonis in litoribus *l. quia eod.* frumentum quod exercitui imperij mitti debet. *l. ne frumentum eod.*

QVAE RES EXPORTARI NON DEBENT. TIT. XLI.

NEc oleum, nec vinum, aliudve liquamen, guſtus vel commerciorum cauſa ad barbaros transferre licet *l. ad barbaricum, hoc tit.* nec arma hoſtibus populi Romani vendere permittitur, ſub pœna capitis & confiſcationis omnium bonorum. *l. nemo eod.*

DE EVNVCHIS. TIT. XLII.

PRæterea nec Romanis (non Barbaris) eunuchos facere & vendere cōceditur, *l. 2. h. tit.* contra quod ſi quis fecerit, capite punitur, mancipio tali, nec non etiam loco vbi hoc commiſſum eſt, domino ſciente & ignorante confiſcando, *l. ſi quis eod.*

DE PATRIBVS, QVI FILIOS SVOS DISTRAXERVNT. TIT. XLIII.

ADditur denique quod liberi à parentibus, neque venditionis, neque donationis titulo, neque pignoris iure in alium transferri poſſiunt, *l. liberos eod.* niſi extrema neceſſitate oppreſſus, pater non habeat vnde viuat. eo enim caſu ſub tali conditione vendere filios poteſt, vt poſtea pretio oblato, vel alio æquè bono mancipio præſtito, in priſtinam libertatem illi liceat, *l. ſi quis eod.*

DE RESCINDENDA VENDITIONE. TIT. XLIV.

1 *Emptio eſt nulla cui dolus cauſam dedit.*
2 *Quando dicatur venditor vltra dimidium læſus.*
3 *Quando dicatur emptor vltra dimidium læſus.*

CVm venditio dolo aut metu facta eſt, reſtituitur is qui dolo aut metu eſt deceptus vel cui metus iniectus eſt, *l. ſi dolus, & l. dolus, hoc tit.* Dolus autem ex calliditate & inſidijs argui debet, imò emptio eſt nulla, cui † dolus cauſam dedit, & ob læſionem immodicam, quæ ſcilicet dimidij iuſti pretij valorem excedit, emptio quoque reſcinditur licet nullus expreſſus dolus interuenerit, *l. 2. hoc t.* verum tamen ſi venditor læſus ſit, emptor non compellitur illi rem reſtituere, ſed eſt in eius arbitrio, vel rem reſtituere, vel ſupplere id quod deeſt iuſto pretio. *d. l. 2.* Porrò venditor tunc eſt læſus vltra dimidium iuſti pretij, † cùm rem valentem tantum 4. vendiderit. Sed controuerſum eſt quando emptor dicatur læſus vltra dimidium iuſti pretij: † Et putat Pinell. *in 1. p. l. 2. n. 6. h. t.* in dijudicãda læſione emptoris vltra dimidiam, ineundam eſſe rationem hoc modo, vt ſi res empta ſit digna quinque, ipſe ſoluat vndecim, vel res digna decem, empta ſit 21. vel digna decẽ empta 4. & ſic duplo quàm ſit iuſtum pretium. Cuius ſententia mihi veriſsima videtur, poſito quod beneficiũ *d. l. 2.* locũ habeat in emptore vltra dimidiã partẽ iuſti pretij læſo, vti ſolo reclamãte doctiſſimo Cuiacio, *lib. 16. obſ. c.* 18. omnes communiter Dd (qui hoc beneficium ad omnes omnino contractus bonæ fidei extendunt. vti apud Fachin *lib. 2. contr. ca. 16. cum ſeqq.* Quinimò iuxta Pinellum etiam regulariter ad contractus ſtricti iuris, quaſi hoc ſemper inter contrahentes actum cenſeatur, vt læſio vltra dimidium non interueniat) aſſerunt, tum propter maximam affinitatem, quæ eſt inter emptorem & venditorem, ob quam verbo venditionis emptionem quoque contineri, veteres dixerunt, vt in *l. veteres ff. act. empti.* tum quia eadem ratio æquitatis id ſuadere videtur.

QVANDO LICEAT AB EMPTIONE DISCEDERE. TIT. XLV.

QVANDO emptio perfecta eſt & conſummata per traditionem ſolo conſenſu vtriuſque reſcindi non poteſt. Ratio eſt, quia vnumquodq; diſſolui debet eo genere quo eſt obligatum, atq; ideo vt emptio conſummata reſcindatur, neceſſe eſt rem reddi & pretium. Quod ſi ſolùm ſit perfecta emptio, & non conſummata ſolo conſenſu vtriuſque contrahentis reſolui poteſt. Non mouet *l. ſi vnus, § pactus, ff. de pactis,* vbi ſtipulatio per nudum pactum non reſoluitur ipſo iure, vnde videri poterat ſolo conſenſu non reſolui perfectam emptionem. Nam ratio differentiæ eſt, quia emptio perficitur nullo conſenſu contrahentium, atque ideo poteſt eodem reſolui, ſed ſtipulatio fit verbis, ideo niſi alijs verbis reſoluitur.

Digitized by Google

SI PROPTER PVBLICAS PENSITATIONES VENDITIO FVERIT CELEBRATA.

TIT. XLVI.

QVando propter publica tributa non ſoluta fiſco venditio facta fuit, regulariter illa non reuocatur, etiamſi debitor ſiue prior dominus pretium offerat: niſi per ambitionem & gratiam & minus iuſto pretio in fraudem debitoris celebrata fuerit. *l.2. l.venditione, h.t.*

SINE CENSV VEL RELIQVIS FVNDVM COMPARARI NON POSSE. TIT. XLVII.

ONus penſitationis fundum comitatur, & tributa ſemper à poſſeſſoribus exiguntur, nedum pro tempore quo poſſederunt, ſed etiam pro præterito, niſi à perſecutore vendatur, quia tunc pro tempore præterito conuenitur emptor, *l.vlt. §.1. infr. de cenſibus.* Vnde in præiudicium eius cui præſtatio ſiue tributum debetur, contrahentium pacto nihil fieri poteſt, *tot.h. tit.* Imò ſi quis debentem cenſum fiſco aut reipubl. ea lege emat aut vendat, ne onus cenſus ſequatur emptorem; reſciſſa venditione emptor pretium, & venditor fundum amittit, vtroque redacto in ærariũ, *l.2.C.Theod. de contr.empt.*

DE PERIC. ET COM. REI VEND.

TIT. XLVIII.

De hoc ff. eod. tit. diximus.

DE ACT. EMPT. ET VEND.

TIT. XLIX.

De hoc tit. quoq; in ff. eod. tit. docuimus.

SI QVIS ALTERI VEL SIBI SVB ALTERIVS NOMINE ALIENA PECVNIA EMERIT.

TIT. L.

TIt. hic tria mẽbra continet. primò cauetur eũ agere, qui alteri quid emit, *l.qui ex aliena, hoc tit.* Secundò membro docetur, cum qui aliquid emit nomine alterius propria pecunia, ſibi acquirere actionem, *l.4.6.hoc tit.* Tertiò docetur, eũ qui aliquid emit pecunia aliena, ſibi acquirere actionem ex eo contractu non domino pecuniarum, *l.1.S.h.t.* Speciale tamen eſt vt res pecunia militis, minoris vel eccleſię, vel pecunia dotali emptę pertineant ad militem, minorem, eccleſiam & mulierem, *l.ſi vt proponas, infr. de rei vend. l.3 inf. arb. l.30. ſup. de Epiſc. & Cleric.*

DE REBVS ALIENIS NON ALIENANDIS ET DE PROHIBITA RERVM ALIENATIONE, VEL HYPOTHECA. TIT. LI.

1 *Obiectio contra Rubric.*
2 *Varij modi quibus prohibeatur alienatio.*

COntra primam huius rubricæ partem obijcitur rei†alienæ venditionem conſiſtere.*l.8.rem alienam.ff.de contrah.empt.* Sed dicendum venditionem rei alienæ quidem valere, ſed non ita vt domino rem ſuam vindicanti præiudicet. *l.nemo 6. hoc tit.* quamuis emptor in domini præiudicium rem præſcribat,ſi eam tempore legitimo bona fide poſſideat, hoc tamen caſu venditor adhuc pretium reſtituere tenetur domino,& quidem iuxta gloſſ.*fin in l.1.h.tit.per act.neg.geſt.* vnde patet aliud eſſe vendere,aliud alienare.*l.alienatum.ff.de verbor.ſig.* res aliena vendi poteſt,ſed non alienari, *l.1.h.tit.* quia alienare eſt dominium transferre,ſed rei alienæ traditione dominium non poteſt transferri.*Cuiac.h.* 1

Quod ad ſecundam rubricæ partem attinet, varijs modis prohibetur res propria alienari,†vel à lege,vel à iudice, teſtatore, vel denique ab ipſis contrahentibus. Prohibitio facta à lege impedit dominij tranſlationé,*arg.l.nõ dubiũ de ll.* prohibitio quoq; facta à iudice,impedit dominij trãſlationem, vt Dd. opinantur. Quia & tranſlatio dominij per prohibitionem à teſtatore factam impeditur.*l.filiusf.14 §.Diui 2.de leg.1. l.cùm pater 79.§.liberis.ff.de leg. 2.* Ratio eſt,quia dominium transfertur per ſolam voluntatem teſtatoris,§.1.*inſt.de leg.* ergo nuda teſtantis voluntas eam impedire poteſt,cùm contrariorum plerumque ſit eadem ratio. Prohibitio verò facta inter contrahentes iuxta Dd.non impedit dominij tranſlationem *per l.3 ff. de cond.indeb.l.qui Romæ 122.§.quo cohæredes de V.O.* quia nudis pactis non transfertur dominium, ergo non impeditur. ſed hoc poſtremum maximè adhuc diſputatur,vt aliàs oſtendemus. 2

DE COMMVNIVM RERVM ALIENATIONE. TIT. LII.

QVæcunque dicta ſunt de rebus alienis in totum,intelliguntur quoque de alienis rebus pro parte. Vnde qui rem cum altero communem habet,eam integram alienare non poteſt,ne ſocio præiudicet. [illegible] poteſt tamen vendere ſuam partem *l.3.4.eod.*

REM ALIENAM GERENTIBVS NON INTERDICI RERVM SVARVM ALIENATIONE. TIT. LIII.

QVI gerit rem alienam tanquam tutor, vel curator, ſine

publicum ſiue priuatum officium, res ſuas proprias alienare, vel pignori obligare poteſt, *l. vnic. hoc tit.* Ratio dubitandi erat, quia plerunque res talium hominum ſunt illis obligatæ quorum negotia gerunt, vnde videbatur præiudicium illis fieri ſi iſti aliena negotia gerentes res ſuas poſſent vendere. Ratio decidendi eſt, quod huiuſmodi res alienatæ cum ſuo onere tranſeunt in accipientem. *d. l. vnic.*

DE PACTIS INTER EMPTOREM ET VENDITOREM COMPOSITIS. TIT. LIV.

1 *Quæſtio vtrum res ad venditorem reuertatur ipſo iure ſine traditione, dum pretium offert emptori.*

2 *An pactum retrouenditionis rem afficiat.*

IN hoc titulo agitur de pactis quæ adijciuntur emptioni venditioni ex continenti, id eſt, tempore contractus, ſcilicet, initio contractus, vel tempore traditionis *l. pen. l. 5 h. t.* cuiuſmodi ſunt pacta legis commiſſoriæ, de in diem addictione, & de retrouendendo. De duobus prioribus in ff. in ſuo loco diximus: Quod ad tertium attinet, duæ quæſtiones oriuntur.
1 Prima eſt, † vtrum res ad venditorem reuertatur ipſo iure, & ſine traditione, dum pretium offert emptori: cõmunis opinio tenet dominiũ nunquã ſine traditione reuerti ſiue pactum ſit conceptum verbis obliquis, *l. 3. h. t.* ſiue verbis directis, *l. ſi prædium, infr. de ædil. act.* Alij tamen putant quando pactum directis verbis eſt conceptum dominium ipſo iure reuerti ad venditorem, quod probant *l. voluntate, §. vlt. ff. quib. mod. pig. ſolu.* Neque obſtat, *d. l. ſi prædium*, nam ibi, inquiunt, competit emptori circumuento, contra venditorem actio ex empto, ſed non negatur ipſi venditori competere rei vendicationem.

2 Altera quæſtio eſt pactum † retrouenditionis an rem afficiat. puta, an primus venditor poſſit vigore pacti de retrouendendo contra tertium poſſeſſorem agere, & prædium ab eo vendicare: & videbatur dicendum quod ſic, quia huiuſmodi pactum rem afficit, & ex eo naſcitur actio realis, nimirum vtilis rei vendicatio. vt tenet Caſtr. *in l. ſi cum venderet, n. 5. ff. de pign. act. per illum text. VV. aut vendicare rem & per l. voluntate, §. creditor, ff. quibus mod. pig. vel hypoth. ſol.* Sed veriùs eſt quod contra ſecundum emptorem non poſſit rei vendicatione agere, eo quod ex pacto de retrouendendo non naſcatur actio realis, ſed tantum perſonalis ex empto *per l. 2. C. hoc tit.* quia pactum hoc in continenti adiectum à contractu veſtitur ſiue informatur, & contractui ineſſe dicitur. At contractus empt. & vend. tantum actionem perſonalem parit, *l. 7. §. quinimo, ff. de pactis.* ergo & pactum; nam non debet acceſſorium à principali diſſidere *c. acceſſorium, de reg. iur. in 6.* Item pactũ retrouenditionis, & pars pretij *l. fundi partem, ff. de contr. empt.* ergo pars non debet diſſidere à toto, quæ enim ſunt totius, ſunt & partis.

SI SERVVS EXPORTANDVS VENIAT. TIT. LV.

SI MANCIPIVM ITA VENIERIT NE PROSTITVATVR.

TIT. LVI.

SI MANCIPIVM ITA FVERIT ALIENATVM VT MANVMITTATVR, VEL E CONTRA.

TIT. LVI.

HI tres tituli ſunt de ſeruis. Cum ſeruus venditur ita vt alio exponetur, ſi non exportatur, Fiſcus eum vindicabit, niſi venditor ſibi reſeruauerit manus iniectionem, tunc ipſe manus in eum i nijciet *l.2. ſi ſeruus expert.*

Pactum ne ancilla proſtituatur adeò valet, adeoque fauorabile eſt, vt ſimul atque dominus eam proſtituit, antiquo domino eam liceat abducere, & ancilla etiamſi proſtitutioni conſenſerit, fiet libera, *l.1. & vlt. ſi mancip. ita venierit.*

Pactum ne ſeruus manumittatur, impedit manumiſsionem *l. eo quidem tit. 57.* pactum verò vt intra certum tempus manumittatur, efficit vt ſi conſtituto tempore non manumiſſus fuerit ipſo iure ſit liber.

DE AEDILITIIS ACTIONIBVS.

TIT. LVIII.

VT plenè venditorum malitijs occurratur, AEdiles inuenerunt duo remedia, quibus aduerſus venditores iuuantur illi qui animal morboſum emerunt. Remedia hæc ſunt, redhibitoria, & actio quanto minoris &c. de quibus in ff. eod. ex poſuimus.

Eſt autem hic notandum quod communis ſententia Interpp. duplicem conſtituat actionem quanto minoris, vnam ciuilem, de qua dicunt mentionem fieri in *l. Iul. 13. in princip. ff. de act. empt.* alteram hanc prætoriam ex edicto ædilium natam, Illam perpetuam, hanc animalem fuerunt, illam ſemper in ſimplum: hanc aliquando in luplum concipi tradunt. Sed hanc communem ſententiam impugnant Cynus *in l. 2. h. tit.* Mud. *in d. l. Iul.* Donellus *in hoc tit.* quorum ſententia probatur *l. 2. h. tit.* Item ſi eſſet alia actio præter hãc, ad quid opus eſſet hac, cum altera ſemper perpetua eſſet.

DE MONOPOLIIS ET CONVENTV NEGOTIATORVM ILLICITO, VEL ARTIFICVM ERGO LABORVM, NEC NON BALNEATORVM PROHIBITIS ILLICITIS PACTIONIBVS.

TIT. LIX.

1 *Ratio prohibet.*
2 *Monopolium quid.*
3 *Quot modis fiant monopolia.*

VT liberæ † ſint emptiones, prohibentur omninò monopolia *l. vnic. hoc tit.* Eſt autem monopolium † quando vni competit poteſtas tantum vendendi certum genus mercium. Cui ſimile eſt pactum, quò mercatores inter ſe conueniunt de rebus certo pretio, & non minoris vendendis. Fiunt autem monopolia tribus modis † aut enim in rebus, vel in mercibus, aut in perſonis, aut in certo loco. In mercibus monopolium quod fit, propriè dicitur monopolium, & de eo tantum lex vnic. loquitur. Veluti cum mercatores conueniunt inter ſe, vt vel pectines, vel totum piper emant, & non alio pretio quàm conuento vendant &c. vide latiùs de hac materia Sichard. ad *l. vnic. hoc tit.*

DE NVNDINIS.

TIT. LX.

1 *Mercatores tempore nundinarum non poſſunt conueniri ratione debiti priuati.*
2 *Extenſio priuilegij.*

VT celebres hi mercatus liberius exerceantur, prohibetur aliquid euehi ex mercibus ratione loci: deinde ſtatuitur † vt mercatores tunc
1 nequeant conueniri ratione debiti priuati: *l. 1. hoc tit.* quamuis de crimine
2 conueniri poſsint, *l. 2. inf. de exhibendis reis.* Hoc priuilegium † Bart. *in l. 1. ff. ad l. Iul.* maieſt. valdè extendit, & inter cætera ampliat illud procedere non modò in accedendo ad nundinas, ſcilicet vt non poſsint conueniri aut moleſtari: verum etiam in recedendo à mercatu. nec obſtat *l. hæres abſens §. proinde ff. de iudic.* vbi dicitur, qui merces aliquo loco vendit, vel deponit, debet ibidem ſe defendere. Nam ob contractus quos mercatores in ipſis nundinis contraxerunt, poſſunt conueniri:

DE VECTIGALIBVS.

TIT. LXI.

NOn omnes res quæ vehuntur, his omnibus ſunt obnoxiæ, ſed duntaxat illæ quæ venduntur ad vſum familiæ *l. vnic. hoc t.* porro qui vectigal non ſoluit, priuatur illis mercibus quarum nomine nihil ſoluit.

VECTIGALIA NOVA INSTITVI NON POSSE. T. T. LXII.

1 *Ad principem ſolum pertinet vectigalium impoſitio.*

CVm ad Imperij & ſummæ maieſtatis poteſtatem pertineat vectigalium impoſitio, vnde abſque mandato principis nemo vectigalia noua poteſt imponere, *l. 1. 2. hoc t.* In his enim quæ ſunt principi reſeruata,

exclu

excluſa eſt omnis poteſtas inferiorum à principe, id eſt nullus alius præter principem poteſt illa impartiri *l. 1. de iur. aur. annul.* Ex quo ſequitur quod ciuitates non poſsint noua vectigalia inſtituere, licet in nouis rebus vtilitas rerum publicarum aliquando efficiat, vt noua quædam recipiantur, *l. in rebus de conſt. princip. vide de hac materia latius Bart. in l. veſtigalia ff. de publ. & vectig. & Sichard. in rub. cod. hoc tit.*

DE MERCATORIBVS ET COMMERCIIS.

TIT. LXIII.

1 *Mercatores & negotiatores qui.*

2 *An doctori liceat mercaturam exercere.*

1 Mercatores ſunt † qui cum Romæ domicilium familiamque ſuam habeant, interdum ad aliquot menſes in prouincias excurrunt mercium exportandarum, aut importandarum cauſa. Negotiatores ſunt qui in prouincijs ſedem ac domicilium fortunarum ſuarum habent: neque Romam niſi cenſus tempore, hoc eſt, quinto quoque anno veniebant.

2 Putant hic aliqui Dd. mercaturam † omnimodò non eſſe prohibitam nobilibus; ſed faciunt differentiam inter mercatorem & negotiatorem. Sed quicquid ſit viliſsimum eſt doctorem aut nobilem mercaturam exercere, *vide Guid. pap. deciſ. 196. l. 3. hoc tit.* vt inter plebeios & negotiatores facilius ſit emendi & vendendi commercium.

DE RERVM PERMVTATIONE ET PRAESCRIPTIS VERBIS ACTIONE.

TIT. LXIV.

1 *Quæſtio quomodo permutatio diſtinguatur à contractu vt des.*

SEquitur de contractibus innominatis, inter quos præcipuus eſt, permutatio: & poſtea de præſcriptis verbis, de his diximus ff. de proprijs titulis.

1 Quomodo permutatio diſtinguatur à contractu do vt des hic quæri ſolet? † Et in hac opinione ſunt diuerſæ opiniones. *Cuiac. in l. 7. ff. de pactis, Coraſ. lib. 2. miſc. c. 17.* putant permutationem ita diſtingui à contractu do, vt des, vt tunc ſit permutatio, cum datur ſpecies pro ſpecie, veluti fundus pro fundo: contractus verò do vt des, ſit quando genus pro genere, ſiue quantitas pro quantitate datur. Quidam ſic diſtinguunt, quod in contractu do vt des, poſsit pro re dari precium in pecunia numerata, *l. 1. ff. hoc tit. de rer. per. d. l. 5. §. 1. in verb. etſi pecunia.* ſed in permutatione nunquam poſsit intercedere pecunia numerata, *d. l. 1.* Quidam verò putant, nullam eſſe differentiam inter permutationem & contractum, Do vt des, per *l. 55. ff. de præſ. verb. quorum ſententia verior dicitur, &c..*

Digitized by Google

DE LOCATIONE ET CONDVCTIONE.

TIT. LXV.

1. *Vtrum merces poſsit conſiſtere in alia re quàm in pecunia numerata.*

1 MAgna eſt controuerſia vtrum merces † poſsit, conſiſtere in alia re quàm in pecunia numerata? Hoc *Coraſ. lib. 2. Miſcell. c. 10. Pinellus ad l. 2. C. de reſcindenda vendit. part. 2. rubr. c. 3. nu. 17. cum ſeqq.* affirmant. Quorum opinio probari videtur pro *l. ſi olei 21. hoc tit.* quæ procul dubio, inquiunt, loquitur de locatione, cum vtatur verbo locaſti, cumque illa lex ponatur ſub titulo de locato & conducto: Leges autem ſunt intelligendæ ſecundum illum titulum ſub quo ponuntur, *l. vnic. §. 1. in fine de emend. Cod.* Atqui *in d. l. ſi olei 21.* pro mercede datur oleum vel vinum. Secundò probatur per *l. & hæc diſtinctio 35. in fin. ff. eod.* Alij negant, idque propter argu. *§. Item pretium Inſtit. de empt. l. 1. §. Si quis Stichum, ff. depoſiti.* Tu cogita. Aliquando. Quid ſentiam, dicam.

DE IVRE EMPHYTEVTICO.

TIT. LXVI.

1. *Quæſtio vtrum Emphyteutica re poſsit expelli ſola propria directi domini voluntate.*
2. *An canon propter incurſum hoſt. remittatur.*

DE hac materia ad tit. in ff. ſi ager vectig. pet. latiſsimè diximus.

Quæritur. Vtrum à re Emphyteuta † poſsit expelli propria domini directi authoritate: Sunt qui putant expelli poſſe pro *l. 2. hoc tit.* Attamen eorum ſententia eſt communior qui tradunt eum expelli non poſſe directi domini propria authoritate *arg. l. non eſt ſingulis, de reg. Iuris.* Nec obſtat *l. allegata*, quia nihil aliud eo loco docetur, quàm emphyteutam ipſo Iure cadere ſuo Iure & expelli poſſe à domino directo modò Iudicis authoritas interueniat, vel modò emphyteuta non reluctetur.

2 An autem Canon † propter incurſum hoſtium remittatur. Quæſtionis eſt. Quod Canon propter ſterilitatem non remittatur tritum eſt; etiamſi penſio ob ſterilitatem remittatur; Quia Conductor ratione fructuum penſionem ſoluit, quæ ideo eſt minuenda: Sed Canon ab Emphyteuta non ſoluitur ratione fructuum, ſed in recognitionem directi dominij. *Dd. in c. propter ſterilitatem extra. de Iure Emphyteutico.* In Quæſtione autem propoſita quid Iuris ſit diuerſæ ſunt opiniones. Aliqui opinantur Canonem non eſſe ſoluendum, quia incurſus hoſtium inundationi eſt ſimilis. *l. cùm vnus, §. fin. ff. de reb. auth. Iud. poſsid.* ſed per inundationem perit res, *l. interdum 5. de acquir. poſ.* Et re perempta liberatur emphyteuta à Canonis præſtatione. Igitur propter hoſtium incurſum emphyteuta à Canonis præſtatione liberatur. Aliqui verò ſimpliciter negant per *l. 1. hoc tit.* quod quamdiu res extet ſit canon ſoluendus, & reſpondent ad obiectum, in curſum

hoſtium

hoſtium quidem ſimilem eſſe inundationi, reſpectu poſſeſsionis, in quam prætor vult aliquem mittere. Et ſicuti Prætor, inquit Borch. *theſ. 16. diſp. in h. tit. non mittit.* in poſſeſsionem prædij inundati, ita non poteſt mittere in poſſeſsionem prædij ab hoſtibus occupati; quia neutro caſu poſſeſsio corporaliter apprehendi poteſt, & nulla poſſeſsio poteſt acquiri niſi animo & corpore, *l. 2. de acquir. poſſ. Vid. Fachar. l. 1. controuer. c. 94.*

CODICIS IVSTIN. LIBER V.

TIT. I.

DE SPONS. ARRHIS SPONSALITIIS ET PROXENETICIS.

1 *Sponſalia vnde dicta.*
2 *Sponſalia quomodo de iure canonico, quomodo de iure ciuili diſſoluantur, & de pœna diſſoluentis.*
3 *Proxenetica quæ.*

SPonſalia † dicta ſunt à ſpondendo: nam moris fuit veteribus ſtipulari, & ſpondere ſibi vxores futuras, inde ſponſi ſponſæque appellatio facta eſt, vnde olim non contrahebantur niſi per ſtipulationem, *l. 2. ff. eod.* ſed hodiè nudo pacto non ſolum inter præſentes, ſed etiam inter abſentes per nuncium vel Epiſtolam, contrahuntur, *l. 1. 4. & 5. ff. hoc tit.* 1 De iure Canonico ſponſalia de futuro, † de quibus hic tit. loquitur, nō 2 poſſunt diſſolui, ne quidem per ſubſequentia ſponſalia de futuro licet iurata, niſi conſenſu vtriuſque contrahentis, *c. requiſiuit c. ex literis c. præterea eod.* Sed de iure ciuili diſſoluuntur ſponſalia, licet alter contrahentium repugnet, *l. 1. hoc tit.* quod tamen ita temperandum eſt, vt ſi quid à ſponſo ſponſæ arrhæ nomine datum ſit, id ſpōſus perdat ſi per eum ſtet. quo minus adimpleantur nuptiæ. Quod ſi per ſponſam ſteterit, hoc duplicatum debet reddere, non aliter quàm in contractu emptionis & venditionis dicitur de arrhis datis, *l. vlt. hoc t.* quod ſi caſu fortuito veluti alterius morte ſponſalia dirimantur arrhæ ſimpliciter erunt reddendæ, *l. 3. ff. hoc tit.* Ad quid ergo, dices, in *l. 2. hoc tit.* docetur ſponſum abſentem expectandum eſſe per biennium, ſi indiſtinctè renunciari poſsit ſponſalibus? ſed ibi pactum fuit, vt ſponſa per biennium ſponſum expectaret, vnde non poterat ſponſa ante biennium expletum ſponſalibus renunciare, niſi maluerit in arrhis duplicatis reddendis puniri. Quomodo arrhæ poſsint in ſponſalibus interuenire, cũ à matrimonijs debeat abeſſe omnis pœna, *l. Titia 154. de vob. l.* poſſet quis dubitare, ſed dicendum, aliud eſſe arrham, aliud pœnam. pœna enim aliquid magnum continet, Arrha plerumque exiguum.

Digitized by Google

3 Proxenetica dicuntur ſalaria,† quæ debentur proxenetis pro Copulatione, &c. Accurſ. *in rub. hoc t.* paulò aliter Corianus *lib. 8. c. 2. n. 1. in fin.* & poſſunt peti extra ordinem *l. 1. ff.* proxeneticis, *vide Azon. in ſum. h. tit. circ. fin.*

SI RECTOR PROVINCIAE, VEL AD EVM PERTINENTES SPONSALIA DEDERINT. TIT. II.

1 *Explicatio l. 38. ff. de rit. nupt.*
2 *Pertinentes qui dicantur.*

QVod dictu eſt arrhas duplicatas eſſe reddendas à ſponſa nolente matrimonium contrahere, non habet locum in ea quæ cum rectore prouinciæ, vel aliquo ex eis domeſticis ſponſalia contraxit. tantum enim abeſt, vt præſtet arrhas duplicatas, vt etiam ne arrhas quidem acceptas teneatur reſtituere, *l. vnic. hoc tit.* Nam magnates cùm humilibus ſibi ſubiectis contrahere non poſſunt: præſumitur enim id metu & concuſſione fieri. Sichard. ad *d. l. vnic. num. 3.* finito tamen officio contrahere poſſunt. *d. l. vnic. in fin.*
1 Cui tamen aduerſari videtur † *l. ſi quis officium 38. ff. de rit. nupt.* vbi docetur mulieres arrhas reddere. Sed honeſtum quidem eſt vt mulier arrhas reddat, ſed non eſt neceſſarium, *ita Cuiac. in fin. hoc tit.* Pertinentes
2 † autem hic appellantur domeſtici & familiares rectoris ſiue habentis poteſtatem publicam, *d. l. vnic.* qui quoque durante officio maximè ſi rector contractui operã dederit, non poſſunt in prouincia contrahere.

DE DONATIONE ANTE NVPTIAS, VEL PROPTER NVPTIAS, ET DE SPONSALITIIS. TIT. III.

1 *Differentia inter arrhas & ſponſ. largit.*

1 DOnatio ſeu ſponſalitia largitas in eo differt ab arrhis, † quòd arrhæ dantur duntaxat ſponſæ, quodque reddantur ſecutis nuptijs, vel amittantur, ſi per ſponſum ſteterit, quo minus ſubſecutæ fuerint: vel duplicatæ redduntur, ſi per mulierem ſteterit. At donationes ſponſalitiæ tàm ſponſo quàm ſponſæ dantur, nec duplicatæ redduntur ab eo per quem ſtetit, quo minus ſequerentur nuptiæ. Quamuis ſi per donatorem ſtaret quo minus ſequantur nuptiæ, rem donatam amitteret, & ſi nuptiæ non ſubſecutæ fuerint ob mortem, nihilominus ſponſa ſi oſculum interuenerit, lucretur dimidiam partem donationis ſibi factæ; quia per oſculũ donator factus eſt, plus quàm ſponſus, vt qui oſculo virginalem pudorem quaſi delibarit. Quod ſi tamen ſponſo à ſponſa donatum eſt, tota res reuocatur nulla habita oſculi ratione, *l. 16. hoc tit.* quia maſculorum pudor non ita delibari dicitur. An verò donatio inter ſponſos facta præſumatur ſponſalitia, hoc communiter Dd. affirmant, *arg. l. 6. & 15. hoc tit.* Eſt enim differentia inter ſponſalitiam largitatem, & donationem propter nuptias, quæ ſolum fit vt mulieri optimè ſit conſultum in dotem *vide Azon in ſum h. tit per tot. & l. 1. hoc tit.*

DE NVPTIIS.

TIT. IIII.

1 *Nuptiæ vnde dictæ.* 3 *Vtilitas & neceſſ. nupt.*
2 *Definitio nuptiarum.* 4 *Cauſæ finales.*

NVptiæ dicuntur à nubendo, † eò quòd obnuberentur vel velarentur
nouæ nuptæ: quod introductum eſt antiquitus propter verecundiā, 1
ex qua cauſa ſunt & alia quædam antiquitus obſeruata, nimirum vt de-
ducta ad domum mariti, limen eius ipſa non tranſcenderit, ſed à quopiā
inferebatur, quaſi nolens eò veniret vbi eſſet amiſſura pudicitiam. Defi-
niuntur autem nuptiæ in *l. 1. ff. hoc tit.* hoc modo: Nuptiæ ſunt † maris ac
fæminę coniunctio, conſortium omnis vitæ, diuini vel humani iuris cō- 2
municatio. Cuius verba alibi explanauimus. Neceſsitas † & vtilitas nup-
tiarum ex multis antiquis ſolennitatibus poteſt intelligi, & maximè ex 3
hoc, quod veteres iubebant nouam nuptam attingere ignem & aquam, vt
declararent, nuptijs non minus opus eſſe in vita communi, quam eſſet a-
qua & igne elementis duobus maximè neceſſarijs, quod Cic. præclarè in
amicitia declarat, cauſæ matrimonij ſiue nuptiarum duæ ſunt † principa- 4
les, multæ verò ſecundariæ ſunt principales ſunt prolis ſuſceptio & for-
nicationis vitatio *c. his ita 32. quæſt. 2.* Cauſæ verò ſecundariæ: ſunt pul-
chritudo, diuitiæ, familia, &c. An autem matrimonium ob huiuſmodi
cauſas contractum valeat? & dicendum valere *c. ſolet quæri 32. quæſt. 2.* arg. à
Iacob filio Iſaac, qui ob ducendam Rachelem pulcherrimam ſeruiuit ſe-
ptem annis *geneſ. 29. cap.*

DE INCESTIS ET INVTILIBVS NVPTIIS. TIT. V.

1 *Nuptiæ inceſtæ quæ.*
2 *Differentia inter neceſſarias & inceſtas.*

NVptiæ inceſtæ ſeu nefariæ dicuntur, quæ natura repugnante ſeu lege 1
diuina & iure naturali, vel gent. prohibente contrahuntur *Schneid. in*
inſt. de nuptijs. Et quamuis inceſtæ & nefariæ promiſcuè accipiantur; tamen 2
ſecundum *gloſſam in h. rubr.* nefariæ propriè dicuntur, quæ inter aſcenden-
tes & deſcendentes contrahuntur, vſque in infinitum, ſiue ſint naturales
& legitimi ſimul, ſiue naturales tantum, vel etiam ſpurij & inceſtuoſi, *l.*
nuptiæ 33. ff. hoc tit. Inceſtæ verò nuptiæ propriè dicuntur, quæ inter collate-
rales conſanguineos in primo & ſecundo gradu lineæ inæqualis contra-
huntur, nam & is gradus à iure diuino prohibitus eſt. *Leuit. 18.* item inter
quaſdam ratione affinitatis, in primo & ſecundo gradu affinitatis inui-
cem coniunctas, vt eſt ſocrus, nurus, nouerca, priuignus, vxor patrui, *l. 9. C.*
hoc tit. vide quæ dicam in nou. de nuptijs, vbi pœnam inceſtarum nuptia-
rum ad longum explanabo.

DE INTERDICTO MATRIMONIO INTER PVPILLAM ET TVTOR. TIT. VI.

1 *Cur hæ perſonæ pupillam ducere prohibeantur.*

2 *Cur filia tutoris pupillo nubere poteſt.*

1 CVr † tutor vel tutoris filius, curator vel curatoris filius prohibetur pupillam ſiue adultam vxorem ducere, rationem hanc habet, ne eo caſu cogantur rationem reddere ſuæ adminiſtrationis. Tutor autem vel curator non prohibetur filiam ſuā pupillo vel adulto nuptui dare, *l.5.hoc*
2 *t.* quia pupillus † vel adultus rectè à tutore vel curatore rationem adminiſtrationis exigere poteſt, licet habeat eius filiam in vxorem, neque enim vt viros timent vxores, ita mariti vxores, quod tamen hodiè non rarò euenire ſolet.

SI QVACVNQVE PRAEDITVS POTESTATE, VEL AD EVM PERTINENTES AD SVPPOSITORVM IVRISDICTIONIS SVAE ASPIRARE TENTAVERIT. TIT. VII.

QValiter prohibeantur nuptiæ ratione officij quod publicum eſt authoritate & vtilitate in hoc tit. traditur. Nec hic tit. eſt ſuperfluus, quia loquitur de nuptijs, titulus verò ſi rector prouinciæ, loquitur de ſponſalibus. *Aro in ſum. hoc tit.*

SI NVPTIAE EX RESCRIPTO PETANTVR. TIT. VIII.

QVi nuptias inceſtas contrahunt virtute reſcripti à principe impetrati puniuntur, quia qui per obreptionem ſeu mendacium præſumitur tale reſcriptum impetratum. nam rei cuiuſlibet cuius eſt denegata petitio, non proficit indultum, & imponitur pœna, *l.1.hoc tit. &c.*

DE SECVNDIS NVPTIIS. TIT. IX.

1 *Pœnæ ſecundarum nuptiarum.*

2 *Quæſtio an huiuſmodi pœnæ quoque in auis & auijs ſeruentur.*

1 POEnæ ſecundò nubentibus mulieribus præſtitutæ ſunt, & non quidem ſolùm infamia, ſi forte intra annum luctus nubant, † ſed etiam aliæ poſt annum luctus, vt quicquid ex bonis mariti vel eius vltima voluntate, vel etiam ex donatione aliqua habeant, ex quo nuptias ſecundas contraxerunt, tantum habeant eius vſumfr. vel ſaltem dominium limitatum, eò quòd bona mariti ad liberos prioris matrimonij deuolui debeant moriente muliere, quæ ſecundò nupſit. *l. fœminæ l. hac Edictali §. hoc illud hoc tit.* Quod ſi mater ex prædictis bonis aliquid alienauerit, alienatio

Digitized by Google

nullum ſortitur effectum, atque ideo liberi poſſunt ea bona vendicare apud quemcunque ſunt poſſeſſorem *l. 5. & 6. V. itaque, h. tit.* quia prohibitio legis impedit dominij tranſlationem. Non obſtat *d. l. fœminæ in V. nam ſi quid ex iiſdem rebus.* Nam ille locus intelligendus eſt quando huiuſmodi res alienatæ ſunt conſumptæ, tunc enim nulla filijs competit rei vindicatio, nó autem directa, cùm res non extet, neque vtilis, ſi poſſeſſor non deſierit dolo poſſidere. vnde fit vt ex maternis bonis refundendum ſit damnum, qđ paſſi ſunt liberi ratione alienationis factæ, vt auté liberis prioris matrimonij ſit magis proſpectum, bona matris ſunt eis tacitè obligata, *d. l. hac Edictali, §. omnibus.* Porrò temporibus Theodoſij Imperat. bona à marito ad mulierem profecta, poterat mulier cui vellet ex bonis elargiri. *d. l. fœminæ.* At Iuſtinianus conſtituit, vt hoc lucrum inter liberos æqualiter diuidatur, *authent. hoc lucrum, hoc tit.* quia omnes liberi ex priore matrimonio nati æqualem ſuſtinent iniuriam per ſecundas nuptias à matre initas, atque ideo oportet vt æquale capiant ſolatium ex bonis prædictis. Cæterum inter pœnas ſecundo nubenti indictas, hæc etiam eſt, quod mulier ſecundo marito prohibeatur relinquere plus, quàm illi qui inter liberos primi matrimonij minimam partem habuerit. *l. hac Edictali in princ. hoc tit.* & quod amplius dederit ſecundo marito, applicabitur liberis primi matrimonij, quia liberi ex ſecundo matrimonio nati ex hac re non læduntur. *auth. ad eos, h. t.* per quam corrigitur iuxta Dd. *l. quoniam, h. tit.* quæ ſuperfluum inter liberos tam ſecundi matrimonij quàm primi æqualiter diuidebat. Deniq; quæ de matre poſt annum luctus nuptias iterãte dicũtur, & dicta ſunt, ea quoque de patre locum habent. *Guid. pap. deciſ. 228.* Sed an hoc quoq; in auis & auijs ſeruatur: †Et dicit Sichar. *ad d. l. fœminæ, §. illud, n. 3.* quod quoad lucra quæ auus ab auia habet, vel è contra idem ius ſeruari debeat, ꝙ circa patrem & matrem eſt conſtitutum. idque arg. *auth. defuncto, infr. ad Tert.* vbi dicitur quod patri & matri magis debeatur hæreditas, & tamen pœna priuationis proprietatis illis imponitur, ſi tranſeant ad ſecunda vota. Sed hæc ille bonus practicus dicat, ego aſſerere formido, cùm lex ſiue cõſtitutio tantum de patribus loquatur. De his pœnis & alijs latiſſimè ad Nou. 2. inf. dicam.

SI SECVNDO NVPSERIT MARITVS CVI VSVMFRVCTVM RELIQVIT.

TIT. X.

MVlier ſecundo nubens, iure ciuili perdit vſumfructum quem illi maritus in teſtamento reliquit, *l. 1. & 2. h. tit.* quod nouiſſimo iure túc procedit, ſi maritus hoc expreſſerit, ſiue in teſtamento, ſiue in contractu *auth. hoc loco, hoc tit.*

DE DOTIS PROMISSIONE ET NVDA POLLICIT. TIT. XI.

1 *Dotem dare quid ſit.*
2 *Dotem dicere, & dotem promittere quid ſit.*

DOS, vt antiqui loquebantur, aut datur, aut dicitur, aut promittitur.
Dotē dari teſt eā tradere, dotē dicere eſt eam promittere nudo pacto.
1 Doté verò promittere eſt eā promittere ſtipulatione interueniēte: quāuis
2 autem ex nudo pacto non detur actio: attamen dos nudo pacto promiſſa,
poteſt exigi. *l. ad exactionem, h. t.* habet enim dos multa priuilegia ex eo quod
publicè interſit dotes mulierum conſeruari. *l. 1. ff. ſol. mat.* Vtrum verò naſcatur
actio ex nudo pacto, ſi dos promittatur incerta: quod negari videtur
in l. 1. h. t. Contra idipſum affirmatur *in l. 3. h. t. & l. cùm poſt, §. gener, ff. de iur.
dot.* Duar. *lib. 1. c. 56.* dicit ſi pater mulieris incertam dotem promittat, eum
obligari, non autem extraneum obligari promittentem dotem incertam.
Ratio differentiæ eſt, quia patris eſt officium filiam dotare, atque ideo pater
filiæ dotem incertam promittens intelligitur promittere quatenus
facultates patiuntur, & quatenus ſplendor natalium viri poſtulat. An verò
pater teneatur dotare filiam diuitem: Hoc negat Bart. *in l. ſi mulier, §. cùm
proponeretur. ff. ad SC. Trebell.* pro quo facit quod pater non teneatur dotare filiam
iure actionis, ſed tantum officio iudicis, vt tenet com. opinio, *arg. l. qui
liberos 19. ff. de rit. nupt.* atque non eſt æquum, vt iudex impartiatur officium
ſuum filiæ diuiti à patre dotem petenti. Sed his non obſtantibus Bald. *in l.
vlt. hoc tit.* exiſtimat filiam quamuis diuitem eſſe dotandam, idq́ue *per d. l.
vltim.* vbi docetur omnino paternum eſſe officium dotem vel donat. ante
nupt. dare pro ſuis liberis.

DE IVRE DOT. TIT. XII.

1 *Ad maritum fructus dotis pertinent.*
2 *De priuilegijs mulier. circa dotem.*

FRuctus dotis ad maritum pertinent† propter onera matrimonij quę
ſuſtinet *l. pro oneribus, h. t.* Mulier onera matrimonij, & ideo non lucratur
fructus donationis propter nupt. *Azo in ſum. C. de donat. ante nup.* Multa ſunt do
1 tis priuilegia mulieri cōpetentia. †nā in primis illi pro dote bona mariti
ſunt tacitè obligata, ſecundo habet ius prælationis. Vtrum verò mulier
pro dote conſequenda præferatur creditoribus, expreſſam hypothecam
2 priorem habentibus: certum quidem eſt mulierem præferri creditoribus
tacitam hypothecam priorem habentibus. Item eam præferri creditoribus
expreſſam habentibus, ſed poſteriorem. Sola dubitatio eſt an prę-
feratur creditoribus qui obligata habent mariti bona antequam matrimonium
contraheret, pars negans probatur *per l. ſi aſſiduis, C. qui pot. in pig. in V.
temporis priuilegijs. &c.* quibus verbis Iuſtin. ſignificat mulierem ſolis creditoribus
præferendam qui tacitam habent hypothecam. Nam qui expreſ-

ſam

Digitized by Google

...m habent, non habent priuilegium, cum hypothecam potius habeant ex conuentione ſua, quàm ex beneficio legis. ſecundò, quia beneficium ſiue priuilegium principis eſt ita interpretandum, ne alteri noceat, *l. 2. §. ma-to, ff. ne quid fiat. in loco publ. &c.* Pars verò affirmans quæ ſubtiliſſimis Dd. ardet, probatur *per d. l. aſſiduis.* item quia mulier præfertur illi cuius pecunia res eſt empta vel refecta, *auth. de dot. æqual. §. his conſequens:* atq; iſte præfertur creditoribus expreſſam hypothecam habentibus, licet priorem, *l. interdum cum l. ſeq. ff. qui pot. in pign.* Ergo mulier eſt præferenda creditoribus expreſſam hypothecam priorem habentibus. *vide D. Gail lib. 2. obſ. 81.*

DE REI VXORIA ACTIONE IN STIPVLATV ACTIONE. TIT. XIII.

De natur. & extenſione rei vxor. act.

1 COnſtat actionem ex ſtipulatu mulieri pro dote repetenda eſſe bonæ fidei ſoluto matrimonio *§. fuerat autem, Inſt. de act. l. vnic. §. ſed etſi hoc tit.* At eſt controuerſum, an actio marito competens pro dote † petenda ſit quoque bonæ fidei: quod probabile eſt per text. *in d. l. vnic. §. & vt plenius, & in §. ſed etſi.* Nam Iuſt. *in d. §. & vt plenius,* non minus vxori prouidet, quàm marito de ſtipulatione dicta & de tacita hypotheca. Idē Iuſt. *in d. §. ſed etſi,* ſtatuit hāc ſuā ſtipulationē eſſe bonæ fidei, & ratio eſt cur actio ex ſtipulatu, tā ex parte mariti, q̄ vxoris, ſit bonæ fidei, quia maritus & vxor ſunt correlatiua, quorū idē ius eſt. *l. vlt. de iud. vid. tol.* Nec obſtat oēs actiones bonę fidei recenſeri *in §. actionum, inſt. de act.* inter quas nulla ſit mentio actionis ex ſtipulatu competentis marito. Sed dicendum, eam ſatis recenſeri *in §. fuerat, de act.* dum dicit ibidem Iuſt. bonæ fidei dicitur actio ex ſtipulatu, competens mulieri. Nec obſtat *l. in inſulam, 42. §. vſuras, ff. ſol. matr.* vbi maritus eſt ſibi ſtipulatus dari vſuras. ergo cùm in contractibus bonæ fidei à tempore moræ debeantur vſurę, etiam citra ſtipulationem, hęc actio marito competens, non eſt bonæ fidei. Nam hoc non ſequitur, quia eo loco non negatur vſuras deberi à tempore moræ, ſi ſtipulatio nō interueniſſet. De eo etiam diſputatur, an actio ex ſtipulatu extraneo competens ſit quoque bonæ fidei: quod rectè negatur: nam quoties docetur in iure actionem ex ſtipulatu eſſe bonæ fidei pro dote competentem, ſit duntaxat mentio de actione quæ naſcitur ex ſtipulatione ficta, per Iuſt. introducta, qui actionē illam quam dedit, latè interpretari voluit, & per conſequens autem eam eſſe bonæ fidei, quia beneficia principum latè ſunt interpretanda, *l. vlt. de conſt. princ.* Actio autem ex ſtipulatu competēs extraneo, non eſt nata ex beneficio legis, ſed ex conuētione eius qui dotem dedit. nam extraneus mulieri dotem dās, nō habet actionem ad eam repetendam, niſi fuerit nominatim ſtipulatus de ea ſibi reddenda. De natura huius actionis vide latius Caſ. præter alios *in d. §. fuerat.* Ego aliquando plenius de ea dicam.

nij effectum, & quoad conditionem vſucapiendi, ſed poſſidere quantum attinet ad alios iuris effectus. Nam fructus facit ſuos, item habet interdicta aduerſus eos à quibus de re deiecta eſt.

DE REPVDIIS. TIT. XVII.

SIne cauſa non poteſt coniunx altero inuito matrimonium dirimere, niſi vel dotem vel donat. propter nuptias perdere velit, *l. conſenſu, C. de repud. vide Brand. diſtinguentem in parat. h. per tot* qua in re ab antiquo iure receſſū eſt, quo ſine cauſa permiſſus erat impunè libellus repudij. *vide Bodin. de rep. lib. 1. c. 3.* Sed hoc nouo iure cōiuges poſſunt matrimoniū tantū mutuò conſenſu diſſoluere, *l. 9. hoc tit.* Et iure nouiſſimo ne quidem mutuo coniugum conſenſu præterquam caſtitatis cauſa ſeruandæ matrimonium diſſolui poteſt. *auth. quod hodie h. t. & c. 1. de conuerſ. coniugator. In nou. de repudijs latius dicemus.*

DE SOLVTO MATRIMONIO.

TIT. XVIII.

1 *Quæſtio, quid iuris ſi matrimonium ſoluatur morte filiæ, an patri pro dote repetenda competat actio.*

IN ff. eod. promiſimus hic dicere quid iuris ſit, † ſi matrimoniū ſoluatur morte filiæ, an tunc quoque actio pro dote repetenda patri competat: 1
& certum eſt dotem profectitiam ad patrem reuerti, *l. 4. h. tit.* Ratio eſt, ne patri afflicto addatur alia afflictio, quod contingeret, ſi pater filiam perderet & dotem inſuper quàm ei dedit: quod indubiè verum eſt, quando filia moritur liberis nullis relictis. Verùm grauis eſt quæſtio, ſi filia moriatur liberis ex ſe relictis, vtrum eo caſu quoque dos ad patrem reuerti debeat: quod Bart. opinatur in *l. poſt dotem 40. ff. h. t.* quem multi ſecuti ſunt: verum ſententia negans placuit Martino *in d. l. 4. h. t.* quem ſequitur Oldendorp. *claſſe 4. act. 26.* & hæc ſententia in praxi eſt recepta. *vide VVeſenb. in ff. eod.*

SI DOS CONSTANTE MATRIMONIO SOLVTA FVERIT. TIT. XIX.

COnſtante matrimonio dos non repetitur, niſi rem familiarem marito diſſipante, vel eo ad inopiam vergente, *l. vbi adhuc 29. ſupr. de iur. dot. vide D. Gail lib. 2. obſ. 83.* Quod ſi tamen maritus rem dotalem conſtante matrimonio reddidit vxori, ea defuncta repetere poterit fructus ab eadem interim perceptos. Ratio eſt, quia huiuſmodi dotis redditio eſt inſtar donationis, quæ inter coniuges eſt prohibita, quinimò dos ipſa poteſt repeti. *l. vnic. h. t.*

NE FIDEIVSSORES VEL MANDATORES DOTIVM DENTVR. TIT. XX.

1 *Ratio rubricæ.*
2 *Obiectio contra rubric.*

1 RAtio, † ne cauſa perfidiæ generetur inter eos: cumque etiam abſurdum ſit, vxorem quæ abſque fideiuſſore ſe marito committit: pro conſeruatione rerum ſuarum fideiuſſorem exigere, & non velle in adminiſtrandis rebus ſuis marito fidere, *l. generaliter, eod.*

2 Contra directè facit, † quod pro dote pignora dari poſſint: *l. quod autem, §. ſi vxor. ff. de donat. inter vir. & vxor. l. 1. ff. qui pot. in pig.* ergo pro dote dari quoque poſſunt fideiuſſores. Nam eadem ratio videtur pignoris & fideiuſſoris. *Duar. in tract. de ſol. matr. c.* 4. admittit poſſe accipi fideiuſſorem pro dote, pro quo etiam facit, *l. cùm dotis 55. ff. de iur. dot.* Non obſtat præſens titulus: quia inquit, non eſt eius ſenſus, quod fideiuſſores à marito dati vxori ratione dotis non obligentur, ſed ſenſus eſt iſte, quod mulier nequeat compellere maritum dare fideiuſſorem pro dotis ſecuritate. quæ Duar. interpretatio, quanquam noua ſit & repugnans communi Dd. ſententiæ, tamen non de iure omnino reijcienda eſt, quia Impp. in *l. 1. h. tit.* iubent aboleri illam legem, quæ cogebat maritum dare fideiuſſorem vxori.

RERVM AMOTARVM. TIT. XXI.

De hoc titulo in ff. diximus.

NE PRO DOTE MVLIERIS BONA QVONDAM MARITI ADDICANTVR, ID EST, IN SOLVTVM DENTVR. TIT. XXII.

ADdicere bona mariti, eſt ea collocare apud mulierem, eamq; bonorum mariti fieri poſſeſſorem. Hæc additio pro dote debita mulieri citra formam *h. conſt. vnic.* fieri non debet. Sed ſi maritus non ſoluendo deceſſerit, vxor ſe in poſſeſſ. bonor. mariti rei ſeruandæ cauſa mitti petere poteſt, qua impetrata advenditionem, vel alienationem, vel adiudicationem dominij rerum mariti, ſi emptor non inueniatur, vlterius obſeruata iuris forma, procedere non prohibetur, *d. l. vnic. h. t.*

DE FVNDO DOTALI. TIT. XXIII.

ET de hoc titulo in ff.eod.diximus.

DIVORTIO FACTO, APVD QVEM LIBERI EDVCARI DEBEANT. TIT. XXIV.

HOc eſt permiſſum arbitrio iudicis *l.vnic.h.t.*& declaratur *in auth.ſi pater, h.tit.*

DE ALENDIS LIBERIS A PARENTIBVS. TIT. XXV.

VT parentes filios *l.1.in fin.h.tit.* Ita liberi parentes alere dicuntur officio iudicis, *l.1.& 2.h.t.*

DE CONCVBINIS. TIT. XXVI.

1 *Concubinatus matrimonij ſpecies.*

CVm concubinatus matrimonij ſpeciem prę ſe ferat, prohibetur quis habere concubinam conſtante matrimonio *l.vnic. hoc tit.* nec ea poteſt eſſe in concubinatu filij, quæ antea fuit concubina patris, *l.1.h.tit.* nec poteſt quis ſimul habere plures concubinas. In concubinatu eſſe poteſt tam liberta quàm ingenua, modo ſit nata obſcuro loco. nam ingenua in loco conſpicuo nata non poteſt eſſe in concubinatu, ſed in vxorem eſt ducenda, alioquin conſuetudo habita cum ea domina erit ſtuprum. 1

DE NATVRALIBVS LIBERIS ET MATRIBVS EORVM ET EX QVIBVS CAVSIS IVSTI EFFICIANTVR. TIT. XXVII.

1 *Naturales qui dicantur, quomodo olim, & nunc ſuccedant.*
2 *Quot modis liberi naturales legitimentur.*

NAturales liberi dicuntur † qui ex concubina & ſoluta nati ſunt. iſti quidem patrem habent, ſed non iuſtum: iuſtum enim ſolę nuptiæ demonſtrant. *§.1.inſt.de patr.poteſt.* In prima huius rubricę parte tractatur, an & quatenus filij naturales ſuccedere poſſint patri naturali. Et quidem ſi pater moriatur, ab inteſtato iure ciuili nihil de eius bonis conſequuntur filij naturales, *l.humanitatis,h.tit.* At iure nouiſſimo, ſi pater moriatur ab inteſtato, nulla legitima prole relicta, nec coniuge legitima, conſequuntur duas vncias ſubſtãtiæ paternæ, quarũ partẽ mater eorũ adhuc viuẽs cõſequetur. Quod ſi verò legitima proles vel coniunx extet, nihil quidẽ iure ſucceſſionis accipiũt, tamẽ ſucceſſores illis aliquid donare debẽt. *auth.licet patri,h.t.* huiuſmodi.n.naturales filios paſci boni viri arbitrio eſt neceſſe, inquit Imp. *in d.auth.licet.* Pater verò ſi teſtamẽto moriatur nulla ſobole legitima relicta, poterat iure ciuili relinquere ſuorũ bonorũ ſemiſsẽ liberis 1

naturalibus, ſi modo parentem non reliquerint. *d.l.humanitatis.* At iure nouiſſimo totam ſubſtantiam hoc caſu illis tribuere poteſt, vel inter viuos vel vltima voluntate. *d.auth.licet patri.* Quod ſi verò parentem vel liberos reliquerit, naturalibus iure ciuili, eorumque matribus vnciam tantum poterat relinquere, *l.2.h.tit.* quod quoque correctum eſt: nam hodiè ſi non ſint liberi legitimi, parentes non facient, vt pater nequeat relinquere vltrà modum liberis naturalibus, nam relicta legitima parentum poterit ea quę vult ijs relinquere, *auth.nunc ſoli, auth.licet, h.tit.* Sed cur exiſtente prole legitima pater filio non poſſit relinquere niſi vnciam, cùm perſonę prorſus extraneæ legitima prole exiſtente, pro libitu poſſit relinquere, modò liberis iuſtis integram relinquat legitimam, quis mirari poſſet. At hoc i
2 deo ne pater profuſo & cœco amore præferat liberos naturales proli iuſtæ, aut ſaltem ne eos ditiores faciat, atque prolem iuſtam. Quod attinet ad alteram partem huius tituli, ſciendum eſt liberos naturales tribus modis legitimari, per ſubſequens matrimonium, oblationem curiæ, & reſcriptum principis. De quibus ſingulis in Nou. quibus mod. natur. dicemus.

DE TVTELA TESTAMENTARIA.
TIT. XXVIII.

DE CONFIRMANDO TVTORE, VEL CVRATORE. TIT. XXIX

DE LEGITIMA TVTELA.
TIT. XXX.

QVI PETANT TVTORES VEL CVRATORES.
TIT. XXXI.

VBI PETANTVR TVTOR VEL CVRATOR.
TIT. XXXII.

De his titulis in ff. diximus.

DE TVTORIBVS VEL CVRATORIBVS ILLVSTRIVM. TIT. XXXIII.

QVomodo & quales tutores illuſtribus vel clariſſimis perſonis dentur, in hoc tit. traditur. Pupillis Romæ illuſtribus præfectus vrbis cum decem ſenatoribus & prætore dabit tutorem: & ſi ille ſolus non ſufficiat, plures vocabit ad tutelam: & quem ſenatores & prætor elegerint, confirmabit præfectus: & de concedenda adminiſtratione ei decretum prætoris interponetur: nec actione in factum ſubſidiaria ſicut cæteri magiſtratus tenebuntur. In prouincijs tamen tutores vel curatores clariſſimarum perſonarum nominantur per curiales, qui in ſubſidium

ex nominatione tenentur, *l. vnic. hoc tit.* ſed hæc accipienda de his quibus in teſtamento tutores dati non ſint, vel ſi legitimi non ſuperſint *d. l. vnic. & ibi gloſſ. qui ſint illuſtres vel clariſſimi, vide Cuiac. ib.*

QVI DARE TVTORES VEL CVRATORES: ET QVI DARI POSSVNT, VEL NON. TIT. XXXIV.

Et de hoc titu. in ff. eod. diximus.

QVANDO MVLIER TVTELAE OFFICIO FVNGI POTEST. TIT. XXXV.

1. *Quomodo mulier vel mater & auia tutrices eſſe poſſint.*

TVtelam adminiſtrare, virile munus eſt, & vltra ſexum fœmineæ infirmitatis tale officium eſt, *l. 1. h. t.* vnde mulier tutrix eſſe prohibetur, niſi à principe impetrauerit filiorum tutelam † *l. vlt. ff. de tutelis.* Sed hodiè matres & auiæ etiam naturales *l. 3. hoc tit.* & debitrices *Auth. ad hæc eod.* non extantibus teſtamentarijs præferuntur legitimis & datiuis, & illis permittitur tutelæ onus ſubire ſecundum ordinem, vt mater primò, poſtea auia admittatur. *Auth. matri hoc tit.* nec tenentur iurare, de non iterando nuptias, ſed ſimpliciter debent renunciare nuptijs ſimplici verbo & auxilio SC. Velleiani & omni beneficio: vt ſi fortè quandoque occaſione tutelæ pro pupillo ſe obligauerint, non iuuentur, alioquin non contraherent homines cum ea, quod impuberi noceret, *Auth. ſacramentum hoc tit. Azo in ſum. Cod. hoc tit.* Quod ſi verò conuolauerit ad ſecundas nuptias expelluntur à tutela, ſalua minoribus omni iuris cautela, *d. Auth. ſacramentum.* nam & res mariti & ſuæ tacitè ſunt obligatæ impuberi, *l. 2. hoc tit.*

IN QVIBVS CAVSIS TVTOREM HABENTI, TVTOR VEL CVRATOR DARI POTEST. TIT. XXXVI.

REgula iuris eſt, tutorem habenti, alium dari non poſſe *§. interdum inſt. de curat. l. licet hoc tit.* Hæc regula tamen non eſt perpetua, & ſæpè tutorem habenti tutor rectè datur: puta ſi in locum furioſi ſana interualla habentis *l. non ſolum 12. 5. fin. de excuſ. tutor.* & muti & ſurdi tutoris, alij tutores dentur, *l. pen. ff. de tut.* aut ſi aliarum rerum, non earundem, puta in alia prouincia datur, *l. ſi tamen ff. de teſt. tut.* ſi reipub. cauſ. abſit, vel miſſus ſit quaſi legatus &c. His enim & ſimilibus caſibus tutorem impeditum habenti, alius tutor in ſubſidium rectè datur: qui quidem ſi prior impedimento durante moriatur in eadem cauſa manet, donec pupillus efficiatur pubes. *vide Minſ. in d. §. interdum.*

DE ADMINISTRAT. TVTOR. VEL CVR. ET DE PECVNIA PVPILLARI FOENERANDA, VEL DEPONENDA. TIT. XXXVII.

Hunc tit. in ff. eod. ſatis explanauimus.

DE PERICVLO TVTORVM ET CVRATORVM. TIT. XXXVIII.

1 *Beneficium diuiſionis.*
2 *Beneficium ordinis.*
3 *Beneficium ceſsionis.*
4 *Beneficium vtilis actionis, & cur fideiuſſoribus denegetur.*

PRomiſimus ad hunc titulum tradere, quomodo & quo ordine tutores conueniantur.

Et ſciendum eſt, ſi ſint plures tutores vel curatores, quemlibet eorum in ſolidum conueniri, *l. 56. tres tutores in princ. ff. de adm. tutor.* quamuis eis ex ęquitate 4. remedijs ſuccurratur: nempe diuiſionis, ordinis, cedendarum, & actionis vtilis, de quibus *Dd. fuſius diſputant in l. 1. C. de tranſact.* Beneficium
1 diuiſionis eſt, † quo inter tutores ſi omnes ſoluendo ſint, diuiditur tutela
2 pro rata portione, *l. 1. §. nunc hactenus ff. de ratione diſtrah.* Beneficium ordinis † tunc locum habet, cum ex pluribus tutoribus vel curatoribus vnus vel duo tantum adminiſtrauerunt: hi enim primò conueniendi ſunt, *l. fin. C. de adminiſtr. tut.* Et poſt eos qui geſſerunt, ſi ſoluendo non ſint, ad magiſtratus peruenitur, *l. 1. §. vſque adeò ff. de tut. & rat. diſtr.* & denique ij qui non geſſerũt, quos honorarios appellamus, conueniuntur, *vide latius Myn. in §. ſciendum*
3 *inſt. de ſatiſd. tutor.* Beneficium † ceſsionis competit, ſi vnus ex tutoribus exiſtens tantum ſoluendo, exigatur in ſolidum & ſoluerit. nam is poteſt à pupillo petere ſibi cedi actiones aduerſus contutorem, quibus contra eũ experiatur, ſi fortè ad meliorem fortunam peruenitet. *d. l. 1. §. nunc tractemus.*
4 beneficium actionis † vtilis eſt, qua omiſſa ceſsionis petitione collegam is qui ſoluit conuenire poteſt, *d. l. 1. §.* nunc tractemus etiamſi hæc actio fideiuſſoribus denegetur, *l. vt fideiuſſor. ff. de fideiuſſ. l. ſticham § pen ff. de ſol.* rationem diuerſitatis tradit *Bart. in l. Modeſtinus de ſol.* & dicit, quod plurium tutorum & correorum vna videtur eſſe obligatio, *l. eadem ratio ff. de duob. reis.* Sed fideiuſſorum plurium non videtur vna eademq; eſſe obligatio, nec vnus ſoluens videtur alterius contemplatione ſoluere, quia fideiuſſor ſoluẽs, negotium principale gerit, & pro principali reo ſoluit, non autem pro confideiuſſore, nec ad eum ſpectat principaliter, ſed in duobus reis tutoribus ad vtrumque ſpectat. Quod ſi verò tutela à teſtatore vel à iudice diuiſa eſt, tunc non opus eſt his beneficijs, quia clari iuris eſt quemlibet pro adminiſtratione ſibi deſtinata tantùm ob ſtrictum eſſe, Porro ſi om-

nes

nes tutores earumque hæredes non ſoluendo ſint, peruenitur ad fideiuſſores, ſi qui dati ſint: quibus excuſsis, ſi nec tum minori ſatisfiat, magiſtratus conuenitur, vti in ff. ad tit. de mag. conu. diximus.

QVANDO EX FACTO TVTORIS VEL CVRATORIS, MINORES AGERE, VEL CONVENIRI POSSINT. TIT. XXXIX.

SI EX PLVRIBVS TVTORIBVS VEL CVRATORIBVS OMNES VEL VNVS AGERE VEL CONVENIRI POSSINT. TIT. XL.

Et de his tit. ſatis ſup. tractatum eſt.

NE TVTOR VEL CVRATOR VECTIGALIA CONDVCAT. TIT. XLI.

DAtus vel conſtitutus tutor prohibetur vectigalia conducere, idque hac ratione, quia omnia bona conducentis à fiſco obligantur fiſco, *l.1.inf.in quibus caſ.tacit pig.contrah.* At nemo duobus vnam eandemque rem ſine crimine falſi, *l.1.§.tutores ff. ad l.cor.de falſ.* obligare poteſt, ergo rectè prohibetur vectigalia conducere, quum prius ſua bona ob adminiſtrationem tacitè fuit obligata pupillo. Euitat tamen pœnam falſi, ſi vtrique ſatisfecerit, vel ante tutelam ſuſceptam conduxerit. *l.vnic.hoc tit.*

DE TVTORE, VEL CVRATORE, QVI NON SATISDEDIT. TIT. XLII.

DE SVSPECTIS TVTORIBVS. TIT. XLIII.

DE IN LITEM DANDO, VEL CVRATORE: TIT. XLIV.

DE duobus ſuperioribus tit. in ff. diximus. de poſtremo vide *§.vlt. inſt. de auth.tut.l.pen.& vlt. hoc tit.*

DE EO QVI PRO TVTORE NEGOTIA GESSIT. TIT. XLV.

Et hic tit. in ff. explicatus reperitur.

SI MATER INDEMNITATEM PROMISERIT. TIT. XLVI.

Licet

Licet mater petijerit tutorem dari filio eius periculo: non propterea tenetur ex illo facto, ſed iudex ſi malum tutorem dederit, in ſubſidium tenetur *l.1.ho: tit.*

SI CONTRA MATRIS VOLVNTATEM TVTOR DATVS SIT. TIT. XLVII.

Et mater petit vel dat tutorem, nec contra eius voluntatem alius dari poteſt, in tantum, vt ſi aliter datus ſit, à tutela citra exiſtimationis damnum remoueatur, *l. vnic. hoc tit.*

VT CAVSAE PVPILLI POST PVBERTATEM ADSIT TVTOR. TIT. XLVIII.

Quamuis tutela pubertate finiatur in princ. inſt. quib. mod. tut. fin. tamen ratione coniunctionis tenetur tutor ea, quæ antè inchoata ſunt, poſt pubertatem explere, dummodò in curatores non ſit tranſlata geſtio, *l.1. hoc tit.* Sed & admonere debet adultum, vt ſibi curatorem petat, *l. ita autem §. ſi tutor ff. de ad in tut.*

De ſequentibus titulis vſque ad finem, ſatis pro inſtituto noſtro in ff. attigimus.

CODICIS IVSTIN.

LIBER VI.

DE SERVIS FVGITIVIS ET LIBERTIS, MANCIPIISQVE CIVITATVM ET ARTIFICIBVS AD DIVERSA OPERA DEPVTATIS, ET AD REM PVBLICAM, VEL PRIVATAM, VEL DOMINICAM PERTINENTIBVS. TIT. I.

QVia ſeruus fugitiuus ſui furtum facit, ideo nec vſuca-
pi, nec longo tempore præſcribi poteſt † *l.1. hoc tit.* Et is
1 qui ſeruum fugitiuum occultat in eo plectitur, † vt
eum ſeruum reſtituere debeat cum alio ſimili, vel 20.
2 ſolidos, *l.4. hoc tit.* Qui autem ſeruum fugitiuum oc
cultat, pro pœna ſoluit 12. libras argenti *l. pen. h. tit.*
Quis dicatur ſeruus fugitiuus in ff eod. diximus.

DE FVRTIS ET SERVO CORRVPTO. TIT. II.

1 *Seruum fugitiuum vſucapi non poteſt.*

2 *De pœna occultantis ſeruum fugitiuum.*

Pœna extraordinaria furti an ad vltimum ſupplicium extendi poſsit.

LIcet pœna furti ordinaria ſit duplum aut quadruplum, aliquando tamẽ fures corporaliter extraordinariè puniũtur. *l. vlt. ff. eod.* quæ pœna extraordinaria & arbitraria ad vltimum ſupplicium extendi nequit, † 1
nam licet præfectus vigilum ſeruum furti inſimulatum ſummo affecerit ſupplicio, *l. pen. ff. de condict. cauſa dat.* Attamen noſtræ propoſitioni hoc non obſtat, quia ſententia præfecti vigilum iniuſta fuit plurimas ob cauſas: tum quia proceſsit ſine cauſæ cognitione, tum quia ſupra ſuam iuriſdictionem erat furti cognitio, cum ſeruus ad præfectum vrbi eſſet remittendus, *l. 3. §. infra ff. de off. præf. vigil. Zaſ. in d. l. pen.* Quæritur an famoſus fur, id eſt, qui ter furtum fecit, vt communiter Dd. interpretãtur, pœna mortis affici poſsit? quod Dd. negant, nec obſtat, *l. capitalium. §. graſſatores & §. famoſos ff. de pœnis.* nam hoc ſpeciale eſt in graſſatoribus & latronibus, vt illi vltimo ſupplicio plectantur, cum non bonis ſurreptis contenti quoque ſanguinem profundant, quòd non eſt in furibus.

De cæteris tit. h. libri ſequentibus vſque ad tit. De repudianda bonor. poſſ. in ff. diximus.

DE COLLATIONIBVS.

TIT. XX.

1 *An Emancipatus, ſi ex paterno teſtamento ſuccedat, conferre teneatur.*
2 *Collatio cur introducta.*
3 *Quæſtio an Emancipatus Emancipato hodiè conferat.*

HIc in controuerſiam trahi poteſt, num ſi filiusfam. exhæredatus infingat teſtamentum, Emancipatus cõferre teneatur, ſi ex paterno teſtamento ſuccedat? † Iure veteri quippe nõ tenebatur, *l. 1. in princip. ff. eod.* vbi 1
latius diximus. Nec iure nouo; tum quia hoc non ſatis clarè deciſum videtur in iure nouo, tum quia maxime collatio ob eam rationem eſt introducta, † ne ab Emancipatis filijſ. iniuria afficerentur, à quibus per patrem inſtitutis, Emancipati præteriti auferunt portionem hæreditatis 2
per bonor. poſſeſſ. contr. tab. Sed his non obſtantibus in propoſita facti ſpecie arbitror correctum eſſe ius vetus, ſic vt iure nouo collationi ſit locus. Nam olim quidem collatio introducta eſt à prætore, ne occaſione Emancipatorum filijſ. iniuria afficerentur. At hodie nouam reſpexerunt Imperatores rationem, hanc ſcilicet, vt inter liberos ſeruetur æqualitas, *text. expreſſus in Auth. de triente & ſemiſſe §. illud. Item per text. l. 17. vt liberis hoc tit.*
Quæritur † quoque vtrum Emancipatus Emancipato hodiè conferat? Et 3
certum eſt olim ex Edicto prætoris illos ad conferendum non fuiſſe obligatos, cum ratio iniuriæ, quæ priſcis temporibus ſpectabatur hic ceſſet. Plerique putant quoque hodiè inter Emancipatos collationi non eſſe locum. Primò, quia in *l ſi Emancipatus hoc tit.* docetur ceſſare collationem

Digitized by Google

ſi vtrique ſint filij emancipati. ſecundò, per *d. l. vt liberis in verbo Emancipatis, videlicet liberis vtriuſque ſexus pro tenore præcedentium legum, ea quæ in ipſa emancipatione, &c.* atque tenor præced. legum eſt, vt emancipati inter ſe non conferant. Et hæc videtur eſſe Azonis ſententia *nu.13.* Sed hæc Azonis ſententia impugnari poteſt *per d. l. vt liberis*, vbi docetur locum eſſe collationi ſiue liberi ſint, ſiue ſui iuris, ſiue in patris poteſtate, aliquandò maturiore conſilio, meam in hac. *queſt.* ſententiam dicam.

DE TESTAMENTO MILITIS.
TIT. XXI.

QVI TEST. FACERE POSS.
TIT. XXII.

DE TESTAM. ET QVEMADMOD. TESTAM. ORDINENTVR TIT. XXIII.

1 *Teſtamentum imperfectum inter liberos licet ſuſtineatur, tamen quandoque ob nimiam inæqualit. impugnatur.*
2 *An hæreditas ex teſtamento imperfecto relicta, naturaliter debita cenſeatur ad impediendam cond. indebiti.*
3 *An pubes ſine licentia curatoris teſtari poſſit.*
4 *Queſtio alia.*

De his tribus titulis quoque in ff. diximus, ita vt eorum explicationem hic omiſerimus, monentes ſaltem hoc vnum obſeruandũ,
1 quod licet imperfectum teſtamentum † inter liberos ſuſtineatur: tamen illud non procedere, ſi euidens foret inæqualitas. Nam licet Imper. paternam voluntatem propter aliquam ſolennitatem omiſſam noluit infirmari. *l. 2. 1. §. ex imperfecto C. de teſt.* verum ideo non voluit ſuſtinere paternam voluntatem in magnum præiudicium liberorum, quandò liberis multum inæquales portiones ſunt relictæ. Nec mouet quod iura, quæ loquuntur teſtamentum inter liberos ratione ſolennitatis imperfectum valere, loquantur indiſtinctè, quia ſic ea eſſe interpretanda, docet ratio allata: probabile autem eſt expreſſim non diſtinxiſſe, eo quod boni patres ferè æquales portiones ſoleant decernere, ſcientes quod inęqualitas magnas inter liberos diſcordias & lites gignat.

2 Quæri hic poteſt † an hæreditas ex teſtamento imperfecto relicta, naturaliter debita cenſeatur ad impediendam condictionem indebiti? quod regulariter dicendum videtur *arg. l. 2. de fideic.* vbi legata ex imperfectò teſtamento ſoluta non repetuntur. *vide Alex. conſ. 70. n. 117. lib. 2.*

3 An pubes qui curatorem † habet, ſine licentia eius teſtari poſsit? & Videri poterat quod non, quia non poteſt rectè contrahere ſine eius conſenſu, quo non obſtante affirmandum cum gloſſa *in l. Aurelius §. Caio ff. de liber. legat.* ratio eſt, quia pubertas eſt ætas ſufficiens ad teſtandum *l. 5. à qua ff. de teſtam.* & teſtamentum eſt publici iuris & meræ voluntatis, vnde non debet ex alieno arbitrio pendere, ſicuti contractus &c.

Verum

Vtrum teſtamentum † ante nouum ſtatutum, quod certam formam teſtandi requirit, conditum valeat, *vide Caſtr. in l. iubemus. num. 16. C. de teſtam.* qui hoc valere affirmat, per illum textum *in ver. ſciturũ*, maximè quando teſtator qui ſuperuixit poſt legem conditam non habuit facultatem mutandi teſtamentum, eò quod mors fuerit repentina, aliàs cum voluntas teſtatoris ſit ambulatoria, *l. 1. C. de ſacroſ. eccleſ.* videtur poſt legem nouam conditum. Hæc ille. Tu cogita. Nos aliàs dicturi. 4

DE HAEREDIBVS INSTITVENDIS.

TIT. XXIV.

1 *Quæſtio an inſtitutus in re certa conſequatur omnia bona hæreditaria, &c.*

INſtitutus in re certa conſequitur omnia bona hæreditaria † non aliter quam ſi ſimpliciter & indefinitè fuiſſet ſcriptus hæres nulla facta rei intentione, *l. 1. §. ſi ex fundo ff. eod.* idque ne quis partim teſtatus, partim inteſtatus contra regul. iur. decedat. Sunt tamen qui putent ſeruandam eſſe hanc teſtatoris voluntatem, & ſcriptum hæredem præter eam rem nihil poſſe conſequi, maximè ſi teſtator prohibuerit præter illam rem aliquid conſequi, quod primo probari videtur, *l. quoties 9. §. ſi duo ff. eod. in verſ. vt detracta fundi mentione, quaſi ſine partibus hæredes ſcripti hæreditate potirentur, ſi modò voluntas patriſf. manifeſtiſſimè nõ refragetur.* ergo ſi defuncti voluutas refragetur, ea ſeruanda eſt. ſecundò, quia *in auth. de nupt. §. diſponit*, docetur vltimam defuncti voluntatem eſſe ſeruandam. Sed his non obſtantibus probabilior eorum eſt ſententia, qui tradunt prædictum hæredem ſcriptum in re certa conſequi omnia bona. probatur primò *per l. ſi iis ita hæres 74. ff. eod.* ſecundò voluntas, quæ eſt contra ll. non eſt ſeruanda. *l. nemo de legat. 1.* 1

DE INSTITVTIONIBVS, ET SVBSTITVTIONIBVS, ET RESTITVTIONIBVS SVB CONDITIONE FACTIS. TIT. XXV.

QVatenus valeat, vel non valeat inſtitutio facta ex certo tempore, aut ad certum tempus, aut ſub condit. tractatur in *§. hæres, & §. impoßibilis inſt. de hæred. inſtit. & in ff. eod. per tot, vbi diximus.*

DE IMPVBERIBVS, ET ALIIS SVBSTIT.

TIT. XXVI.

1 *Vtrum vulgaris ſubſtitutio tollat ſuitatem.*
2 *Altera quæſtio.*

PRima quæſtio ſit, vtrum vulgaris ſubſtitutio tollat ſuitatem, † pleriq; malè putãt tolli, quia filiusfam. cui alius vulgariter eſt ſubſtitutus, ex neceſſario hærede ſit hæres voluntarius: Deinde ſuitas operatur effe- 1

ctum hunc, vt filius ipſo iure hæres eſſe intelligatur, vtque dominium rerum paternarum illicò & ſine apprehenſione tranſeat in filium. *l. in ſuis ff. de lib. & poſth. hered. inſti.* Quibus non obſtantibus illis aſſentior, qui tradunt ſuitatem, non tolli per vulgarem ſubſtitutionem, quia ſuitas eſt introducta in fauorem filiorum, quorum fauori pater non poteſt renunciando præiudicare, ſecundò dum pater ſubſtituit filio ſuo hoc non facit, vt præiudicium aliquod ei inferat, ſed vt ſi filius præmoriatur, vel nolit eſſe hæres, aliquem alium ſaltem habeat hæredem ex teſtamento.

2 Altera quæſtio eſt † vtrum ſi minor inſtitutus aduerſus aditionem reſtituatur, ſubſtitutus admittatur? Nonnulli dicunt non admitti. Inter hos eſt, *Duar. tit. de vulgar.* et pupil. *ſubſtit. in. c. de effectu vulg. ſubſtit.* Quorum ſententia primò probatur, quia vulgaris ſubſtitutio exſpirat poſt aditam hæreditatem. ſecundò, quia reſtitutio vni conceſſa, alteri non prodeſt, *l. 3. §. ſed vtrum. ff. de minor.* vbi docetur, inquit Duar. tunc demum poſt reſtitutionem minori conceſſam, aduerſus aditionem admitti ſubſtitutum, quando ſeruus teſtatoris inſtitutus, fuit & hæreditas non eſt ſoluendo. His tamen non obſtantibus communiter dicunt Dd. debere ſubſtitutum admitti. primo per *leg. ex contractu 44. ff. de re. iud.* ſecundo quia reſtituto eo, qui ab inteſtato adiuerat hæreditatem, admittitur ſequens in gradu, *l. 1. § fi. quis adita. ff. ad Tertul.* ergo reſtituto inſtituto, ſubſtitutus debet admitti, quia ſubſequitur inſtitutum. tertiò quia reſtitutio reponit omnia in priſtinum ſtatum & locum *l. quod ſi. minor. §. fi. reſtitutio ff. de minor.* Ego aliquando fuſius de hac quæſtione diſſeram.

DE NECESSARIIS SERVIS HAEREDIBVS INSTITVENDIS, VEL SVBSTITVENDIS. TIT. XXVII.

DE LIBERIS PRAETERITIS, VEL EXHAEREDATIS. TIT. XXVIII.

DE POSTHVMIS HAEREDIBVS INSTITVENDIS VEL EXHAEREDANDIS, VEL PRAETERITIS. TIT. XXIX.

De primo tit. videatur tit. Inſt. de hæred. qual. & diff. Duo ſequentes in ff. eod. ſunt explicati.

DE IVRE DELIBERANDI, ET DE ADEVNDA, VEL ACQVIRENDA HAEREDITATE. TIT. XXX.

1 *Ius deliberandi quibus conceſſum.*
2 *Inuenitarium quid.*
3 *Quid Inuentarium veniat.*
4 *Effectus Inuentarij.*

IVs deliberandi† ſaluberrimè conceſſum eſt hæredibus, ne ſtatim & inconſideratè cogantur vel oneribus hæreditarijs ſe implicare, vel hæreditatem opulentam recuſare, ſicut in ff. eod. diximus. 1

Hic commodè iuxta promiſſum, forma inuentarij (quod beneficium hæredibus ne vltra vires hæreditatis teneantur, à Iuſtin. conceſſum eſt, *l. fin. h. t.*) explicari poſſet: tamen eam ad Nou. 1. reiecimus, ſaltem hic tractaturi, quid ſit Inuentarium, quę res in Inuentar. deſcribendæ veniant, & de eius effectu.

Inuentarium† vt definitur *per gl. in §. ſi verò abſunt in auth. de hæredib. & falcid.* eſt ſola ſcriptura, in qua res inuentæ in hæreditate conſcribuntur: hoc idem appellatur repertorium *in l. ſi tutor qui repertorium ff. de adminiſtr. tutor.* Debent autem omnes res † hæreditariæ quæ tempore mortis defuncti fuerunt, in inuentar. deſcribi, *l. ſcimus, §. ſi autem dubium, hoc tit.* An autem fructus qui poſt mortem teſtatoris ante aditam hæreditatem ex rebus hæreditarijs prouenerunt, inſcribendi ſint: controuertunt Dd. tamen cùm hæreditatis ſint, ſiue hæreditatem augeant, verius eſt inſcribendos eſſe. 2 3

Effectus conſcripti inuentarij ſunt. † primò, quòd hæres creditoribus hæreditarijs vltra vires hæreditatis non teneatur, tollaturque iniqua illa iuris ciuilis præſumptio, qua hæres non conficiens inuentarium, res ſubtraxiſſe videtur. *dicta lege ſcimus, §. ſin verò poſtquam*, ideo aduerſus omnes legatarios beneficio legis Falcidiæ vtitur, & retento quadrante Falcidiano, qui de legatis dodrantem ſuperantibus detrahitur, relicta legata præſtet, *dict. leg. ſcimus, §. ſin autem. hoc tit.* Secundò, quod poſſit hæres iure retentionis conſequi, quicquid in funus, teſtamenti inſinuationem, inuentarij confectionem, vel neceſſarias hæreditatis cauſas expendit. *dict. leg. ſcimus, §. in computatione*. Tertiò, quòd non confundantur actiones, quas contra defunctum hæres habet, ſed ipſi par ſit cum alijs creditoribus conditio, temporis tamen prærogatiua inter creditores ſeruanda. quartò, quod ſi creditores multi ſint, poteſt creditoribus primò venientibus, donec aliquid ex ſubſtantia defuncti ſupereſt, ſine ſuo damno ſoluere. Nam ſi, poſtquam patrimonium diſtributum eſt, alij creditores ſuperueniant, illi nullam actionem ſibi competentem aduerſus hæredem, ſed aduerſus legatarios ſiue creditores exercere poſſunt, *d. l. ſcimus, §. etſi præfatam*, pertinet quoque ad effectum, donec inuentarium conſcribatur, nullam eſſe licentiam creditoribus, vel legatarijs, vel fideicommiſſarijs hæredem inquietare, vel in iudicium debiti cauſa vocare, &c. ſed eſſe hoc ſpatium ipſo iure hæredibus conceſſum, nullo ſcilicet ex hoc interuallo, creditoribus hęreditarijs circa temporalem præſcriptionem præiudicio generando. *d. l. ſcimus, §. donec, &c.* 4

DE REPVDIANDA VEL ABSTINENDA HAEREDITATE. TIT. XXXI.

HAEres qui adimit hæreditatem, eam poſtea non poteſt repudiare: *l. 4. h. tit.* niſi fortè minor ſit, qui per reſtitutionem in integrum iuuari poterit, ſi omnia adhuc ſunt integra, *l. quod ſi minor 24. §. Scæuola, ff. de minoribus.* Et hæc ſunt intelligenda de hærede, non ſeruo. nam hæres ſeruus ſiue minor, ſiue maior non obſtante abſtentione bona paterna rectè petet, nec ei opus eſt reſtitutione in integrum, cùm ſit tutus ipſo iure. Differentia tamen eſt inter ſeruum hęredem minorem & maiorem, quia maior rebus diſtractis non auditur amplius, quo caſu tamen minor in integrum reſtituitur, *l. vlt. h. t.* Non obſtat *d. §. Scæuola*, vbi minor repellitur rebus diſtractis; nam eo loco agitur de minore extraneo, nos hic de minore ſuo agimus.

QVEMADMODVM TESTAMENTA APERIANTVR, INSPICIANTVR, ET DESCRIBANTVR. TIT. XXXII.

QVò repudiatio, vel tranſactio vim repudiationis habens, ritè fieri poſſit, rationi conueniens eſt, vt teſtamentum aperiatur, eiuſque copia detur illi cuius intereſt, ad quod is qui tabulas teſtamenti penes ſe habet, officio iudicis compellitur, *l. 1. h. t.* Forma aperiendi & publicandi teſtamentum iuxta conſuetudinem locorum variatur: debet tamen fieri teſtibus præſentibus, qui ſua ſigna recognoſcant: qui ſi abſint, is cuius intereſt coram iudice competente, & pro tribunali ſedente, libello porrecto petere poteſt, vt ipſius permiſſu in præſentia virorum honeſtorum tabulæ teſtamenti aperiantur, & his deſcriptis & perſpectis, à viris fide dignis præſentibus rurſus obſignentur, *l. teſtamenti tabulas eod.* Et hoc modo etiam aperiuntur codicilli. *l. codicillos eod.*

DE EDICTO D. HADR. TOLL. ET QVEMAD. SCRIP. HAERED. IN POSS. MITTANTVR. TIT. XXXIII.

1 *Explicat. l. fin. h. t.*
2 *Beneficium l. fin an quoque hæredi ab inteſtato competat.*

1 SVblato hodiè per Iuſtin. Edicto D. Hadr. tollendo, puta de viceſima fiſco inferenda, hæres ſcriptus ſiue ex parte, ſiue ex aſſe ſit hæres, coram iudice proferens teſtamenti tabulas non cancellatas, non abolitas, neque vitium aliquod viſibile continentes, illico mittitur in poſſeſſionem earum rerum, quas teſtator tempore mortis ſuæ poſſidebat, *l. fin. h. t.* dummodo & nullus contradictor exciterit, *Guid. p. q. deciſ. 132.* Dixi de vitio viſibili. nam vitium teſtamenti inuiſibile non impedit hæredem mitti in poſſeſſionem, *l. 2. h. t.* puta ſi quis dicat ſe eſſe filium exhæredatum, præteritum, teſtamentum eſſe falſum, &c. ijs non obſtantibus hæres ſcriptus mittitur in poſſeſſionem *d. l. 2.* quamuis petitio hęreditatis ob propoſitam

cau-

cauſam falſi differatur: *l.1. §. vlt. ff. de pet. hæred.* Nam illa intenditur ad obtinendum dominium rerum hæreditariarum: hæc miſſio tendit tantum ad obtinendam poſſeſſionem. Dixi dummodo & nullus contradictor extiterit. nam eo caſu illi huiuſmodi miſſio in poſſeſſ. concedenda, qui potiora iura probauerit. *d. l. fin.* Putat tamen Bartolus ibidem contradictorem non poſſe impedire decerni poſſeſſionem, ſi exceptiones altiorem indaginem requirant. *per clem. ſæpe de re iud.* Sed Guido citato loco hoc negat: modò contradictor eas ſummatim docere paratus ſit, *arg. l. fin. V. ſi poſſit indici, ſupr. de compenſ. l. à D. Pio 15. §. in venditione, ff. de re iud.* cuius ſententia fortè congruit textui *d. l. fin. h. tit.* Ad quid opus eſt miſſione ex hoc Edicto, cùm ſucceſſoribus detur interdictum quorum bonorum: ideo, quia vt quis vtatur interdicto quorum bonorum neceſſe eſt, vt ſaltem ſummatim probet ſe eſſe bonorum poſſeſſorem aut hæredem: at hic ſatis eſt, ſi oſtendat teſtamentum in quo ſcriptus eſt hæres. An autem † hoc beneficium detur hæredi ab inteſtato? hoc negat Guid. pap. & fortè hac ratione, quia hoc beneficium non competit, niſi duobus concurrentibus, niſi ſit ſcriptus hæres, & niſi ſit mittendus. Neque mirum eſt leges malle potius, vt citius vltimæ voluntates exequantur, quàm eius qui mortuus eſt ab inteſtato, quia non eſt nouum plus tribui expreſſæ, quàm tacitæ voluntati. 2

SI QVIS ALIQVEM TESTARI PROHIB. VEL COEGERIT. TIT. XXXIV.

DE HIS QVIBVS VT INDIG. TIT. XXXV.

DE CODICILLIS. TIT. XXXVI.

De his titulis in proprijs tit. in ff. diximus.

DE LEGATIS. TIT. XXXVII.

HOc titulo ſingulariter conſtituitur, vt pater legatum relinquere ab eo nequeat, quem filio ſuo exhęredato pupillariter ſubſtituit, *l. cùm quidem, hoc tit.* quia nullus eum grauare debet, quem non honorat. Deinde quod dicitur legatum in aliena re non conſiſtere, quando teſtator neſciebat rem alienam eſſe, non habet locum, quando legatum eſt perſonæ coniunctę, *l. cùm alienam 10. h. t.* quia prę ſumendum eſt, etiamſi teſtator ſciuiſſet rem alienam eſſe, nihilominus huiuſmodi perſonę coniunctæ legare voluiſſe.

DE VERBOR. ET RER. SIGNIFIC. TIT. XXXVIII.

Digitized by Google

IN hoc titulo ſpecialiter interpretationes quarundam rerum ad legata pertinentium exponuntur, vt ſi teſtator iubeat præſtare cautionem, hoc intelligatur de nuda repromiſſione, non de fideiuſſoribus, *l.3.h.tit.* Eſt & aliud exemplum in *l.1.& 2.h.t.*

SI OMISSA CAVSA TESTAMENTI.

TIT. XL.

De hoc dixi in ff.

DE INDICTA VIDVITATE, ET LEGE IVL. MIS. TOLLENDA.

TIT. XLI.

1 *Conditio viduitatis remittitur.*

2 *Lex Miſcella quid.*

1 OLim ſeruanda erat conditio, ſi Titio non nupſerit, †Bertæ hanc rem do, lego, vt legato capiendo locus eſſet. *l.cùm ita, ff.de condit.& demonſtr.* Sed reijciebatur, & pro non ſcripta habebatur iſta conditio, Titiæ, ſi non nupſerit, do, lego *l.Titia 99.ff.d.t.* Titia in poſteriore caſu capit legatum, in priore ſi nubit, perdit. Ratio differentiæ eſt, quod poſteriore caſu viduitas in perpetuum indicitur, quod abſurdum eſſe ll. latores putauerunt, ſed in priore caſu viduitas non indicitur, poteſt enim alteri, quàm Titio
2 nubere. Poſtea ſuperuenit l. Iulia†Miſcella, quæ permittebat mulieri ſi illi legatum fuiſſet, ne iterum nuberet, ad ſecunda vota impunè tranſire, dummodo iuraret ſe procreandorum liberorum cauſa hoc facere, & nuptias intra annum à morte viri computandum, iteraret. quo caſu capiebat legatum. Sed ſi poſt annum, ex eadem lege quaſi conditione defecta, non admittebatur ad legatum. nec ſi non nupſerit, aliter quàm ſi præſtiterit cautionem de re reſtituenda cum omnibus fructibus, quæ interponi ſolet in omnibus conditionibus, quæ in non faciendo concipiuntur, vti *in ff. ad tit. de cond.& demonſtr.* diximus. Sed ex Iuſtin. conſtit. viduitatis conditio remittitur, etiam poſt annum, etiamſi non iurauerit, ſe procreandę ſobolis gratia ad ſecundas nuptias conuolare, ita vt vſumfructum petere poſſit, & proprietatem liberis prioris matrimonij relinquere debeat, *vt in Nou.2. inf.* dicemus. Nec eſt neceſſe præſtare cautionem Mutianam &c. *l.2.h.t.* Et conditio quæ viduitatem indicit, ſicut ſpernitur in fœminis, ita & in maſculis: & relictum in caſu viduitatis futuræ, debetur ſtatim in euentum ipſius. *l.vlt.h.tit.* Sed *d.l.2.* nonnihil emendatur *in Nouell.2.* vbi dicemus.

DE HIS QVAE POENAE NOM. IN TESTAM. VEL COD. RELINQVVNTVR. TIT. XLI.

CVm non odio hæredis, ſed fauore legatarij legata relinqui debeant; ideo olim legata pœnæ nomine relicta non valebant. Sed illa ratione non obſtante Iuſtin. *in h.l. vnic.* ſtatuit eiuſmodi legatum valere, cùm voluntas teſtatoris potius ſit obſeruanda, quàm ſubtilior iuris ratio.

DE FIDEICOMMISSIS.

TIT. XLII.

De fideicommiſſis in ff. de legatis & fid. dixi.

COMMVNIA DE LEGAT. ET FIDEICOM. ET DE IN REM MISSIONE TOLLENDA.

TIT. XLIII.

1 *Fideicommiſſum in diem relictum, non poteſt alienari.*
2 *In rem miſſio.*

Fideicommiſſum † in diem vel ſub conditione relictum per hæredem non poteſt alienari. *l. fin. cum auth. res quæ, h. t. Gail lib. 2. obſ. 137.* & ſi quid alienauerit, vel pignori dederit, in hæredem perſecutio extraordinaria hæredis fideicommiſſarij interuentu, hærede autem non exiſtente ſoluendo, in extraneum poſſeſſorem † ſolennis in rem miſſio olim fiebat. Sed errore in rem miſſionis ſublato, Iuſtinianus voluit rei fideicommiſſariæ reſtitutioni obnoxiæ, diſtractæ, vel in cauſam pignoris obligatæ perſecutionem ordinariam eſſe, in eumque finem, actiones tam perſonales, quàm in rem, & hypothecariam, non tantum hæredem, ſed etiam in emptorem, & quemlibet poſſeſſorem competere, *d. l. fin. §. ſed quia.* 1 2

Tractat hic titulus præterea quæ fideicommiſſis cum legatis communia ſint, ſed ſuperuacaneum eſt de ijs dicere, cùm hodiè legata fideicommiſſis exæquata ſint, ita vt nulla ſit differentia, quæ per rerum naturam tolli potuerit, *§. ſed non vſque, inſt. de legat.*

SI FALSA CAVSA ADIECTA IN LEGATO ET FIDEICOM. TIT. XLIV.

DE HIS QVAE SVB MODO LEGATA VEL FIDEICOM. RELINQVVNTVR. TIT. XLV.

DE CONDIT. INSERTIS, TAM IN LEGATIS, QVAM FIDEICOM. ET LIBERTATIBVS.

TIT. XLVI.

Hi tituli in ff. de cond. & dem. explicati ſunt.

DE VSVRIS ET FRVCTIBVS LEGATORVM VEL FIDEICOM. TIT. XLVII.

LIcet in actionibus ſtricti iuris vſuræ nullo tempore citra ſtipulationem debeantur, *l.1.ſup.de cond.ind.* tamen vſuræ in legatis & fideicommiſſis inſtar iudiciorum bonæ fidei à tempore moræ debentur, *l.mora,ff.de vſur.* Nec obſtat *§.actionum inſt.de act.* quaſi actio ex teſtamento ſit ſtricti iuris, ex eo quod ibidem non referatur inter actiones bonę fidei; nam quantum ad fructus & vſuras attinet, comparatur bonæ fid. vt nimirum vltimæ voluntates citius ſuum effectum ſortiantur. Nec obſtat *l.1.h.t.* quam I. Corraſ.*l.2.miſcell.c.7.* valdè contra noſtram ſententiam torquet. Sed dicendum eo loco quidem doceri, vſuras exigi poſſe à tempore litis conteſtatæ, ſed non negari, quin etiam debeantur ſiue currant ante litem conteſtatam, quamuis mora hæredis non prius quàm per interpellationem arguatur, vt loquitur *d.l.1.& fin.h.t.*

AD SENATVSC. TREBELL. ET DE INCERTIS PERSONIS. TIT. XLVII.

DE Trebell. in ff.eod. diximus. poſſent quidem aliquæ quæſtiones ad hunc tit. accommodari, ſed eas in alium locum breuitatis ergo reiecimus. De incertis perſonis dicitur in §.incertis, inſt.de leg. Incertis quippe perſonis non poterat legare, tum quia propter incertitudinem perſonæ non poterat legatum commodè ad exitum perduci: *l ſi duo ſint.ff.de teſtam.tut.* tum quia amicis & notis ferè legamus, *l.amiciſſimos,ff.de excuſ.tut.* Hodiè tamen incertæ perſonæ relictum valet; modò tamen talis perſona incerta, vel nunc, vel in futurum certificari poſſit, *§.ſed nec huiuſmodi ibi Mynſ.inſtit. de leg l.ſi quis ita ſcripſerit,ff.de rebus dub.Bart.in l.qui iam relegatus eod.*

AD L. FALCIDIAM. TIT. XLIX.

De hoc dixi ff.eod.tit.

DE CADVCIS TOLLENDIS.

TIT. L.

1 *Capitula aliqua, ſiue continuatio.*
2 *Diuiſio ad intelligend.tit.*
3 *Caduca quæ dicebantur.*
4 *Ius accreſcendi tacitè ex l.poteſt, eſt inductum.*
5 *Coniuncti trifariam dicuntur; & de iure accreſcendi.*

1 VT impendijs bellorum ſubueniretur, lata lege Papia Poppæa cauſam fiſci bonam fecit Auguſtus grauiſſimis oneribus, ciues ſuos opprimens; eius legis plura fuerunt capita. In primis cauebatur, vt decima pars eorum applicaretur fiſco, quæ coniunx moriens ſine liberis coniugi reliquiſſet, qua de re tractat Vlp. *in fragm.tit.16*, quod quidem poſtea ſub-

latum eſt, *l.1.& 2.inf.de infer.pœn.* Secundò cauebatur, vt extraneus hæres vigeſimam hæreditatis partem fiſco deferret. *l. vlt. ſupr. de Edict. Diui Hadr. toll.*

Tertiò cauebatur, vt ſi ſcriptus hęres, vel viuo adhuc teſtatore moreretur, vel eo mortuo ante apertas teſtamenti tabulas moreretur, ad fiſcum bona deuoluerentur. Quartò, vt legata caduca & quaſi caduca fiſco impenderentur, quę, vt ea alia ferè omnia, hodiè ſunt emendata, *l. vnic. §. in nouiſſimo, h.t.*

Sed vt hic titulus melius intelligatur, †eorũ, quæ in teſtamentis relinquuntur, ſciendũ eſt, quædã ex ſcriptis ſine pro non ſcriptis haberi. quædã in cauſam caduci: quędam caduca. pro non ſcriptis ea ſunt, quæ ab initio non valent, vtputa quæ ſunt illis relicta, quæ erant defuncti, vel incapaces tempore teſtamenti conditi, in quibus rebus nihil eſt derogatum iuri antiquo, cùm talia tam hodiè, quàm olim manent apud hæredem ſine onere, quaſi ſcripta aut legata minimè fuiſſent: & per conſequens quaſi nullum onus illis fuiſſet impoſitum. *d.l. vnic. §. in primo.* Caduca dicebatur,† 2
quæ iure relicta capaci aliqua ex cauſa poſt mortem teſtatoris cadunt ab eo in fiſcum. veluti ſi poſt mortem teſtatoris ex parte hæres ſcriptus aut legatarius ante apertas tabulas vita deceſſerit. vide plures caſus apud Cuiac. *in ſum. h.t.* 3

Quæ verò deficiunt viuo teſtatore, vt ſi viuo teſtatore legatarius moriatur, aut conditio legati deficiat, ex lege Papia ſunt in cauſa caduci, id eſt, iure eodem quo caduca, fiſco ſcilicet obnoxia. Sed hodiè quæ ſunt caduca, vel in cauſam caduci, non deferuntur amplius ad fiſcum, vtpote abrogata l. Papia, ſed vel ad ſubſtitutum ipſius legatarij deficientis, vel ad hæredem deferuntur cum ſuo onere, *d.l. vnic. § pro ſecundo.* Quinimò ſi legatarius non deficiens non habet ſubſtitutum, ſed collegatarium pars eius vacans collegatario obuenit *d. l. vnic. §. hic ita.* Quod quidem vt melius & exactius percipiatur, materiam iuris accreſcendi hic breuiter tractabimus. Pro cuius ſciẽtia tenendũ eſt ius accreſcẽdi†, tacitè ex legis poteſtate eſſe inductum, quo portio vacans agnitę portioni obtingit, quod non lex 4
noua, ſed antiqua introduxit, vt patet *ex l. Celſus 29. §. 1. ff. de leg. 2.* Secundo ſciendum eſt coniunctos trifariam dici:† alij namque re & verbis ſimul, alij 5
verbis tantum, alij re tantum, *l. re coniuncti, ff. de leg 3.* Re & verbis coniuncti dicuntur, quos nominum & rei complexus iungit: vt Lucio & Seio fundum Sempronianum do, lego *l.142. triplici, ff. de verb. ſign.* hi verbis coniuncti ſunt propter copulam: re item, propter rei legatę vnitatem. Re tantum coniuncti ſunt, quos etiam diſiunctos vocant, quibus ſeparatim & diuerſis verborum orationibus eadem res ab eodem ſimpliciter relinquitur: vt Titio domum meam do, lego: Seio domum meam do, lego. Illi ſunt verbis diſiuncti, quia poſiti ſub duabus orationibus: ſed re coniuncti, quia vocati ad eandem rem, ſcilicet, domum meam. verbis tantum,

coniuncti dicuntur, quibus vno ſermone, atque vna eademque clauſula teſtator eandem rem factis portionibus reliquit; veluti Seio & Titio domum æquipartibus, vel tertiam Titio, & reliquam Seio, do, lego. plura ſunt exempla *in d. l. triplici, & l. reconiuncti.* In coniunctis verbis & re ſimul hæc regula eſt, concurſu fieri partes inter legatarios: non capientis autem partem alteri cum onere adcreſcere, quia coniunctio facit, vt quiſque ſuam partem capiat. *d. l. vnic. §. hoc itaque.* In diſiunctis eadem fere regula eſt, vt concurſu fiant partes, ſed in hoc differens eſt, quod ſine onere non capientis pars accreſcat. quaſi teſtator ita videatur voluiſſe, vt ſuum quiſque onus ferat, cùm legat ſeparatim *§. ſin autem cum ſeq. h. t.* Quod ſi teſtator in diſiunctis vtrumque ſolidum habere voluerit, idque expreſſerit, vni res, alteri pretium præſtandum videtur: *l. Iulianus, ff. de hæred. inſt. l. 33. ſi pluribus, ff. de leg. 3. d. §. ſin autem:* quamuis hoc nonnihil diſceptetur inter Duar. *lib. 1. c. 7. de iur. accreſ. & Coraſ. in l. teſtamento, n. 7. de impub. & alijs ſubſt. n. 7.* In verbis coniunctis aliqui opinantur ius accreſcendi locum non habere, tum quia *in §. ſi eadem res, inſtit. de leg.* de his nil agitur: tum quia teſtator nominatim partes diſtinxit, vnde de concurſu aut accretione nihil quærendum, propter expreſſam teſtatoris diſtributionem. Duar. verò contrarium tenet, & ait Iuſtin. hoc in ſua conſtit. apertè ſtatuere, vbi dicit coniunctos propter vnitatem ſermonis quaſi in vnum corpus redactos eſſe, *vide quæ dixi in ff. de vſufr. accreſc.* An autem ſicut verbis, & re ſimul coniuncti alijs præferuntur, *d. l. reconiuncti.* ita & coniuncti verbis, re tantum: *vide Gomeſ. tom. 2. reſ. c. 10. n. 32.*

DE HIS QVI ANTE APERT. TAB.

TIT. LI.

OLim hærede moriente ante apertas tabulas teſtamenti: eius ius non tranſmittebatur ad eiuſdem ſucceſſores, hodie tranſmittitur, ſiue ſint ſui, ſiue extranei hæredes. *Cuiac. in ſumm. hoc tit.* Sed an regulariter hæreditas non adita tranſmittatur: *vide Gail lib. 2. obſ. 131.* cęteri tituli vſq; ad tit. 58. incluſiuè ſunt in ff. in proprijs ſuis titulis explicati.

DE BONIS MATERNIS ET MATERNI GENERIS. TIT. LIX.

DE BONIS QVAE LIBERIS.

TIT. XL.

HOdie bona vndecunque quæſita, dummodo non ex patris ſubſtantia, filiusf. non quærit patri, niſi quoad vſumfructum, *l. 1. & 2. de bon. mat.* exceptis caſtrenſibus, vel quaſi quæ pleno iure remanent filijs, *l. 6. de bonis quæ lib. & alijs in auth. excipitur, & per gloſſ. ibid. eod. tit. poſitis.*

DE HAEREDITATIBVS DECVRIONVM.

TIT. VLT.

QVando quis moritur abinteſtato nullos agnatos vel cognatos relinquens, eius bona non ſtatim ad fiſcum deferuntur, ſed ei præfertur corpus ſeu collegium, cui defunctus erat inſcriptus, *l.1.& 2.hoc tit.*

CODICIS D. IVSTIN. SACRATISS. PRINCIP. LIBER VII.

DE VINDICTA, LIBERTATE, ET APVD CONCILIVM MANVMISSIONE.

TIT. I.

IN hoc titulo & ſequentibus vſque ad titulum de nudo iure Quiritum tollendo, agitur de ſeruis eorumque manumiſſionibus: item de conditionibus tam manumittentium quam manumiſſorum, de quibus ſingulis in ff. diximus. Hoc vnum tantum ex d. tit. de nudo iur. Quir. toll. notandum, quod ſicut olim erat diſtinctio in libertate, ſic & in ſeruis. Nam alij erant in poteſtate ex iure Quiritum, puta quos vſu cepiſſent domini, vel quibus in iure ceſſi aut mancipati fuiſſent. Et hi ſi manumittebantur, fiebant ciues Romani, quia ex iure quiritum manumiſsi erant, quo iure ſoli ciues Romani tenentur. Alij verò ſerui erant in bonis dominorum ſuorum, puta ſi illis traditi fuiſſent ex cauſa emptionis, non mancipati, vſucapti vel ceſsi, & hi erant in bonis venditoris ex iure Quiritum, quod nudum erat ius & inane. nam ex omnibus cauſis adquirebant emptori, auctore *Vlp. lib. regul. tit. 1. & ius. Theoph. in tit. inſt. de libert.* Sed ex hac conſtit. Iuſtin. *vnica tit. de iud. iur. Qui toll.* vna conſonantia in ſeruis omnibus eſt, vt quocunque iure quis ſerui dominus ſit, plenè dominio in eo potiatur, & manumittendo ciuem Romanum faciat, ſublato nomine ex iure Quiritum, quod tamen in vindicatione filij, Hunc hominem ex iure Quiritum, meum eſſe aio, etiam hodiè remanſit, *d. l. vnic. Cuiac. hic.*

DE VSVCAPIONE PRO EMPTORE VEL VSVCAPIONE. TIT. XXVI.

1 *Quis pro Emptore vſucapere dicatur.*
2 *Ratio cur bona fides vtroque tempore in vſucap. pro emptore requiratur.*
3 *Differentiæ inter præſcript. rei mobilis & immobilis.*
4 *Quæſtio circa ſecundam tit. partem.*

1 PRo emptore vſucapere dicitur, † qui rem emit à non domino bona fi-
2 de. Requiritur autem bona fides vtroque tempore venditionis, *l. 2. ff. eod.* Ratio poſita eſt † in bona fide quæ in emptionis contractu propter eius frequentiam requiritur vberius quã in cæteris contractibus. Hinc fit vt ex titulo emptionis putatiuo non procedat vſucapio, cum tamen procedat ex cæteris contractibus *d. l. 2.* quia vt dixi, bona fides vtroque tempore ſpectatur, ſed hoc caſu tempore contractus, non potuit interueniſſe bona fides. Cur autem in alijs contractibus bona fides requiratur potius tempore traditionis, cum tamen vtique initium cuiuſque rei ſit ſpectandum, hæc eſt ratio, quia poſſeſsio eſt, fundamentum vſucapionis & præſcriptionis, quæ poſſeſsio per traditionem acquiritur: vnde fit vt quantum attinet ad fidem bonam, potius ſpectandum ſit poſſeſsionis initium
3 quam contractus. Eſt autem hic obſeruanda differentia † inter rem mobilem & immobilem, vt in rei alienæ venditione ſi mobilis ſit, exigatur bona fides vtriuſque, id eſt venditoris & emptoris. Nam ſi emptor ſit bonæ fidei, venditor malæ fidei, res furtiua eſt, *l. 1. 4. 5. 6. hoc tit.* In venditione verò rei immobilis ad vſucapionem ſufficiat bona fides emptoris, niſi res à venditore vel auctore venditoris vi poſſeſſa ſit, *l. 5. hoc tit.* Cæterum ſi non ſit vi poſſeſſa, propter malam fidem venditoris, quia rei immobilis furtum non fit, res nullo vitio laborat, & vſucapi poteſt ab emptore bonæ fidei, ſi ſciente domino vendita ſit. nam ſi neſciente eo, emptori neceſſaria eſt hodiè præſcriptio 30. annorum. *Nou. 119. c. 2. De quæſtione l. 3. & 6. hoc ſcripſit Cuiac. doctiſsimus ad l. 4. ff. de vſucap.*

4 Quod ad ſecundam huius † tituli partem attinet, vſucapio pro tranſactione tunc indubiè procedit, quando quis à non domino rem titulo tranſactionis accepit, *l. pen. hoc tit.* Sed nunc procedat vſucapio pro tranſactione, quando is qui alteri monebat controuerſiam, pretio aliquo accepto diſceſsit à lite, rem prius controuerſam relinquens poſſeſſori cum quo tranſactio celebrata dubitatur? & plerique cum Baldo ad *d. l. pen.* negant moti hac ratione, quia per hoc non datur titulus in ipſa re, hoc eſt, per tranſigentem res poſſeſſori non traditur, nec aliquod ius in eum transfertur, *l. ſi pro fundo ſup. de tranſact.* Sed cuiac. hic in ſumma putat hoc etiam caſu procedere vſucapionem ex cauſa tranſactionis. Nam is, inquit, qui diſcedit a lite, intelligitur in alium transferre ius quod prætendebat, & intelligitur aliquo modo rem tradidiſſe.

DE

DE VSVCAPIONE PRO DONATO.

TIT. XXVII.

VSucapere pro donato is dicitur, cui res non affecta vitio furti, *l.1. hoc tit.* donata eſt & tradita à non domino, vel qui rem ſibi ab aliquo traditam iuſtè putat ab eo ſibi donatam.

DE VSVCAPIONE, PRO DOTE.

TIT. XXVIII.

De hoc titulo in ff. eod. diximus.

DE VSVCAPIONE PRO HAERED E.

TIT. XXIX.

1 *Vſucapere pro hærede quis dicitur.*
2 *Requiſitæ ad hoc vſucapionis genus.*
3. *Quæſtio an ſuus hæres vſucapere poſsit.*

VSucapere † pro hærede dicitur, qui rem inuentam in defuncti hæreditate, vt hæreditariam bona fide poſsidet, quæ tamen erat aliena, *l.3 ff. eod.* Ad quod vſucapionis genus primò requiritur † vt vſucapiens verè ſit hæres, *l.3. hoc tit.* aut ſaltem iuſtam cauſam & probabilem habeat exiſtimandi ſe hæredem, *l. non ſolùm §. quod vulgo ff. de vſucap.* ſecundò requiritur, vt res ſit talis, apud quem defunctus potuerit vſucapere. cùm enim hæres in omne ius defuncti ſuccedat neceſſe eſt, vt eam rem nequeat vſucapere quam defunctus non potuit vſucapere, *l. cum hæres 11. ff. de diuerſ. & tempor. præſcript.* Ideoque ſi defunctus rem teneat alienam mala fide, eam non præſcribet hæres, licet bonæ ſit fidei, quod indubiè procedit, quando tempore defuncti vult vti. Sed dubium eſt, ſi nolit vti acceſsione defuncti, ſed potius ipſe præſcribere iuſto tempore? & ad, huc non poteſt pro hærede vſucapere *l.1. hoc tit.* cum eadem perſona ſit cum defuncto, & in omne eius ius ſuccedat. Imò iure Pontificio tenetur hæres animam defuncti exonerare, *c. vlt. de ſepultur.* An autem ſuus hæres vſucapere poſsit, † grauiter controuertitur? & pleriq; Dd. vt apud VVeſ. in eod. videri licet, hoc indiſtincte negant primò, per *l. 2. hoc tit.* ſecundò per *l.25. §. vlt. ff. eod.* Sed his non obſtantibus Vigl *in §. ſui hæredes inſt. de hæred. qualit. & differ.* hoc affirmant. nam ſui hæredes propriè vereque ſunt

hære-

hæredes, vnde non debent prohiberi magis à beneficio vſucapiendi pro hærede,quam alij hæredes,ne ſcilicet ſuitas,quæ eorum commodo & fauore eſt inducta,vertatur in eorum detrimentum. Deinde facit textus in *l.pen.§ ſi pater. ff. pro ſuo.* Non obſtat primum argumentum, quia in *d. l.2.* non negatur ſuos hæredes vſucapere poſſe, ſed hoc dicitur, quod hæredibus exiſtentibus non poſsit extraneus pro hærede vſucapere: multò minus obſtat, *d.§.vlt.* nam ibi agitur de rebus filio à patre donatis, quos cum ſemel filius poſsidere cœperit patre viuo ex titulo donationis,poſtea non poterit alio titulo poſsidere,veluti titulo pro hærede,ne ſcilicet ſibi mutet cauſam poſſeſsionis.

Hæc quæ diximus de vſucapione pro hærede, eadem quoque obtinent in vſucapione pro poſſeſſore,quod intelligendum eſt de bonor. poſſeſſore qui hæredi ſimilis eſt: *argt. tit. ſup. ff. de bonor.poſſ.hæred.petit. & l. 3. ff. de bonor. poſſ.* non verò de eo qui abſque titulo & bona fide pro poſſeſſore nudo velut prædo poſsidet, *l.10. cum ſeqq. ff. de petit. hæredit.*

COMMVNIA DE VSVCAPIONIBVS.

TIT. XXX.

COmmune eſt omnibus vſucapionibus, vt poſſeſſio legitimo tempore continuata,non alieno,ſed proprio nomine fiat. ideo colonus cum non ſibi,ſed domino poſsideat non vſu capit, *l. 1. hoc. tit.* Item quod titulum & bonam fidem omnes requirant *l. fin. hoc. tit.* & denique quod res fiſci nullo titulo vſucapiantur. *l.2.h. tit.*

DE VSVCAPIONE TRANSFORMANDA ET DE SVBLATA DIFFERENTIA RERVM MANCIPI, ET NEC MANCIPI.

TIT. XXXI.

1 *Senſus h. rubr.*
2 *Res mancipi quæ.*
3 *Res nec mancipi quæ.*
4 *Mancipatio per æs & libra quid propriè.*
5 *Traditio quid propriè apud veteres.*
6 *De vſucap. rer. mancipi nec mancipi.*

1 SVblata differentia mancipi † & rerum nec mancipi, de quibus *Vlp. in frag t.19.* Iuſtinianus docet, res mobiles vſucapi triennio, quæ olim vno anno vſucapiebantur. Item res immobiles 10. annis inter præſentes & 20. inter abſentes, quæ olim biennio vſucapiebantur, *l. vnic. hoc tit.* Cùm perquam vtile & neceſſarium ſit ad conciliandas multas ll. noſſe & intelligere iura vſucapionum, quæ olim fuerunt,& nunc ſunt; ideo ea quæ in hunc tit. ſummariè tradidit Cuiacius, antiquitatis periciſsimus ſcrutator, ſubijcere volui, ſperans hoc beneuolum lectorem boni æquique conſulturum.

Res mancipi ſunt prædia vrbana & ruſtica, quæ ſunt in Italia, res Itali-

ci ſo-

ci ſoli & iura prædiorum ruſticorum,vt iter, via, actus,aquæductus,quæ & ipſa res ſoli Italici intelliguntur,& eodem iure cenſentur quo res ſoli,*l.2.ſup. de ſeruit. & aqua.* Item ſerui res mancipi ſunt, & quadrupedes quæ dorſo colloue domantur,vt boues, equi muli,aſini &c. *Vlp. lib. 1. reg. tit. 19.*
Cæteræ res nec mancipi † ſunt,veluti prædia prouincialia quæ dicuntur, 3
vt erant ſtipendiaria vel tributaria,& feræ beſtiæ licet domitæ ſint, & o-
ues,capræ,ſues &c. Rerum mancipi propria † alienatio eſt mancipatio 4
per æs & libram, quò genere ſi à domino fiat, dominium adquiritur ex iure Quiritium,ſi à non domino vſucapionis cauſa præſtatur. Rerum nec
mancipi alienatio † propria eſt traditio per quam non ex iure Quiritium 5
ſed in bonis iure naturali dominium adquiritur,nec alienari eę per mancipationem vllo modo poſſunt,inde his & illis nomina. At vſucapionem
Vlp. ait eſſe communem alienationem † rerũ mancipi nec mancipi, quod 6
verum eſt tantum in rebus mobilibus vel ſe mouentibus, non in rebus ſoli. Nam ea prædia tantum vſucapi poſſunt quæ mancipi ſunt,id eſt,quæ ſolo Italico continentur non prouinciali, vel iura eorum quæ nec mancipi ſunt, *l. cum ſponſus §. in vectigalibus ff. de public. in rem act.* quæ tamen res non impedit eorum vindicationem, quia in rei vindicationem qualecunque dominium deduci poteſt, *l. ſi mater §. eandem ff. de except. rei iudic.* At res mobiles & ſe mouentes vſucapi poſſunt, ſiue mancipi, ſiue nec mancipi ſint vbique locorum in Italia & in prouincijs,vt refert conſtitutio huius tituli, in qua verbum nexus ſumitur pro quacunque datione, vel obligatione,vel liberatione per æs & libram. Specialiter autem mãcipatio ſiue datio rei quæ fit per æs & libram, præſentibus non minus quam 5. teſtibus ciuibus Romanis, puberibus, vt libri pendæ,& interpoſitis certis ſolennibuſque verbis, quæ Boetius ex Caio profert, cuius authoritate etiam in hanc rem in hoc tit. vtitur Cinus ex ſcriptis,& ipſe fatetur, Iacobi Rauennatis.Quæcunque igitur res lege 12.tabul. aliter niſi per hanc iuris ſolennitatem abalienari non poterant, hæres mancipi vocabantur. Prætere-
ea † ſciendum eſt ſecundum ius vetus, id eſt 12. tab.rei mobilis aut ſe mo-
uentis vſucapionem eſſe annum,cuius iuris veſtigia ſunt in *l. nunquam §. 1. ff.* 7
de vſucap. d. l. cum ſponſus §. pen. rei immobilis biennium in Italico ſolo tantum, non in prouinciali. Et vt ſummam dicam totius iuris veteris, quantum intelligi ex ſupradictis poteſt,differentia fuit inter res mancipi, & nec mancipi,inter ſolũ Italicum & prouinciale, inter dominium ex iure Quiritiũ, & dominium in bonis,quas Iuſtin. ſuſtulit,ac primùm quidem dominij differentiam ſup. tit.25. vt omnes rerum ſuarum intelligerentur eſſe domini eodem pleno legitimoque iure, & hoc titulo,differentiam locorum,vt vbique vſucapio procederet, ſicut præſciptio longi longioriſue temporis,& differentiam rerum mancipi & nec mancipi,vt omnes res quoquo modo abalienari poſſent. Et tempus anni mutauit in triennium,biennij in decennium inter præſentes, & vicennium inter abſen-

tes: quam longi temporis vſucapionem vt ampliaret magis, vt obtinuit in præſcriptione longi temporis, declarat & in vſucapione ſatis eſſe, ſi initio poſſeſsionis bona fides interuenerit, vt *l. bonæ fidei ff. de adquir. rer. dom.*

DE ACQVIRENDA ET RETINENDA POSSESS. TIT. XXXII.

1 *An ex contractu inutili transferatur poſſeſsio.*

1 DE hac materia in ff. eod. explicatum eſt. An autem ex contractu inutili transferatur poſſeſsio † per traditionem? quod videtur dicendum per *l. 1. §. ſi vxori ff. eod.* quia poſſeſsio transfertur immediatè ex traditione, & mediate tantum ex contractu: atque cauſa illa immediata, magis conſideratur quam mediata, quod tamen ſecundum quoſdam non obtinet, quando perpetuum eſt impedimentum: ſi namque prohibeantur aduenæ ſtatuto conſequi res immobiles, & aliquis ex illis emat rem immobilem, non acquirit poſſeſsionem, quantumuis ea res ipſi tradatur, nec obſtat, *d. §. ſi vir vxori*, nam inquiunt quando vir donat vxori, licet donatio ſit inutilis, tamen quia non eſt perpetuum hoc impedimentum, vtpote cum donatio morte donatoris confirmetur, acquirit mulier poſſeſsionem ex traditione ſibi facta. *vide Zaſ. in d. §. ſi vir vxori.*

DE PRAESCRIPTIONE LONGI TEMPORIS, DECEM, VEL VIGINTI ANNOR. TIT. XXXIII.

1 *In hoc tit. agitur de præſcript. rer. immob.*
2 *Præſentes & abſentes qui dicantur.*
3 *Quando tollantur act. in rem.*

EX poſſeſsione cum iuſto titulo, prouenit præſcriptio pro diuerſitate, rerum mobilium vel immobilium. mobiles enim triennio, vt ſup. diximus, vſucapiuntur: Immobiles verò decennio inter præſentes, vicennio inter abſentes præſcribuntur, *l. fin. hoc tit.* dummodo poſſeſsio tanto tempore continuata proceſſerit, & eius initium bona fide & titulo non
1 caruerit, *l. 2. hoc tit.* In hoc tit. † agitur de præſcriptione rer. immobilium quæ decennio inter præſentes, & vicennio inter abſentes præſcribuntur,
2 vt iam diximus. Præſentes † videntur qui in eadem prouincia ſunt, licet non in eadem ciuitate commorentur, vel ibidem domicilium habeant, *d. l. fin. & Nou. 119.* contrà abſentes dicuntur, qui non in eadem prouincia de-
3 gunt. Eodem tempore actiones reales † tolluntur aduerſus bonæ fid. poſſeſſorem, niſi is à malæ fidei poſſeſſore rem comparauerit ignorante domino, tunc enim ad tollendam actionem in rem, quæ contra ipſum bo-

næ fid. poſſeſſ. ad vindicandam rem inſtitui poteſt, præſcriptione 30. annor. opus habet, *Auth. malæ fidei hoc tit.*

IN QVIBVS CAVSIS CESSAT LONGI TEMPOR. PRAESCRIPT.

TIT. XXXIV.

1 *Caſus quibus act. in rem finiuntur 30. annis.*
2 *Ratio cur. act. reales minore tempore præſcribantur.*

ALiquando in realibus actionibus ceſſat longi temporis præſcriptio † Et in primis in act. famil. erciſ. & comm. diuid. *l. 3. h. tit.* prætereà 1
in petit. hæredit. *l. 4 hoc tit.* Ratio eſt, quia iſtæ actiones habent aliquid perſonalitatis. Actionibus autem perſonalibus non præſcribitur breuiore tempore 30. annor. *l. 5. inf. tit. ſequ.* Sed cur in actionibus reales † minore 2
tempore præſcribuntur quam perſonales? quia in realibus non ſolum ſpectatur odium domini rem ſuam negligentis, ſed etiam fauor præſcribeans, qui rem tempore legitimo poſsidet. At in perſonalibus tantum conſideratur odium actoris rem ſibi petere negligentis. *vide quæ diximus in ff. eod.*

QVIBVS NON OBIICITVR LONGI TEMPOR. PRAESCRIPT. TIT. XXXV.

SVnt aliquæ perſonæ, contra quas non currat præſcriptio longi temporis. Et in primis militibus in expeditione degentibus *l. 1. & vlt. hoc tit.* deinde abſentibus reipubl. cauſa, vel aliam legitimam ob cauſam abſentibus *l. 2. 4. & 6. hoc tit.* denique regulariter minoribus 25. annis huiuſmodi præſcriptio obijci non poteſt. *l. 3. hoc tit.*

SI ADVERSVS CREDITOREM PRAESCRIPTIO OPPONATVR.

TIT. XXXVI.

QVamuis à tertio poſſeſſore præſcribatur longo tempore actioni hypothecariæ aduerſus creditorem, præterquam ſi debitor, vel eius ſucceſſores obligatæ rei poſſeſsioni incumbant: nihilominus, adhuc manet ſalua contra debitorem principalis actio. *l. 1. & vlt. h. t.*

DE QVADRIENNII PRAESCRIPTIONE. TIT. XXXVII.

BOna vacantia fiſco nondum nunciata, contra fiſcum præſcribuntur longo tempore, *l. quamuis 18 ff. de vſucap.* ſed eadem iam nunciata fiſco præſcribuntur quadriennio, *l. 1. hoc tit.* At vbi ſunt incorporata in patri-

mon. fiſci amplius non præſcribuntur. *§. res fiſci inſt. eod. de vſucap.* vbi autem agitur de denunciatione commiſsi, talis denunciatio quinquennio excluditur, *l. 2. ſup. de vectig. & com.* præterea qui emit aliquid à fiſco, etſi alienum ſit, tamen ſtatim efficitur dominus, quamuis domino contra fiſcum pro precio detur regreſſus vſque ad quadriennium, *l. omnes l. benè a zenone hoc tit. d. §. vlt.*

NE REI DOMINICAE VEL TEMPLORVM VINDICATIO LONGI TEMPORIS EXCEPT. SVBMOVEATVR. TIT. XXXVIII.

RES dominicæ ſunt res propriæ principis, quæ longo tempore non præſcribuntur, veluti nec res templorum aut ciuitatis, *l. 1. 2. & 3. eod.*

DE PRAESCRIPT. 30. VEL 40. ANNOR. TIT. XXXIX.

1 *Præſcriptio 30. annor. ad quas act.*
2 *Præſcript. 40. annor. à quo & ad quas.*
3 *Differentia inter præſc. longiſſ. temp.*

1 HAEc præſcriptio 30. annor. iure pandectar. ignota fuit. Pertinet autẽ † ad illas actiones, quæ antea erant immortales, ſiue longo tempore
2 ob aliquod vitium non poterant præſcribi. Præſcriptio verò 40. † annor. introducta eſt ab Anaſtaſio in *l. 4. h. t.* qua illæ actiones quæ nec 30. annor. ſpatio tolluntur, 40. annorum decurſu, & ex eo conſtituta præſcriptione penitus eneruantur, *l. omnes eod.* Qualis eſt actio hypothecaria, quando debitor vel eius hæres vult præſcribere aduerſus creditorem, *l. cum notiſsimi 7. hoc tit.* Quod ſi verò ſecundus creditor poſsideat pariter contra primum creditorem actioni hypothecariæ 40. annor. ſpatio præſcribit, & hoc ita ſi tanto tempore debitor, cuius perſonam in pignore vel hypotheca ipſe repræſentat, vixerit: nam dum ille viuit, merito anterior creditor confidit, vtpote apud debitorem eius poſſeſsione per poſteriorem creditorẽ conſtituta, *d. l. 7. §. ſed cum in fin.* aliàs verò 30. annor. decurſus ad tollendam hypothecariam ſufficit, ſi tamen continuationem temporis, quo ipſe & auctor ſuus poſſederunt, non fieri velit. nam ſi & auctoris ſui tempus cõputare, vt & ipſius poſſeſsio ſuæ ſc. poſſeſsioni accedat malit, 40. annor. ſpacium ad ſubmouendam hypothecariam actionem, deſideratur *d. §. ſed cum illud.* Quod etiam cùm illa diſtinctione obſeruatur in præſcriptione iuris offerendi, vt ſi poſterior creditor anteriori debitum offerat, & is lõgæuæ poſſeſsionis præſcriptionẽ ipſi opponat, *d. l. 7. §. eodem iure.*

Hæc præſcriptio longiſsimi temporis à præſcript. longi tempor. in eo

differt

Digitized by Google

differt † quod illæ res quæ longo tēpore præſcribi poſſunt, vt eſt exemplū in l.1.h.t. Item res furtiuæ, & vi poſſeſſæ § furtiuæ, inſt. de vſucap. & publicæ functiones, l. comperit, h. tit. &c. longiſſimo tempore præſcribantur. Præterea, quod illa non pariat dominium ei qui præſcribit, ſed dūtaxat exceptionē iuris, quæ repellit dominum rem ſuam repetere volentem poſt 30. vel 40 annos. vnde ſi dominus poſt tantum ſpatium elapſum ſine violentia rem ſuam nactus fuerit, ab eo rem ſuam repetere nō poterit qui eam præſcrip ſerat mala fide. l.8.§.1.h.t. hæc verò parit dominium iuxta Dd. vti in ff. diximus. Deinde in eadem præſcriptione tantum habetur ratio pupillaris ætatis, in præſcriptione autem longi temporis habetur inſuper ratio minoris ætatis, abſentiæ, & militiæ. 5

DE ANNALI EXCEPTIONE.

TIT. XL.

1 *Exceptio annalis à Iuſt. ſublata.*
2 *Interruptio poſſeßionis quomodo fiat.*
3 *Petitio generalis plurium rerum vel ſummarum interrumpit omnium poſſ.*

OLim actiones ex Italico contractu profectæ præſcribebantur anno. Sed hodie ſublata † annali exceptione omnes actiones ſi non minori tempore, regulariter 30 annis præſcribuntur, l.1.h.tit. niſi interrumpantur. Interrumpuntur † autem non ſolum per litis conteſtat. ſed etiam per oblatæ rei apprehenſionem, ipſius debiti renouatam cautionem *l. cùm notißimi. §. imò & illud, ſup. tit. prox.* & per denunciationem, *l. fin. h. tit.* Quod ſi poſſeſſor præſcribens conueniri non poteſt propter abſentiam, potentiam, infantiam, vel furorem: poteſt fieri interruptio præſcriptionis per denūciationem factam præſidi, vel Epiſcopo, vel defenſori loci, vel his abſentibus per libellum ad eius domum miſſum in forma *in l.2.h.tit.* tradita. Ex *l.3.h.t.* notandum eſt omnium † ſummarum præſcriptionem interrumpi, ſi is cui debentur plures ſummæ æquales vnam indefinitè petierit, ſecus ſi petierit ſummam cauſa aliqua expreſſam. v.g. ſi Titio debeantur, quinque ex emptione, quinque ex mutuo, quinque ex legato, iſque ſimpliciter quinque petat, interrumpitur præſcriptio omnium ſummarum, ſecus ſi petat quinque expreſſa cauſa legati. *d.l.3.*

(margin: 1, 2, 3)

DE ALLVVIONIBVS, ET PALVDIBVS ET PASCVIS AD ALIVM STATVM TRANSLATIS. TIT. XLI.

NEC tantum per traditionem, vſucapionem, ſiue præſcriptionem, ſed & per alluuionem acquirimus rerum dominia: attamen fundi alluuione creſcentis debet augeri vectigal, quemadmodum fundi per eluuionem diminuti vectigal diminuitur, *l.2.h.tit.* Ratio eſt, quia vectigal ſoluitur pro fundi quantitate.

Digitized by Google

DE SENTENTIIS PRAEFECTI PRAETORIO. TIT. XLII.

1 *Propter dignit. & exploratam fidem, à ſententia Præfecti Prætorio non licet appellare.*

SEntentiæ ſolent per appellationem vel ſuſpendi, vel reſcindi, at à ſententia Præfecti Prætorio non licet appellare propter eius dignitatem
1 † & exploratam fidem, *l. 1. ff. de offic. prætor.* Verùm ab eiuſdem ſententia, ſupplicare permiſſum eſt. *l. vnic. h. t.* Sed hoc non licet plus quàm ſemel, *l. ſi quis. ſupr. de precibus Imper. offer.* Et quidem intra biennium ſupplicandum eſt, interim tamen mandabitur executioni dato fideiuſſore à parte victrice de re reſtituenda, cum omni acceſſione, ſi contra eum ſententia reuocetur, à qua datione fideiuſſoris liberatur, ſi poſt decem dies demum eſt ſupplicatum. *auth. quæ ſupplicatio, C. de precib. Impe. offer.* Cur autem potius ſupplicare, quàm appellare ſit permiſſum, quis mirari poſſet: ſed ideo quia per interpellationem quodammodo conqueritur de ſententiæ iniquitate, non autem per ſupplicationem, cùm per hanc ad clementiam, tanquam ad aſylum quis confugiat, & aduerſarij circumuentionem alleget. *arg. l. præfecti 18. de minoribus.*

QVOMODO ET QVANDO IVDEX SENTENTIAM PROFERET PRAESENTIBVS PARTIBVS, VEL VNA ABSENTE. TIT. XLIII.

1 *Sententia lata contra vtramq; partem abſentem & citatam, eſt nulla, & quomodo contra abſentem pronunciari poteſt.*

SEntentia lata contra vtramque partem abſentem & non citatam, ipſo
1 iure eſt nulla, † *l. ea quæ, h. t.* Habita enim pleniſſimè cauſſę cognitione, ſiquidem vterq;, id eſt, actor & reus, fuerint pręſentes, quandocunque intra triennium poterit ſententia ferri, *auth. litigioſis, §. omnem.* Si verò neuter fuerit præſens, nullo tempore ferri debet definitiua. *d. l. ea quæ.* Si verò vnus eorum abſens per contumaciam fuerit, vel citra contumaciam præfixo tempore tribus denunciationibus, vel vno peremptorio edicto, per interualla 30. dierum *l. 9. h. t.* monitus ſiue citatus non comparuerit, tunc ſiue legitimè impeditus fuerit venire, ſiue non, ſententia contra eum lata valebit. *d. l. 9. & l. 8. & pen. hoc tit.* Attamen ſi neceſſaria fuerit abſentiæ cauſa, contra ſententiam reſtituitur litigator abſens, vel ſi intra decendium venerit, appellare poteſt, *l. pen. eod.* Quod ſi is abſens impedimentum alleget, præſens verò pro quo ſententia lata illud neger, ſtabitur allegantis iuramento, dummodo ſit omni exceptione maior. *arg. l. non omnes, §. à barbaris. ff. de re milit.* Et ita fuiſſe deciſum in Camera Imperij refert Mynſ. *cent. 4. obſ. 57.* De contumacia actoris, vel rei, ante vel poſt litem conteſtatam, ad tit. *ſupr. de iu*

de iudic. latè diximus. *vide l.8 cum auth.ſeq.h.t.& D.Gail lib.1.obſ.59.*

DE SENTENTIIS EX PERICVLO RECITANDIS. TIT. XLIV.

PRæterea ſententia in alio loco, quàm competenti lata, nullius eſt efficaciæ. *l.cùm 6. tit.ſeq. l.4. & 5. tit.præced.* Vnde ſententia lata, quam iudex non ſedens pro tribunali, ipſe ex ſcripto non recitauerit, ipſo iure nulla eſt, *l.1.2 & vlt.h.t.*

DE SENTENTIIS ET INTERLOCVTORIIS OMNIVM IVDICVM. TIT. XLV.

1 *Sententia interlocutoria etiam poteſt dici nulla.*

IN hoc titulo proponuntur plures caſus, quibus ſententia tam interlocutoria, quàm definitiua ipſo iure nulla exiſtit, de quibus in ff. ad tit. de re iudic. diximus. Poſui, Interlocutoria. Nam licet de iure ciuili ab interlocutoria, niſi habente vim diffinitiuæ *Gail lib.1.obſ.130.* appellare non liceat, tum vt compeſcatur temeritas litigãtium, ſatagentium impedire proceſſum, tum quia hoc grauamen per ſententiam diffinitiuam reparari poteſt. *Ferrar.in form.appellat.ab interloc.in V.pro his ſcriptis,n.3.* tamen poteſt dici nulla. † nam lex prohibitoria appellationis non eſt extendenda ad cauſam nullitatis. *l.ſi vero,§.de viro,ff.de ſolut.matrim.* quia nullitas & appellatio ſunt ſeparata, at ex ſeparatis non fit rectè illatio. *l.Papinianus,ff.de minor.* Innocentius tamen contrar. aſſerit in *c.dilecto.ext.de appell.* 1

DE SENTENTIA QVAE SINE CERTA QVANTITATE PROFERTVR. TIT XLVI.

VT ſententia valeat, oportet eam eſſe certam, alioquin non valet. *l.pen.vlt.h.t.* & hoc eſt quod Iuſt. dicit *in §.curare, vbi Zaſ inſt.de act.* Curare debet Iudex, vt certam rei ferat ſententiam. Niſi tamen illud incertum, quod ſententia comprehendit per relationem ad aliud, ad certitudinem reduci poſſit, vt ſi Iudex condemnauerit Titium in id, quod eſt in actis probatum: vel quando natura negotij non patitur, vt iudex certam ſententiam ferre poſſit, vti in noxalibus act. & in vniuerſalibus iudicijs *Azo in ſumm.Cod.h.tit. & Daniel ibid. l.2.eod.* tunc enim ſententia non vitiatur ex hoc quòd eſt incerta, cùm ſit conformis libello, qui incertus eo caſu ſubſiſtit. *l. cùm incertus 13. ff. de leg.1.*

Digitized by Google

DE SENTENTIIS QVAE PRO EO QVOD INTEREST PROFERVNTVR.

TIT. XLVII.

1 *Quæſtio an certa ſententia proferri poßit ſuper eo quod intereſt.*
2 *Definitio intereſſe.*
3 *Obiectio.*
4 *Diuiſio intereſſe.*
5 *Intereſſe circa rem quid.*
6 *Intereſſe extra rem.*
7 *Differentia intereſſe & vſuræ.*
8 *Cauſa h. Conſtit.*
9 *Caſus certi.*
10 *Caſus incerti.*

1 AN vlla certa ſententia proferri poſſit† de eo quod intereſt: dubitatio
inde oritur, quod cuiuſque intereſſe in facto conſiſtat. *l. quatenus 24. ff.*
de reg. iur. Facta autem omnia ſunt incerta, *l. vbi 75. §. qui id quod. ff. de verb. oblig.*
Sed hanc dubitationem ſuſtulit hic Iuſtinianus, ſanciens iudicem debere
omni caſu proferre ſententiam certam, quando pro eo quod intereſt agi-
tur; licet petitio ſit incerta.

2 Intereſſe quatenus hic ſumitur, eſt relictiſſimum † commodum pecu-
niarium alterius culpa omiſſum, vel impeditum, *l. 2. §. vlt. ff. de eo quod certo*
3 *loco, l. quoties 81. ff. de verb. oblig.* Nec obſtat quod† intereſſe in facto conſiſtat
d. l. quatenus. & ideo definiri non poſſit, nam quæ in facto conſiſtunt, ad IC.
non pertinent. *Cicer. in Top.* vnde Alciatus exiſtimauit intereſſe definitio-
nem nullam tradi poſſe. Sed reſpondendum eſt, quod licet definiri non
poſſit, quantum cuiuſque intereſt, quia hoc ex ſingulis facti circumſtan
tijs definitur; tamen generaliter definiri poteſt, quid ſit quod intereſt, qua-
ſi habens communem naturam quandam intellectu ſeparatam à ſingulis
rebus, idque pulchrè docet Azo *lib. 4. de diuid. & indiuid.*

Omiſſa diuiſione Accurſij & aliorum (qua intereſſe aliud commune, a-
liud conuentum, aliud ſingulare: item aliud totale, aliud particulare fa-
4 ciunt) Intereſſe† aliud eſt circa rem, aliud extra rem: Nam ſemper ſingula-
re intereſſe quatenus cuiuſque intereſt, quantum ſcilicet abeſt, totaliter
petitur. Vocamus autem intereſſe circa rem † commodum proueniens,
5 ſeu vt cum alijs dicam, damnum & lucrum, quod ex ipſa re naſcitur. Et
hoc intereſſe continet inprimis ipſam rei æſtimationem & eius circum-
uentum, quo pluris nunc valet, quàm cùm dari debebat. Deinde fructus
perceptos & obuentiones & acquiſitiones ſeruorum. *vide l. venditor, 21.*
verſ. quemadmodum, ff. de hæred. vel act. vend. l. ſi ſterilis, §. cùm per venditorem, ff. de act.
empt. Intereſſe extra rem† eſt commodum, quod non ex ipſa re, ſed occaſio-
6 ne rei amiſſum, vel impeditũ eſt. Amiſſum dico propter damnum emer-
gens. Impeditum propter lucrum ceſſans, vtriuſque partis exemplum eſt
7 in *d. §. cùm per venditorem.* Differt autem intereſſe ab obſcura, † quia in con-

tra.

Digitized by Google

tractibus bonæ fidei ſine aliqua conuentione à die moræ debetur : *l. 2. & 4. Cod. depoſ.* & in contractibus ſtricti iuris non debetur , niſi in traiectitia pecunia ex ſola promiſſione *l. periculi, l. in quibuſdam, ff. de naut. fœn.* vel nominatim fuerit deducta in ſtipulationem , quo caſu peti poteſt, licet nihil interſit. *l. 3. ſup. de vſur. l. 24. ff. de præſcrip. verb.* Præterea vſurarum modus certus eſt, id verò quod intereſt, incertum eſt in caſibus incertis.

Cauſa huius † conſtitutionis erant dubitationes IC. nam ante Iuſtin. dubitabatur, vtrum in id quod intereſt veniret omne commodum , & lucrum, quantumcunque actori abeſt, & quod habere potuiſſet, ſi nulla culpa aduerſarij interueniſſet , an verò ad certum modum veluti ad duplum, triplum, id quod intereſt, eſſet reducẽdum, & vtrum non ſolum in damno, ſed in lucro verſaretur, *vt in d. §. cùm per venditorem, & l. Titius 43. ff. de act. empti.* Has dubitationes omnes prout poſſibile eſt, tollit Iuſtin. hac vnica lege, ſanciens primum, vt in omnibus caſibus qui certam quantitatem vel naturam habent , id quod intereſt non excedat dupli quantitatem. Caſus autem certi ſunt † ij in quibus id quod principaliter verſatur in quæſtione, eſt eius naturæ, vt facilè æſtimari poſſit, quia vel certa quantitate vel certa ſpecie concluditur. & ideo ſimplum eſt in condemnatione eius quod intereſt , quod venit duplandum. Sed hoc non ita intelligendum, vt iudex ſemper debeat id quod intereſt ad duplum æſtimationis principalis reducere, poteſt enim minoris intereſſe actoris, ſed ſic intelligendum ne id quod intereſt, excedat duplum *l. 1. ff. de eo quod certo loco. d. §. cùm pro vendit. l. 3. §. ſi per, ff. de act. empt.* finge centum dolia vini Francici eſſe empta mille aureis menſe Decembr. & moram feciſſe venditorem in tradendo , & deinde petita fuiſſe menſe Auguſt. cùm valerent 2500. aureis, emptor petit quanti ſua intereſt vinum conuento tempore fuiſſe traditum, idque æſtimat 2500. quia omnibus notum eſt vinum tanti valere cùm petitur. Hæc vtilitas eſt circa rem , ideoque in æſtimationem venire debet id quod intereſt. Sed propter Iuſt. conſt. non poteſt condemnare reum vltra 2000. aureos, quia caſus certus eſt.

Deinde ſubijcit Iuſtin. Iudicem in caſibus incertis non debere quantitatem, ſiue id quod ex iuſtis & veris , nõ friuolis cauſis intereſt, excedere. Caſus autem incertii ſunt † qui non continent certam quantitatem vel naturam, quod iuſta æſtimatione duplari poſſint. Huiuſmodi ſunt omnes in quibus nudum factum verſatur. Natura enim obligationum in faciendo, eſt, ne quis præcisè cogatur factum præſtare, nam hoc eſſet inciuile & ſeruile, *arg. l. 7. Titio, §. 1. ff. de cond. & demonſt.* ſed liberatur vnuſquiſque præſtando æſtimationem eius quod intereſt; *l. ſi 13. ff. de re iudic.*

8 9 10

SI NON A COMPETENTE IVDICE IVDICATVM ESSE DICATVR. TIT. XLVIII.

SEntentia à non competente iudice, hoc eſt, cuius iuriſdictioni vel notioni reus vel cauſa non ſunt obnoxij, lata, quoque dicitur nulla, *tot. h.*

Digitized by Google

tit. niſi conſenſu partium prorogatus fuerit, *l. ſi conuenerit, ff. de iuriſd.*

DE POENA IVDICIS QVI MALE IVDICAVIT, VEL EIVS QVI IVDICEM VEL ADVERSARIVM CORRVMPERE CVRAVIT.

TIT. XLIX.

DE pœna Iudicis malè iudicantis, & eius qui ipſum vel aduerſarium corrumpere curauit, in hoc tit. conſtituitur. Pœna autem iudicis varia eſt ſecundum qualitatem delicti. Si enim per imperitiam iudicauit, litem ſuam facit, & parti contra quam malè iudicauit tenetur, in quantum religioni iudicantis viſum fuerit, *l. vltim. ff. de varijs & extraord. cognit. §. 1. inſt. de oblig. quæ ex quaſ. delicto naſc.* Quod ſi verò dolo malo iniquè iudicauerit, veram litis æſtimationem ei quem ſententia ſua læſit, præſtare, & omnia damna ei refundere tenetur, & inſuper fit infamis, *l. 1. h. tit.* ſententia autem tenet, niſi iudex pecunia corruptus malè iudicauerit; quo caſu ſententia non valet. *l. 7. ſup. quand. prouoc. non eſt neceſſ.* & grauiſſimè iudex punitur. Quinimò is qui iudici pecuniam dedit vt pro ſe iudicaret cauſæ ſuæ fortè diffidens, cauſam amittet, *l. 1. & 2. hoc tit.* cui tamen nouiſſimo iure parcitur, ſi ſeipſum deferat. *auth. nouo iure, hoc tit.*

SENTENTIAM RESCINDI NON POSSE.

TIT. L.

SEntentia ſemel ritè lata neque à iudice qui ſententiam tulit reſcindi poteſt, quia ſimul atque ſententiam dixit, functus eſt officio & iudex eſſe deſijt, *l. iudex, §. 5. ff. de re iudic.* Neque eius ſucceſſor, quia idem eſt tribunal prioris Iudicis & ſucceſſoris. Neque prætextu omiſſæ peremptoriæ exceptionis retractari ſententia poteſt. *l. fin. & ibi Bart. h. t.*

DE FRVCTIBVS, ET LITIVM EXPENSIS.

TIT. LI.

EX hoc tit. intelligitur iudicem non tantum de re ipſa, ſed etiam de eius rei fructibus & litium expenſis, ſententiam proferre debere. quod verum eſt, ſi petitæ fuerint, alias iudex ſuper ijs pronunciare non tenetur, cùm debeantur tantum officio iudicis, & iudex officium ſuum non petenti impertiri non compellitur, *l. 4 ff. de damno infecto.* Sed hæc non obtinet in vniuerſalibus iudicijs, in quibus fructus debentur iure actionis, atque ideo intelliguntur petiti cum alijs rebus principalibus. *l. 20. §. 1. l. 25. §. vltim. ff. de pet. hæred.* An autem ſi expenſæ non fuerint petitæ, iudex

poſſit

poſſit ex ſuo officio reum ad fructus & expenſas condemnare : hoc communiter Dd.aſſerunt in fructibus poſt litem cont.perceptis,&c. *arg. l. ædiles,§.ſciendum,ff.de Ædilit.Edict. Ferrar.in form.lib.in reali act.in V.Et expenſis,vbi pleniſſimè de expenſ.mater. tractat.Mynſing.cent.4.obſ.55.* maximè ſi illa clauſula:Peto mihi ius & iuſtit. adminiſtr.&c. adiecta fuerit, *Gail lib,1.obſ.*151. vbi quoque docet,quod expenſæ non petitæ ſtatim poſt ſentent. adhuc peti poſſunt contra *l.terminato,h.t.*

DE RE IVDICATA.

TIT. LII.

SEntentiæ latæ effectus eſt ; quod poſt lapſum decem dierum, ſi illa per appellationis remedium non fuerit ſuſpenſa, tranſeat in rem iudicatam. *Nouell. 93.de appellat.* Res iudicata eſt lis ſiue negotium,de quo iudicatum eſt. Sententia eſt ipſa condemnatio vel abſolutio, quæ differt à re iudicata, tanquam cauſa ab effectu. nam ex ſententia naſcitur decurſu legitimi temporis res iudicata , quæ neque prætextu repertorum poſtea inſtrumentorum, neque prætextu reſcripti à principe impetrati, reſcinditur.*l.ſub ſpecie,h.t.*

DE EXECVTIONE REI IVDICATAE.

TIT. LIII.

1 *Forma execut.faciendæ.*
2 *Tempora quæ iudicatis præſtituta.*
3 *An in puncto executionis debeat nouus proceſſus inſtitui.*

QVIA parum eſſet ſententiam ferri,niſi & lata mandaretur executioni,ideo poſtquam ſententia tranſiuit in rem iudicatam,ſtatim iudex ordinarius,ſiue ipſe iudicauerit,ſiue delegatus ab eo,debet ſentẽtiam per ſuos miniſtros exequi,& quidem ſecundum † formam *l.à Diuo Pio 15. ff. de re iud.* vel iuxta ſtatuta illius loci vbi cœptum, *gloſſar.in l.2.de emancip.liber.Guid. pap.quæſtion.*23. Dixi ſtatim,quod ſanè intelligendum eſt. Nam iudicatis ad ſoluendum certa tempora præſtituta † *ex l. quippe 12. tab.* dabantur illis triginta dies. *Gellius libro 20. cap.1.* Poſtea ex alia quadam lege iudicato faciendo duo menſes dati fuerunt. *l.1. Codic. Theodo. de vſur. rei iudic.* Hodiè ex Imperatoris Iuſtin. Conſtitutione dantur iudicatis ad ſoluendum quatuor menſes , *leg. 2. titulo ſequenti*, quod verum eſt in perſonali actione mera : nam in rei vindicatione,vel reali fit executio ſententiæ , ſtatim , ſi res reſtitui poſſit . alioquin datur tempus ad reſtitutionem , & ſatiſdatur de præſtanda æſtimatione , ſi non reſtituatur res

§. etſi in rem actum ſit. inſtit. de offic. iud. Nec obſtat *l. in fideicommiſſi. ff. de vſur.* quia ibi agebatur ex teſtamento, non rei vindicatione. Nec obſtat quoque *l. ſi cum exceptione, §. quod ſi homo, ff. quod metus cauſa.* quia ibi agebatur actione quod metus cauſa, qua perſonalis eſt. vt ibid. annotauimus.

3 An in puncto executionis † debeat nouus proceſſus inſtitui. *vide Gail lib. 1. obſ. 113.* qui ex Zaſ. *ad l. intra, n. 10 ff. de re iud.* dicit ſummariam qualemcunque petitionem ſufficere, ne proceſſus in infinitum trahatur, & lis ex lite oriatur, quod & plerumque hodiè obſeruatur, ſi officio iudicis agatur pro executione. Si verò graues exceptiones executioni opponantur, illæ coram iudice ventilantur, *Bart. in d. l. Iulia.*

DE VSVRIS REI IVDICATAE.

TIT. LIV.

1 *Idem tempus rei iudicatæ iure nouiſſimo quoque fideiuſſoribus competit.*

LIcet humanitatis cauſa condemnatis à tempore iudicati, vel ſi appellatum fuerit, à die confirmationis primæ ſententiæ, quadrimeſtre tẽpus ad ſoluendũ de iure concedatur, vti in præcedentibus tit. diximus:
1 tamen hoc fideiuſſori rei condemnati denegabatur, *l. 1. ff. ind. toll.* verùm † Iuſtinianus fideiuſſoribus mandatoribusque illud quoque præſtat, cùm alioquin is ad ſolutionem faciendam compulſus, reum pro quo fideiuſſit, ad redditionem præſtationis factę cogere poſſit, & ſic beneficium dilationis à lege indultum inane foret, *l. ſancimus in fin. l. 1. 2. hoc tit.* Quod ſi reus quadrimeſtri tempore lapſo pecuniam non ſoluat, vſuras centeſimas non pro vſuris ex priori contractu debitis, abrogata, *l. 1. C. Theod. eod. tit.* ſed pro ſorte præſtare & ſoluere obſtringitur. *d. l. 1. & l. fin. h. t.*

SI PLVRES VNA SENTENTIA CONDEMNATI SINT. TIT. LV.

QValiter executio fiat, ſi plures vna ſententia ſint condemnati in hoc titulo traditur, ſcilicet, vt pro virili portione contra eos ſententia mandetur executioni. *l. 1. h. t.*

QVIBVS RES IVDICATA NON NOCET. TIT. LVI.

REs inter alios iudicatæ, neque emolumentum afferre, neque præiudicium debent irrogare his, qui in iudicio non interfuerunt. *l. 2. h. t. l. ſæpe, ibi vide Dd. ff. de re iud.* vnde ſententia lata contra coniunctam perſonam non præiudicat alteri coniunctæ perſonæ, niſi ratificauerit, *l. 1. hoc tit.*
Vnde quoque executio impediri poteſt à tertio interueniente, vt notant Dd. *in d. l. ſæpe, c. cùm ſuper eo ibi. Panorm. de ſent. & re iud.*

COMMINATIONES, EPISTOLAS, PROGRAMMATA, SVBSCRIPTIONES, AVCTORITATEM REI IVDICATAE NON OBTINERE. TIT. LVII.

HIc titulus declarat comminationes, præſidis interlocutiones, programmata, Epiſtolas, ſubſcriptiones, non eſſe ſententiam, ſiue effectum rei iudicatæ obtinere. *l. nec vim, l. de epiſtolis l. rei iudicatæ hoc tit.* denique non omnis vox, non omnis voluntas iudicis ſententia eſt, ſed ea tantum quæ cauſa cognita ab ipſo iudice de libello claris perſcripto literis recitatur, & abſolutione vel condemnatione rem de qua agitur finit. *vide Cuiac. in ſum. hoc tit.*

SI EX FALSIS INSTRVMENTIS, VEL TESTIMONIIS IVDICATVM SIT. TIT. LVIII.

SEntentia ex falſis inſtrumentis, vel teſtimonijs lata, detecta veritate reſcinditur, *l. falſum hoc tit.* & pendente cauſa falſitatis, ſuſpenditur executio, *l. iudicati eod.* Sed vt hoc procedat, tria neceſſaria ſunt. Primò vt falſa inſtrumenta ſint producta. 2. vt de falſo non ſit cogitatum ſiue cognitum. 3. vt propter illa falſa ſit iudicatum. *l. ſi tabulas, hoc tit.*

DE CONFESSIS. TIT. LIX.

De hoc tit. dixi. ff. eod. tit.

RES INTER ALIOS ACTA VEL IVDICATA, ALIIS NE NOCEAT. TIT. LX.

1 *Cauſa h. rubr.*

ACta ſiue geſta inter alios habita, alijs non nocent. vnde hæres partem ſuam petitam ab aduerſario ſoluens, cohæredibus non præiudicat, *l. 1. h. tit.* nec frater fratri deferendo iuramentum, paciſcendo, tranſigendo, donando &c. officit, *l. cum fratre hoc t.* Nec hic tit. eſt ſuperfluus. Nam † generaliter loquitur tam de actis extra iudicium, quàm de iudicatis: titulus verò ſup. quibus res iud. non noc. loquitur de iudicatis tantum. 1
Brant. in ſum. hoc tit.

DE RELATIONIBVS. TIT. LXI.

DE APPELLAT. ET CONSVLTATIONIBVS. TIT. LXII.

DE TEMPORIBVS ET REPARAT. CONSVLTAT. TIT. LXIII.

QVANDO PROVOC. NON EST NECESSE. TIT. LXIV.

QVOR. APPELL. NON RECIP. TIT. LXV.

SI PENDENT. APPELL. MORS INTERVENERIT. TIT. LXVI.

1 *Quæſtio vtri iudici competat executio, &c.*

2 *An prior iudex à quo ſit citandus, &c.*

DE his titulis in ff. ſatis diximus, nec multæ quæſtiones pro inſtituto noſtro huc aptari poſſunt, tamen duas hic proponere ſtatuimus.

1 Quarum prima eſt † vtri iudici competat executio, quando iudex ſuperior priorem ſententiã cõfirmauit Cuiac. *lib. 20. obſ. 36.* exiſtimat executionem pertinere ad iudicem, à quo eſt appellatum. Sed alij communiter dicunt pertinere ad iudicem ſuperiorem *l. addictos h. t. auth. ſi quis litigantium ſup. de Epiſcop. aud.* Ratio eſt, quia totum negotium robur accipit à ſententia confirmante. Quod ſi iudex appellationis ſeu ſuperior pronunciaret appellationem eſſe deſertam, vel eſſe nullam, executio indubiè ad priorem iudicem pertineret. *l. vlt. de tempor. appellat.* ratio prioris eſt, quia iudex non habuit iuriſdictionem in appellatione deſerta, ratio poſterioris eſt, quia ſententia prior non potuit ſuſpẽdi per appellationem, quæ nulla eſt. Sentẽtia verò qua iudex ſentẽtiã inferioris cõfirmauit vel reformauit, quia executionẽ habeat à iudice ſuperiore, dubiũ non eſt *Ga. lib. 1. obſ. 131.*

2 Altera quæſtio eſt † an prior iudex à quo, ſit citandus defendendi ſui honoris, cauſa? minime, ſi tractetur tantummodò de ſimplici reuocatione prioris ſententiæ: citandus verò eſt ſi tractatur de pœna ei infligenda. *Boer. deciſ. 99. Mynſ. cent. 3. obſ. 82.* Ratio differentiæ eſt, quia poſteriori caſu agitur de damno & intereſſe iudicis inferioris: atque in quolibet negotio citari debent illi quorum intereſt, cum citatio ſit introducta, ne cuipiam contra ius naturale defenſio adimatur. Sed priori caſu de nullo prorſus damno aut præiudicio prioris iudicis agitur, ſed ſaltem de modico tractatur, ſi quod, eſt præiudicium, quoniam multis modis contingere poteſt, vt ſententia ſit lata citra vllam culpam dolumue prioris iudicis.

SI VNVS EX PLVRIBVS APPELLAVERIT. TIT LXVIII.

1 *Reſtitutio minoris non prodeſt maiori licet conſorti.*

1 APpellatio vnius, omnibus prodeſt, ſi ſimul fuerunt condemnati, *l. 1. & vlt. eod. l. 10. ff. de appellat.* nec obſtat, quod ſententia inter alios lata, alijs neque prodeſt, neque obeſt; nam alia eſt appellandi ratio, alia ſententiæ & rei iudicatæ; quoniam per appellationem tota ſuſpenditur iudicis in ea cauſa poteſtas & iuriſdictio. Extraordinarium autem reſtitutionis remedium, quod minoris ætatis fauore ſingulari conceditur, ad litis conſortem maiorem non extẽditur, quia eſt perſonale beneficium. *l. ſi in vna h. t.*

SI DE MOMENTANEA POSSESSIONE FVERIT APPELLATVM. TIT. LXIX.

1 *Rationes cur à momentanea poſſeßione non liceat appellare.*

2 *Quomodo l. vnic. accipienda.*

A Sententia in cauſa poſſeſsionis momentaneæ lata, non licet appellare, *l. vnic. h. t.* quia † ſi quid peccatum eſt, poteſt reparari & reformari in cauſa proprietatis. Deinde cauſa poſſeſsionis celeriter eſt expedienda vnde appellatur momentanea, quaſi breui momento tantum duratura. Hoc quidam ſpeciale eſſe arbitrantur in quæſtione momentaneæ † poſſeſsionis, quod ab eius ſententia non appelletur, & tantum reſtringunt ad quæſtionem retinendæ poſſeſsionis, quaſi liceat a ſententia recuperandæ vel adipiſcendæ, appellare. Sed Doctiſſ. Cuiac. *d. l. vnic.* quoque ad interd. adipiſ. poſſ. & retend. vnde vi extendit per *l. momentaneæ inf. vnde vi, vide Azon. in ſum. hoc tit.* 1 2

NE LICEAT IN VNA EADEMQVE CAVSA TERTIO PROVOCARE, VEL POST DVAS SENTENTIAS IVDICVM, QVAS DEFINITIO PRAEFECTOR. PRAETOR. ROBORAVERIT, EAS TRACTARE. TIT. LXX.

1 *Intellectus h. rubr.*

2 *In camera exceptio trium conformium ſententiarum non admittitur.*

HOc † intelligendum eſt, quando duæ ſunt conformes primæ ſententiæ. Item eſt intelligendum quod non liceat tertiò appellare ſuper eodem articulo, *l. vnic. hoc tit.* Sed hæc exceptio trium † conformium ſententiarum, ne ſc. liceat tertiò prouocare in camera, non attenditur, quia poſſet quiſque inferiorum ducum in præiudicium imperij in ſuo ducatu plures facere inſtãtias, & ſic illudere iuriſdictionem ſupremi tribunalis. *Mynſ. cent. 1. obſ. 15.* 1 2

QVI BONIS CED. POSSVNT. TIT. LXXI.

1 *Quæſtio an ceßionis beneficio debitor renunciare poßit.*

De hoc diximus in ff. eod.

QVæritur vtrum ceſsionis beneficio debitor renunciare poteſt? † quod Dd. negant, quia pactio improba eſt, quæ homini libertatem adimit, *l. Titio 70 ff. de condit. & demonſtr.* atq; infringitur libertas homini, cui non datur facultas recedendi, *l. 1. & 2. ff. de liber. hom. exhib.* cuius conditionis eſt ille qui carcere conſtringitur. Non obſtat, quod quilibet fauori ſuo renunciare poſsit; nam inquiunt, hoc verum, niſi quoque in fauorem reipub. ſit introductum: neq; etiam obſtat, quod debitor quinquennalis habens inducias conceſſas, à ceſsionis beneficio excludatur, *l. vlt. eod.* nam debitor ipſe nó ſibi aufert beneficium ceſsionis, acceptis quinquennalibus inducijs ſed ipſa lex. 1

DE BONIS AVTHORIT. IVD. POSSID. SEV VENVND. ET DE SEPARAT. BONOR.

TIT. LXXII.

Et hic tit. in ff. ſatis explicatus eſt.

DE PRIVILEGIO FISCI.

TIT. LXXIII.

1 *Quæſtio an fiſcus mulieri præferatur.*

1 NOtum eſt fiſcum in bonis non vacantibus ex cauſa fiſcali obligatis, alijs creditoribus iure prærogatiuæ anteferri, *l. ſi cum pecuniam h. t.* †Sed an fiſcus mulieri, quæ pro exactione dotis priuilegium habet, præferatur, an mulier fiſco? Et dicendum, vt prior tempore potior ſit iure, *l. quamuis h. ti.* vt in duabus mulieribus de dote contendentibus, & duabus fiſci ſtationibus obſeruatur. *Nou. 91. ibi Cuiac.* hoc eſt, ſi mulier prius contraxerit nuptias, vel fiſcus prius cum marito contraxerit, alteri præfertur is qui habet prioritatem temporis, *d. l. quamuis hoc tit.*

DE PRIVILEGIO DOTIS.

TIT. LXXIV.

De priuilegijs dotis abundè ſup. diximus.

DE REVOCANDIS HIS QVAE IN FRAVDEM CREDITOR. ALIENATA SVNT.

TIT. LXXV.

1 *Vtrum debitoribus ex delicto competat Pauliana.*

HAc de re diſſeritur in *§. ſi quis in fraudem inſt. de act. & in ff. eod.* vbi docui-
1 mus de actione Pauliana. Vtrum creditoribus † ex delicto competat Pauliana, controuertitur? v. g. Titius furto rem meam ſubtraxit, mihi dupli aut quadrupli pœnam debet, poſtea ſua bona in fraudem alienauit, vt ex reliquis pœnam dupli aut quadrupli conſequi minimè valeam. An, inquam, res in Seium alienatas reuocare poſsim? Cauſa dubitandi hæc eſt, quia vt huic actioni ſit locus, non ſatis eſt ſi debitor alienans fraudandi creditores animum habuit, ſed inſuper neceſſe eſt creditorem re ipſa fraudatum eſſe: atque creditor ex delicto, re ipſa non videtur fraudatus, cum non diminuatur eius patrimonium propter pœnam non acquiſitam. quia ratione tamen dubitandi non obſtante, communiter Dd. tenent creditori ex delicto dari hâc actionem reuocatoriam. nam textus in *d. §. item ſi quis.* ſine diſtinctione docet creditori dari hanc actionem, atq; creditor ex delicto verè eſt creditor. Nec obſtat argumentum contrariũ, nam huiuſmodi creditor intelligitur re ipſa fraudatus pœna dupli vel quadrupli, quę ante alienationẽ ei erat debita, & quaſi in ſuo patrimonio.

CODICIS IVSTIN.
LIBER VIII.
DE INTERDICTIS.
TIT. I.

1 *Interdicta quid.*

INterdicta erant † formulæ ſeu conceptiones verborum 1
quibus prętor iubebat aliquid fieri, aut prohibebat. Solebant autem omnia iudicia certis concipi verbis, & agẽdi formulæ litigantibus à prætore dari, quæ formulæ vt & actionum impetrationes tanquam nimis ſcrupuloſæ hodiè ſunt ſublatæ, vt patet hic & ſup. in *tit. de formul. & act. impetrat. ſubl.* vnde factum eſt vt interdicta ritu antiquo ſolenni non amplius proponantur, ſed ſimpliciter & extra ordinem, ijs agatur, *§. fin. inſt. eod. & in ff. eod. per. tot. vbi diximus.*

QVORVM BONORVM.
TIT. II.

1 *Interdictum bonorum ad quid proſit.*

INterdictum quorum bonorum datur poſſeſſori ad conſequendã poſſeſsioné rerũ defuncti apud alias exiſtentiũ *l. 1. h. t.* vt in ff. eod. diximus.
At quæres ad quid ſit opus † hoc interdicto, cum prætor decreuerit bonorum poſſeſsionem illi qui appellatur bonor. poſſeſſor? reſpondeo, quia, 1
bonor. poſſeſsio reſpicit cauſam proprietatis, hoc vero interdictum poſſeſsionem, quæ eſt facti, vnde is qui agnouit bonor. poſſeſsionem, ſi velit rerum hæreditariarum poſſeſsionem, quam alius tenet, adipiſci, debet neceſſario hoc interdictum proponere, & de iure ſuo docere. *l. 1. h. t.* vide *Cuiac. in ſum. h. tit.*

QVORVM LEGATORVM.
TIT. III.

De hoc ff. eod. tit. diximus.

VNDE VI.
TIT. IV.

1 *Exceptiones regulæ: Spoliatum ante omnia reſtituendum.*
2 *An defectus tituli notorius faciat, vt ſpoliatus ante omnia non reſtituatur.*
3 *An remedium c. redintegrandæ 3. quæſt. 1. quoque laicis competat.*

INterdictum vnde vi, ſeu recuperandæ poſſeſsionis illi datur qui per vim deiectus eſt de poſſeſsione naturali vel ciuili rei immobilis. *l. 2. h.*

tit.4.l.6.deijcitur ff.de vi,& vi armat.vbilatè de h. mater. diſputauimus.vide Papon. lib.8. arreſt.tit.5.

Diximus in ff. eod. ſpoliatum regulariter ante omnia reſtituendum eſſe, hoc multis caſibus fallit † vt ſi notoriè conſtet ſpoliatum eſſe inca-
1 pacem poſſeſsionis quam ſibi reſtitui petit, fruſtra namque petit hoc ſibi præſtari quod capere nequit, veluti quando clericus priuauit laicum poſſeſsione beneficij alicuius eccleſiæ vel decimarum. Item quando reſtitutio verteretur in diſpendium animæ, vt ſi vxor mariti conſanguinea peteret ſe reſtitui marito, quo ad debitum coniugale non audietur *c. literas ext. de reſt. ſpoliat.* An autem † defectus tituli notorius faciat, vt ſpoliatus
2 ante omnia non reſtituatur? quod communiter Dd. affirmant, quorum opinio primo probatur per *c.ſignificaſti 4. de diuortijs*, vbi maritus, ad cuius aures peruenerat inceſtum ab vxore commiſſum, eam ſine iudicio eccleſiæ dimiſit. qua de re ab vxore Pontifex conſultus, dicit non eſſe reſtituendam marito conſortium eius recuſanti, 2. probatur per *l. bona fides 31. in fin. ff. depoſiti*, vbi prædoni dominus non cogitur rem reſtituere. Sed his nõ obſtantibus alij ſtant regulæ, ſpoliatum ante omnia eſſe reſtituendum: & reſpondens ad primum argumentum, quod hoc ſingulare ſit in marito, vt ex præſcripto Chriſti mulierem ob fornicationem vel adulterium dimittere poſsit. Ad ſecundùm verò argumentum reſpondent, illud ad rem nihil pertinere, quia dominus prædonem poſſeſsione non ſpoliauerat, ſed poſſeſsionem rei ſuæ ſine vitio recuperauerat, vt ex *d.l.bona fides patet.*

An remedium † *c. redintegrandæ 3. quæſt.1.* quoq; laicis competat, inter Dd.
3 controuertitur? quidam hoc negant, aſſerentes ſolis dari clericis, & quidẽ ſolis Epiſcopis, eò quod in d. c. redintegr. de ſolis Epiſcopis inſtituatur ſermo. Epiſcopi autem vt cæteri magis ſunt priuilegiati, ita etiam ſunt fauorabiliores, atq; ideo prædictum *c. de Epiſcopis* tantum loquens non eſt ad alios extendendum, maximè cum ſit exorbitans à iure communi, & iura correctoria ſint ſtrictè interpretanda: his tamen & ſimilibus non obſtantibus, communiter tradunt Dd. remedium hoc quibuslibet & laicis competere, ratio eſt, quia in omnibus militat eadem ratio, ne ſcilicet homines in animæ ſuæ diſpendium, res alienas dominis refragantibus retineant.

SI PER VIM VEL ALIO MODO ABSENTIBVS POSSESSIO PERTVRBATA SIT.

TIT. V.

QVamuis procurator in iudicijs ſine mandato non admittitur, nihilominus in odium ſpoliatoris hoc eſt ſingulare introductum, vt ſi colonus vel ſeruus abſente domino de prædio deijciatur, vti poſsit interdicto vnde vi ſine mandato, *l.1. hoc tit.*

VTI POSSIDETIS. TIT. VI.

DE TABVLIS EXHIBENDIS. TIT. VII.

DE LIBERIS EXHIBENDIS, &c. TIT. VIII.

DE PRECARIO ET SALVIANO INTERDICTO. TIT. IX.

De his titulis in ff. diximus.

DE AEDIFICIIS PRIVATIS. TIT. X.

1 *Negotiandi cauſa prohibentur homines demoliri ædes ſuas.*

NE publicus deformetur aſpectus, prohibentur homines ædes ſuas
demoliri † negotiandi cauſa, *l. 1. & l. ſi quis hoc tit.* præterea in ædifica
tione quæ fit in priuatum iuxta priuatũ debet *ſpatium* 10. *pedum* liberi aeris 1
relinqui. ſin autem fiat iuxta horrea publica, debeat ſeruari interualla xv.
pedum. alioquin non ſolum eſt demolienda rubrica, ſed etiam domus
fiſco eſt adſcribenda, *l. maniana h. tit.*

DE NOVI OPER. NVNCIAT. TIT. XI.

1 *Quæſtio an ratione ſeruitutis quam quis ſibi deberi prætendit, nouum opus nunciari poſſit.*

DE noui operis nunciatione in ff. eod. diximus.
Quæritur vtrum ratione † ſeruitutis quam ſibi deberi quis præ
tendit, nouum opus nunciari poſsit: ratione vrbanæ ſeruitutis nouum 1
opus nuntiari poſſe, inter omnes conuenit. An autem ratione ſeruitutis
ruſticæ? hoc controuertitur. Et eruditus Zaſius *lib. 1 ſingul. reſp. c. 9.* hoc negat
pro *l. 4. ff. eod.* & præter alias rationes diuerſitatis, hanc tradit. nam in vr
banis ædificijs niſi renunciaretur, vt celeri remedio ædificantes cohibe-
rentur, iam quies ciuitatũ turbaretur, ad arma ſæpè veniretur, vrbs ruinis
deformaretur, dum illicitè ædificans demoliri opus cogeretur: quapro
pter ſuccurrendum celeri remedio fuerat. *arg. c. vbi periculum de elect. in 6.* Quę
pericula quia in ſeruitutibus ruſticis ceſſant, ideo illic ordinario iure,
non extraordinario remedio conſulitur. Sed Cuiacius *lib. 1. obſ. 17.* docet no-
uum opus nunciari poſſe tam ratione ſeruitutum ruſticarum quàm vrba
narum pro *l. 1. ff. de remiſsion.* vbi Vlp. indiſtinctè loquitur: ius is habet no-
num opus nũtiandi, qui aut dominium, aut ſeruitutem habet. Et ad *d. l. 14.*
reſpondet, ibi nihil aliud doceri, quàm non eſſe locum noui oper. nun-
ciationi, antequam actor docuerit de iure ſuo, deque ſeruitute vix ſibi
habita quod fit per act. confeſſoriam.

Digitized by Google

DE OPERIBVS PVBLICIS.

TIT. XII.

1 *AEdificatum in publico diruendum eſt ſine exceptione.*
2 *Opus publicum quid.*

1 EAdem ratione nec ædificatum quod iuri publico obeſſe poſsit, nullo prætextu vel reſcripti principis, vel præſcriptionis permittitur, *l. præſcriptio h. tit.* ideo diruenda ſunt omnia, quæ per diuerſas vrbes vel in foro, vel in publico quocunque loco contra ornatum, commodum, & de-
2 corem ciuitatis extructa ſunt. *d. l. præſcriptor.* Opus publicum eſt † quod ciuitati extruitur, vt Theatrum, balneum, aquæductus ad vſum ciuitatis, quod ſumptu publico ſine authoritate principis fieri non poteſt, ſed liberalitate ſingulorum poteſt. Ei inſcribi nomen non poteſt, niſi principis, & cuius pecunia factum eſt, *l. 4. h. tit.*

DE RATIOCINIIS OPERVM PVBLICORVM, ET DE PATRIBVS CIVITATVM.

TIT. XIII.

NOn ad præſides & rectores prouinciarum, ſed ad patres ciuitatum, id eſt, ad curatores reipub. pertinet, excutere rationes publicorum operum, qui quoque ſiliquam pro ſe exigere poſſunt: præterea debitor publici operis ex ſola & nuda pollicitatione compellitur ſoluere, *l. vnic. hoc tit.*

DE PIGNORIBVS ET HYPOTHECIS.

TIT. XIV.

DE hoc tit. in ff. eod. diximus. Hoc vnum autem hic notandum quod ſub generali pignore ea non contineantur, quæ probabiliter debitor non præſumitur obligaſſe, vt ſunt ea, quæ ad vſum quotidianum neceſſaria habemus, & ea quæ ſingulari affectione perſequimur, vt ſunt concubina, filij naturales, &c. *l. obligationes l. 7. & 8. ff. eod. l. 1. inf. quæ res oblig. poſſ.*

IN QVIBVS CAVSIS PIGNVS TACITE CONTRAHATVR.

TIT. XV.

1 *An res in prædium ruſticum illatæ ſint tacitè obligatæ pro mercede.*

ET hunc titul. in ff. eod explanauimus. An res in prædium ruſticum il-
1 latæ ſint tacitè obligatæ pro mercede, quæſtionis † eſt? Et non deſunt qui exiſtiment illata & infecta in prædium ruſticum non minus eſſe obligata atque in prædium vrbanum. *arg. l. 5. ſup. locati.* vbi docetur ea quæ ſunt

in fundum illata, voluntate domini eſſe obligata. Sed verius eſt ea non eſſe ſine expreſſa conuentione obligata. *l.4.l.debitor,ff.de pignor.act.§.item Seruiana, inſtit.de act.* Ratio differentiæ eſt, quia fructus ex prædio ruſtico nati ſunt tacitè obligati pro mercede, *l.2.h.t.l.in prædijs 7.ff.eodem.* vnde non opus fuit ſtatuere, vt illata quoque obligarentur: Sed cùm ex prædio vrbano nullus fructus oriatur, quo locatori proſpiciatur pro mercede, inducendum fuit, vt ea quæ in tale prædium conductum inueherentur, pro mercede ſint obligata. Nec obſtat *d.l.5.certi;* nam ibi voluntas pro expreſſa conuentione domini ſumitur, nec quoque mouet *l.in prædijs, §.videndum;ff.eod.* quia eo loco præſupponitur conuentio facta de inuectis & illati.

SI ALIENA RES PIGNORI DATA SIT.

TIT. XVI.

1 *Obiectio contra h.rubr.*

QVia res aliena non poteſt obligari ſicuti ad tit.quæ res pignor.in ff. diximus, conſequens eſt, vt procurator rem domini non poſſit obligare ſine eius mandato. *l.1.h.t.* Nec tutor aut curator rem pupilli aut adulti, niſi mutuum pro quo pignus ſtatuerunt, in rem eorum conuerſum ſit, *l.2.& pen.h.tit.* At dices emptio rei alienæ valet, *l.rem alienam.ff.de contrah.empt.* cur non etiam pignus: quia pignus rem afficit, non emptio. quod ſi tamen ignoranti creditori res aliena obligata eſt, eamque debitor poſtea in ſuo dominio acceperit, naſcitur vtilis hypothecaria. *l.5.h.t.* 1

QVAE RES PIGNORI OBLIGARI POSSVNT, VEL NON, ET QVALITER PIGNVS CONTRAHATVR.

TIT. XVII.

De hoc tit.in ff.eod.latiſſimè diximus.

QVI POTIORES IN PIGNOR. HABEANTVR.

TIT. XVIII.

1 *Obiectio contra, l.6.h.t.*

ET hunc titulum ſatis in ff.eod.attigimus. Ei quod diximus generalem hypothecam anteriorem habentem, præferri creditori ſpecialem poſteriorem hypothecam habenti, *l.6.h.t.* obſtat *l.2.ſup.de pignor.* vbi ſpecialis hypotheca ſecundi creditoris præfertur generali prioris. Sed dicendum illam legem intelligi de creditore, qui ſpecialem hypothecam in quibuſdam & in alijs generalem habet, vt ſi illi ad debitum ſufficiant bona ſpecialiter obligata, non poſſit ſecundùm creditorem habentem ſpecialem repellere. quia ea fuiſſe videtur mens contrahẽtium, vt prior creditor res generaliter obligatas non prius poſſit occupare, quàm res ſpecialiter obligatæ, non ſufficerent ad debitum exoluendum. 1

Digitized by Google

DE HIS QVI IN PRIORVM CREDITORVM LOCVM SVCCEDVNT. TIT. XIX.

QVando poſterior creditor priori ſoluit, in eius locum ſuccedit ipſi iure, ſicut & in eius ius, ſi modò habeat & ipſe hypothecam. *l. vlt. h. t. l. 1. ſup. de pignor.* nam ſi poſterior creditor ſit ſimplex chyrographarius nullam habens hypothecam, non ſuccedit in ius prioris creditoris, niſi conuenerit vt idem pignus habeat obligatum, *l. Ariſto 3 ff. quæ res pignor. oblig. poſſ. vide Azon in ſum. Cod. h. t. per tot. Mud. in tract. de pignor. tit. quib. mod. pig. &c. n. 37.*

SI ANTIQVIOR CREDITOR PIGNVS VENDIDERIT. TIT. XX.

QVomodo per venditionem quis in locum creditoris ſuccedat, hic titulus declarat. Aut prior creditor diſtraxit pignus extraneo. & interior creditor, & debitor, oblata pecunia euincere non poteſt, *l. 12. h. tit.* aut vendidit ſecundo creditori, & tunc ſupereſt ius obtinendi ſecundo, *l. 5. §. vlt. ff. de diſtr. pign.* Aut debitor alienauit pignus, vel in ſolutum dedit antiquiori creditori, & eo caſu competit inferioribus ius offerendi *d. l. 1.*

SI COMMVNIS RES PIGNORI DATA SIT. TIT. XXI.

QVando vnus ex ſocijs rem communem obligat, hoc pignus alijs non nocet, re duntaxat ex parte illius ſocij exiſtente obligata, *l. vnic. h. t.* quia in re aliena pignus non conſiſtit, *l. rem alienam, ff. contrah. empt.*

DE PRAETORIO PIGNORE. TIT. XXII.

1 *Pignus prætorium quid differat à conuentionali.*

1 IN hoc titulo tractatur de pignore prætorio. differt à conuentionali † in eo, quod pignus conuentionale naſcatur ex ſola conuentione, licet non ſubſecuta fuerit traditio: ſed prætorium non naſcitur, niſi miſſus in bonor. poſſeſ. occupauerit *l. 2. ſup. qui pot. in pig. hab.*

SI IN CAVSA IVDICATI PIGNVS CAPTVM SIT. TIT. XXIII.

1 *Quomodo hoc pignus appelletur.*

Hic ſpecialiter tractatur de eo pignore quod capitur in cauſa iudicati, id eſt, pro iudicato exequendo, de quo *in l. à diuo Pio, ff. de re iud.*
1 agitur. hoc vulgo Dd. appellant† iudiciale, eo quod detur iudicij confirmandi gratia, quod Iuſt. in *l. vltim. tit. præced.* ſub prætorio comprehendere voluit.

Digitized by Google

SI PIGNVS PIGNORI DATVM SIT.

TIT. XXIV.

Nter alios iſte eſt effectus pignoris, quod à creditore ſubhypothecari & pignori dari poſſit. *l.1.hoc tit.* nec obſtat, quod res aliena pignori dari nequeat, quodque creditor non ſit dominus pignoris. nam inde fit vt ex pignore per creditorem conſtituto vtilis tantum detur actio hypothecaria, non directa, vt docetur *in l.grege 13.§.cum pignori ff.de pignor.*

DE PARTV PIGNOR. ET OMNI CAVSA.

TIT. XXV.

Cauſa h.rubr.

PArtus & reliquę acceſsiones pignoris intelliguntur cum ipſa re principali oppignoratæ, *l.2.h.tit.* ratio dubitandi erat, quia vt pignus vaeat, neceſſe eſt res pignoratas fuiſſe in bonis debitoris tempore contracti pignoris. atque iſte partus & acceſſiones tempore conuentionis non erant in bonis debitoris: ergo non ſunt obligatæ, nec ideo competit hypothecaria. Ratio decidendi eſt, quia res principalis ex qua partus editus ſit, erat in bonis debitoris tempore contracti pignoris; vnde etiam in obligationem venit fœtus editus, & aliæ acceſsiones quæ ſequuntur ſum principale.

DE REMISSIONE PIGNORIS.

TIT. XXVI.

Remittere † pignus creditor intelligitur, qui ſciens conſentit venditioni rei ſibi obligatæ *l.1.2.8.h.tit.* quod adeò verum eſt, vt ea res in qua pignus eſt remiſſum, non cenſeatur oppignorata, ſi eidem creditori debitor omnia ſua bona poſt generaliter obligauerit, quamuis in generali illa obligatione facta fuerit mentio bonorum futurorum, *l. vlt. h.tit.* Cenſentur etiam illi creditores remiſiſſe ius pignoris, qui programmate admoniti de rebus debitoris venum expoſitis die præſcripto non fuerunt præſentes, *l.ſi eo 6.hoc tit.* Conſimiliter qui conſentit vt res ſibi obligata alteri obligetur, ius ſui pignoris remiſiſſe videtur. ſed poſtremus ille creditor non ſuccedit in locum primi creditoris, ſed medij creditoris cauſa facta eſt melior *l.Paulus 12.ff.quibus mod.pignus vel hypoth.ſol.*

ETIAM OB CHIROGRAPHARIAM PECVNIAM PIGNVS TENERI. TIT. XXVII.

Creditor chyrographarius poteſt retinere pignus quod illi ex alia cauſa obligatum erat.

QVãuis ſoluta pecunia diſſoluatur obligatio, ideoq; ceſſet hypothecaria actio, nõ tamẽ ceſſat retẽtio pignoris, ſicut hæc rub. indicat. ait

enim

enim etiam ob chirographariam pecuniam pignus retineri, quaſi diceret, non ſolum retinetur propter eam pro qua eſt obligatum, ſed etiam ob chirographariam, id eſt, eam quæ debetur ſine pignoris obligatione, cuius probatio chirographo continetur. *Azo in ſum. Cod. h. t.* vnde ſi duæ ſum-
1 mæ † debeantur creditori, pro quarum altera rem quandam obligatam habet, pro altera non item, poteſt creditor pignus retinere, quamuis ſit ſoluta ſumma prior, cuius ratione pignus erat conſtitutum. *l. vnic. h. t.*

DE DISTRACTIONE PIGNORVM.

TIT. XXVIII.

1 *Quæſtio an valeat pactum vt debitor rem pignoratam nequeat alienare.*

DE hoc ff. eod. diximus Quæritur ſi conuenerit vt debitor rē pignora-
1 tam nequeat alienare † an eiuſmodi pactio valeat: & puto valere, *per l. ſi creditor 7. § vlt. ff. eod.* vbi ſic eſt legendũ, nullam eſſe venditionem, vt pactioni ſtetur. Dices pactum non valere, quia nullam paciſcentis vtilitatem continet, atque hoc pactum inutile videtur creditori, quandoquidem res pignorata ſemper remaneat obligata ad quemcunque perueniat. Reſpondeo pactum vtile eſſe, quia creditoris intereſſe poteſt hypothecaria potius experiri aduerſus debitorem, quàm aduerſus nouum dominum.

DEBITOREM VENDITIONEM PIGNORIS IMPEDIRE NON POSSE. TIT. XXIX.

NEc in teſtamento, nec inter viuos debitor prohibere poteſt, ne creditor rem pignoratam vendat, *l. 1. h. t.* planè oblationes pecuniæ debitæ cum vſuris, & creditore non accipiente facta conſignatio impedit eius venditionem, *l. 1. 2. hoc tit.*

SI VENDITO PIGNORE AGATVR.

TIT. XXX.

SI pignus à creditore ſit diſtractum, creditor eiuſque ſucceſſores debitori ſuperfluum præſtare tenentur, *l. vlt. hoc tit.* nam rem ipſam venditam nequit ab emptore vendicare. Si verò creditor per fraudem minori pretio pignus vendidit, ad intereſſe debitori tenetur: & eo non exiſtente ſoluendo contra emptorem malæ fidei, ſiue fraudis participem, ad reſtitutionem pignoris vna cum fructibus debitor agere poteſt, dummodò reſtituat pecuniam cum vſuris, quam ſuo nomine emptor creditori ſoluit. *l. 1. hoc tit.*

DE LVITIONE PIGNORIS.

TIT. XXXI.

1 *Pignoratitia actio etiam, perſonali actione ſublata, datur debitori contra creditorem.*

Digitized by Google

RES pignoris nexu obſtricta ſolutione vel ſatiſdatione luitur,id eſt, redimitur.*l.ſi reddita,h t.*vnde ſoluta pecunia quę ſub rei pignore credita eſt, datur contra creditorem pignoratitia actio ad repetendum pignus,etiãſi actio perſonalis ſublata ſit,quia etiã ius pignoris perſonali actione ſubmota durat *l.2,h.tit.*nec obſtat *l.ſi deferente,ff.quibus mod.pign.vel hypoth.ſolu.*vel ſi debitor iurauit ſe non debere,tam pignus & actio hypothecaria extinguitur, quàm actio perſonalis principalis: Item acceſſorium nequit ſubſiſtere ſublato principali.Sed dicendum prædictæ regulæ iuris locum non eſſe , quando alia eſt principalis ratio ,'alia acceſſorij,vt hic. nam ponamus creditorem malè litem inſtituiſſe,dum intenderet actionem perſonalem, & ideo fuiſſe victum,tollitur actio perſonalis non hypothecaria,*l.ſtichum 98.§.ſi creditor,ff.de ſolut.*

SI VNVS EX PLVRIBVS HAEREDIBVS CREDITORIS, VEL DEBITORIS PARTEM SVAM DEBITI SOLVERIT, VEL ACCEPERIT. TIT. XXXII.

1 *Actio pignoratitia perſonalis inter hæredes diuidi poteſt,non autem hypothecaria realis.*

QVamuis manifeſti & indubitati iuris ſit,defuncto creditore multis relictis hæredibus actionem quidem perſonalem inter eos ex l.12. tab.diuidi:†pignus tamen cuilibet remanet in ſolidum obligatum.Ratio eſt, quia pignoris nexus eſt indiuiduus· vnde fit, vt licet vnus ex hæredibus debitoris pro parte ſua debitum ſoluerit, non poſsit tamen ex parte ſua rem pignoratam repetere,*l.1.ſup,tit.prox.* Eodem modo,licet creditore mortuo vnus ex hæredibus non poſsit debitum petere,niſi pro portione ſua,nihilominus hypothecaria vti poteſt in ſolidum.*d.l.1.* 1

SI PIGNORIS CONVENTIONEM NVMERATIO SECVTA NON SIT. TIT. XXXIII.

SIcut cautioni creditæ pecuniæ obſtat exceptio non numeratæ pecuniæ , ita quoque ſi pignus conuentum vel datum ſit, obſtat exceptio non numeratæ pecuniæ,*l.1.& 2.h.tit.*vnde debitor poteſt creditorem qui pecuniam non numerauit ad reſtitutionem pignoris conuenire:nec ille *d.l.1.*poteſt exceptione dati pignoris tueri , niſi probet ſe pecuniam numeraſſe.*d.l.1.*

DE IVRE DOMINII IMPETRANDO. TIT. XXXIV.

1 *Explicatio l.vlt.h.t.*

IVſtinianus *in l. vlt. h. t.* ſtatuit, vt ſi inter contrahentes † conuentum ſit adiectis pactis, quemadmodum illud diſtrahi debeat, illud ſeruetur: ſin minus, vt creditor vendere poſſit pignus poſt biennium à tempore denunciationis debitori per creditorem factæ numerandum. Quod ſi creditor nullum emptorem reportat, rurſus debitorem monebit, ſi pręſens eſt vt ſoluat, ſin abſens fuerit debitor, à iudice debitor terminum aliquem poſtulabit, vt eum interim requirere poſſit. Deinde, ſi intra illud tempus non inuentus fuerit iudex, tempus certum definiet, intra quod ei licentia dabitur ſeſe manifeſtare, & offerre pecuniam, & pignus à pignoratione liberare. Quod ſi verò interim non ſoluerit, creditor ius dominij à principe impetrabit: quo impetrato, adhuc pietatis intuitu intra biennium recuperabit debitor pignus, ſi intra illud à die impetrati dominij computandum debitum cum vſuris præſtiterit. Hæc Iuſtinianus. Hodiè autem pignoris venditiones & adiudicationes ſunt ſeruandæ iuxta ſtatuta & conſuetudines locorum.

DE PACTIS PIGNORVM, ET LEGE COMMISSORIA IN PIGNORIBVS RESCINDENDA.

TIT. XXXV.

1 *Lex commiſſoria in pignoribus prohibita.*
2 *Ratio prohibitionis.*

LEx commiſſoria in pignoribus prohibita eſt, † *l. vlt. h. t.* & formaliter tunc contingit, quando conuenit, vt niſi debitum certo die ſoluatur, res pignorata pro debito cedat debitori. *vide quæ diximus in ff. de leg. commiſſ.*

Huius legis ſeu pacti improbandi † ratio hæc fuit, quia obligatio pignoris fieri ſolet pro longe minori debito, quàm res eſt. Vnde ſi lex commiſſoria valeret, vſura committeretur, & debitores creditoribus ad id inhiantibus cupiditate habendi pecuniam, facile huiuſmodi pacta facerent, & per conſequens dolo & malitiæ creditorum indulgeretur. *Panor. in c. ſignificante n. 6. ext. de pignor.* pactum tamen legis commiſſoriæ ex interuallo factum, ſecund. Panorm. valet, quia hoc caſu non præſumitur debitor illud neceſsitate ductus facere. *arg. l. 2. h. tit.*

DE EXCEPTIONIBVS SEV PRAESCRIPTIONIBVS. TIT. XXXVI.

DE LITIGIOSIS. TIT. XXXVII.

DE CONTRAHENDA ET COMMITTENDA STIP. TIT. XXXVIII.

Digitized by Google

DE INVTILIBVS STIPVLATIONIBVS. TIT. XXXIX.

DE DVOBVS REIS STIPVLANDI, ET PROMITTENDI. TIT. XL.

DE duobus præced. tit. in ſuo loco in ff. diximus. De contrahend. & com. ſtip. diximus ad tit. ff. de verb. obl. de penultimo tit. videatur tit. inſtit. de inutilib. ſtip. per tot. poſtremus verò tit. in ff. eod. explicatus eſt.

DE FIDEIVSSORIBVS ET MANDATORIB. TIT. XLI.

1 *Quæſtio an fideiuſſor pro furioſo, pupillo, &c. intercedens, obligetur ſine curator. conſ.*

DE h. tit. materia in ff. eod. ſatis docuimus.

Quæritur an fideiuſſor pro furioſo, †pupillo, vel prodigo ſine curatore contrahente intercedens obligetur? pars affirmans probari videtur per *l. Marcellus 26 ff. eod. & l. pupillus 127 ff. de v. oblig.* Sed his non obſtantibus negatiua verior eſt, quæ probatur *per l. ſi à reo 71. § ſi à furioſo. ff. h. t. l. is cui 6. vbi Dd. ff. de verb. oblig.* ratio eſt, quia vt fideiuſſores teneantur, oportet vt vel ciuili, vel naturali obligationi accedant: *§. 1. inſt. h. t.* at huiuſmodi perſonæ principales neque naturaliter, neque ciuiliter obligantur, ergo &c. nec obſtat *d. l. Marcellus, cum d. l. pupillus.* nam ibi furioſus vel pupillus ex re naturaliter fuerunt obligati. De hac materia aliquando plures quæſtiones tractabimus. 1

DE NOVATIONIBVS. TIT. XLII.

NOuatio eſt prioris debiti in aliam, vel ciuilem vel naturalem transfuſio. *l. 1. ff. eod.* vti ibid. diximus.

DE SOLVTIONIBVS ET LIBERATIONIBVS. TIT. XLIII.

1 *An ſolutio particularis ſit admittenda.*

DE materia ſolutionis in ff, eod. docuimus.

An ſolutio particularis† ſit admittenda, hoc eſt, an creditor cogatur inuitus partem debiti accipere, quæritur: quod regulariter negatur: *arg. l. obligatione 9. h. tit. l. 3 ff. famil. erciſ. l. Paulus 99. ff. h. t. l. tutor 41. § Lucius, ff. de vſur. l. quia 19. ff. de pig.* Ratio eſt, quia ſolutio particularis eſt incommoda creditori. Nec obſtat, *l. quidam exiſtimauerunt 21. ff ſi cert. petat.* nam ibi ſolutio particularis admitti debuit, eo quod pars debiti ſola liquida erat, non totum debitum. Nec obſtat ratio ibi aſſignata, nimirum quod ad prætorem pertineat litẽ minuere, hoc. n. verũ eſt, quãdo pars eſt liquida, & ſuper altera litigatur, at hic ponimus totũ debitũ eſſe liquidũ. Nec obſtat *l. vl. ff. quib. mo.* 1

Digitized by Google

pig.ſolu. nam eo loco fuerunt plura diuerſa debita, vnde creditor compelli poteſt vnum debitum accipere, ſine altero, neque enim tunc dicenda eſt ſolutio particularis.

DE ACCEPTILATIONIBVS.

TIT. XLIV.

ACceptilationis materiam tractat Iuſtin. *in §. item, Inſt. quibus mod. toll. oblig. nos de ea in ff. eod. diſſeruimus.*

DE EVICTIONIBVS.

TIT. XLV.

1 *Quando denunciatio fieri debeat.*

DE Euictione in ff. eod. diximus.

QVæritur quando denunciatio fieri † debeat? Reſpondeo, denunciari poſſe, donec ſit in cauſa concluſum *l. ſi rem 29. §. vlt. ff. eod.* non obſtat *l. qui concubinam 29. § ſi hæres ff. de leg. 3.* vbi videtur eſſe denunciandum, ante litem conteſtatam. Nam illa verba priuſquam iudicium acciperetur, ſignificant priuſquam iudicium accipiatur cum effectu, ita vt iudicis ſententia nondum ſit pronunciata, nec concluſum in cauſa.

CREDITOREM EVICTIONEM PIGNORIS NON DEBERE. TIT. XLVI.

CReditor qui rem pignoratam vendit iure creditoris, minimè tenetur de euictione, ne quidem ad pretium reſtituendum, niſi de ea re conuenerit, aut ſciuerit rem eſſe in bonis debitoris, *l. 1. 2. h. tit.*

DE PATRIA POTESTATE.

TIT XLVII.

1 *Patria poteſtas quid.*
2 *Origo.*
3 *Qui ſint in patria poteſtate.*

1 EX hoc titulo tria notanda ſunt: primo quid ſit patria poteſtas, deinde ex quo iure ſit, denique quinam, quos in poteſtate habeant.

Patria poteſtas eſt ius quoddam, † quod habent qui ſunt de imperio
2 Romano in liberos ſuos legitimos & naturales. *Azo in ſum. Cod. h. tit.* & eſt introducta † à ſolis Romanis Romulo ſic conſtituente, *Dionyſ. libr. 2. vide l. 8. ff. de his qui ſunt ſui vel alieni iur.* In poteſtate noſtra ſunt liberi noſtri, quos ex iuſtis nuptijs procreauimus, *§. 1. inſt. eod.* Dixi iuſtis nuptijs. nã nati ex coniunctionibus illicitis, vt ex concubina, meretricibuſque, in po-
3 teſtate noſtra non ſunt, *l. Paulus 11. ff. de ſtat. hom.* cuius rei ratio eſt, quia ſpurij patrem habere non videntur. *Modeſtinus in l. vulgò 23. ff. de ſtat. hom.* Qui igitur ex te & vxore tua naſcitur, in tua poteſtate eſt. Item qui ex filio tuo & v-
1 xore eius naſcitur, id eſt, nepos tuus, & neptis, æquè ſunt in tua poteſtate, & pronepos, & proneptis, & deinceps cæteri. Qui autem ex filia tua naſcitur, in tua poteſtate non eſt, ſed in patris eorum, *§. 2. h. tit.* vnde filiaſ. non

patri

patri ſed marito filiumf. parit, *l. familiæ 196. ff. de verb. ſig.* quia qui naſcuntur patris non matris familiã ſequũtur: itaq; quod filia parit, nõ auo, ſed patri oneri eſt, *l. pen. ff. de agnoſ. liber.* Porro quamuis vxores quæ in manus vni conuenerant, mariti erant: *Vlp. reg. tit. 22.* nihilominus tamen in patris poteſtate manebant, vt reſpectu mariti matresf. reſpectu verò patris filiæfam. dicerentur, quia nuptiæ patriam poteſtatem non perimunt, quod tamen moribus vſurpatur, &c.

DE ADOPTIONIBVS. TIT. XLVIII.

DE EMANCIPATIONIBVS. XLIX.

De his duobus tit. in ff. eod. latiſsimè tractauimus.

DE INGRATIS LIBERIS. TIT. L.

COllata liberalitate, filius emancipatus ſe indignum reddit, ſi patrem petulanti procacitatis lingua ſectetur, conuitijs laceſſat, & atrocibus iniurijs, puta manus inferendo, pulſando, & opprimendo, ipſum officiat. his enim ex cauſis, cum exhæredationis culpam committat, dubium non eſt, quin damno immeritæ libertatis plecti, & reſciſſa emancipatione in patriam poteſtatem reuocari poſsit, *l. vnic hoc tit.*

DE POSTLIMINIO ET REDEMPTIS AB HOSTIBVS. TIT. LI.

De hoc in ff. eod. diximus.

DE INFANTIBVS EXPOSITIS. TIT. LII.

PAtriam poteſtatem perdit qui liberos exponit, vt dominus perdit dominicam, qui ſeruos recenter natos exponit, nec enim quis ſuum dicere poterit, qui pereuntem contempſit, *l. 2. hoc tit. 6.* Suſcipientes autem nullum ius poſſunt vendicare in eos, quos aluerunt, *l. vlt. hoc tit.* ſed fiunt ſui iuris, licet nati ſint ſerui *d. l. vlt. cum auth. ſeq.*

QVAE SIT LONGA CONSVETVDO. TIT. LIII.

1 *Conſuetudo quid.*
2 *Conſuetudo duplex.*
3 *Quomodo poſterior cõſuetudo priorẽ tollat.*
4 *Quæ dicatur longa conſuetudo.*

COnſuetudo † eſt ius non ſcriptum, quod vſus approbauit, ſiue quod diuturni mores conſenſu vtentium comprobati induxerunt, *§. ex reſcripto inſt. de iur. nat. gen.* Conſuetudo † eſt duplex, generalis & ſpecialis, generalis eſt quæ generaliter obſeruatur. Specialis eſt quæ certis locis vigorem & obſeruantiam habet, *c. ſi facta diſt. 12. C. nolite c. eccleſiaſticarum 11. diſt.* 1 2

pig.ſolu. nā in eo loco fuerunt plura diuerſa debita, vnde creditor compelli poteſt vnum debitum accipere, ſine altero, neque enim tunc dicenda eſt ſolutio particularis.

DE ACCEPTILATIONIBVS.

TIT. XLIV.

ACceptilationis materiam tractat Iuſtin. *in §. item, Inſt. quibus mod. toll. oblig. nos de ea in ff. eod. diſſeruimus.*

DE EVICTIONIBVS.

TIT. XLV.

1 *Quando denunciatio fieri debeat.*

DE Euictione in ff. eod. diximus.

QVæritur quando denunciatio fieri † debeat? Reſpondeo, denunciari poſſe, donec ſit in cauſa concluſum *l. ſi rem 29. §. vlt. ff. eod.* non obſtat *l. qui concubinam 29. § ſi hæres ff. de leg.* 3. vbi videtur eſſe denunciandum, ante litem conteſtatam. Nam illa verba priuſquam iudicium acciperetur, ſignificant priuſquam iudicium accipiatur cum effectu, ita vt iudicis ſententia nondum ſit pronunciata, nec concluſum in cauſa.

CREDITOREM EVICTIONEM PIGNORIS NON DEBERE. TIT. XLVI.

CReditor qui rem pignoratam vendit iure creditoris, minimè tenetur de euictione, ne quidem ad pretium reſtituendum, niſi de ea re conuenerit, aut ſciuerit rem eſſe in bonis debitoris, *l. 1. 2. h. tit.*

DE PATRIA POTESTATE.

TIT XLVII.

1 *Patria poteſtas quid.*

2 *Origo.*

3 *Qui ſint in patria poteſtate.*

EX hoc titulo tria notanda ſunt: primo quid ſit patria poteſtas, deinde ex quo iure ſit, denique quinam, quos in poteſtate habeant.

Patria poteſtas eſt ius quoddam, † quod habent qui ſunt de imperio Romano in liberos ſuos legitimos & naturales. *Azo in ſum. Cod. h. tit.* & eſt introducta † à ſolis Romanis Romulo ſic conſtituente, *Dionyſ. libr. 2. vide l. 8. ff. de his qui ſunt ſui vel alieni iur.* In poteſtate noſtra ſunt liberi noſtri, quos ex iuſtis nuptijs procreauimus, *§. 1. inſt. eod.* Dixi iuſtis nuptijs. nā nati ex coniunctionibus illicitis, vt ex concubina, meretricibuſque, in poteſtate noſtra non ſunt, *l. Paulus 11. ff. de ſtat. hom.* cuius rei ratio eſt, quia ſpurij patrem habere non videntur. *Modeſtinus in l. vulgò 23. ff. de ſtat. hom.* Qui igitur ex te & vxore tua naſcitur, in tua poteſtate eſt. Item qui ex filio tuo & vxore eius naſcitur, id eſt, nepos tuus, & neptis, æquè ſunt in tua poteſtate, & pronepos, & proneptis, & deinceps cæteri. Qui autem ex filia tua naſcitur, in tua poteſtate non eſt, ſed in patris eorum, *§. 2. h. tit.* vnde filiaſ. non

patri

Digitized by Google

patri ſed marito filium f. parit, *l. familiæ 196. ff. de verb. ſig.* quia qui naſcuntur patris non matris familiã ſequũtur: itaq; quod filia parit, nõ auo, ſed patri oneri eſt, *l. pen. ff. de agnoſ. liber.* Porro quamuis vxores quæ in manus vni conuenerant, mariti erant: *Vlp. reg. tit. 22.* nihilominus tamen in patris poteſtate manebant, vt reſpectu mariti matresf. reſpectu verò patris filiæfam. dicerentur, quia nuptiæ patriam poteſtatem non perimunt, quod tamen moribus vſurpatur, &c.

DE ADOPTIONIBVS. TIT. XLVIII.

DE EMANCIPATIONIBVS. XLIX.

De his duobus tit. in ff. eod. latiſsimè tractauimus.

DE INGRATIS LIBERIS.

TIT. L.

COllata liberalitate, filius emancipatus ſe indignum reddit, ſi patrem petulanti procacitatis lingua ſectetur, conuitijs laceſſat, & atrocibus iniurijs, puta manus inferendo, pulſando, & opprimendo, ipſum officiat. his enim ex cauſis, cum exhæredationis culpam committat, dubium non eſt, quin damno immeritæ libertatis plecti, & reſciſſa emancipatione in patriam poteſtatem reuocari poſsit, *l. vnic hoc tit.*

DE POSTLIMINIO ET REDEMPTIS AB HOSTIBVS.

TIT. LI.

De hoc in ff. eod. diximus.

DE INFANTIBVS EXPOSITIS.

TIT. LII.

PAtriam poteſtatem perdit qui liberos exponit, vt dominus perdit dominicam, qui ſeruos recenter natos exponit, nec enim quis ſuum dicere poterit, qui pereuntem contempſit, *l. 2. hoc tit. 6.* Suſcipientes autem nullum ius poſſunt vendicare in eos, quos aluerunt, *l. vlt. hoc tit.* ſed fiunt ſui iuris, licet nati ſint ſerui *d. l. vlt. cum auth. ſeq.*

QVAE SIT LONGA CONSVETVDO.

TIT. LIII.

1 *Conſuetudo quid.*
2 *Conſuetudo duplex.*
3 *Quomodo poſterior cõſuetudo priorẽ tollat.*
4 *Quæ dicatur longa conſuetudo.*

COnſuetudo † eſt ius non ſcriptum, quod vſus approbauit, ſiue quod diuturni mores conſenſu vtentium comprobati induxerunt, *§. ex reſcripto inſt. de iur. nat. gen.* Conſuetudo † eſt duplex, generalis & ſpecialis, generalis eſt quæ generaliter obſeruatur. Specialis eſt quæ certis locis vigorem & obſeruantiam habet, *c. ſi facta diſt. 12. c. nolite c. eccleſiaſticarum 11. diſt.*

Digitized by Google

3 poſterior autem † conſuetudo priorem tollit, ſi in eodem municipio diuerſis temporibus diuerſæ conſuetudines oriantur. nam ſi diuerſis locis, ſecus, *c.1.ext.de cognat.ſpirit.* neque enim diuerſæ conſuetudines aliquorum
4 debent aliorum contrario more ſubuerti *c. illud 12. diſtinct.* Quamuis † autem rubrica quærat, quæ dicatur longa conſuetudo, non tamen ſoluit vel decidit; ideo ius canonicum hac in parte ſequendum eſt, arg. *c. 1. de nou. oper. nunc.* quod decennium tantum ad introducendam conſuetudinem exigit.

DE DONATIONIBVS.

TIT. LIV.

De hac materia ample ſcripſimus in ff. eod.

DE DONATIONIBVS QVAE SVB MODO, VEL CONDITIONE, VEL CERTO TEMPORE FINIVNTVR. TIT. LV.

1 *Donatio ſub modo.*
2 *Donatio ſub conditione.*
3 *Donatio ex certo tempore, & de actione competente illi, cui finito tempore res donata reddi debet.*

1 DOnatio ſub modo ita fit: † dono tibi prædium illud, vt me alas, *l.1.h.*
2 *t.* donatio ſub conditione ita: † dono tibi prædium illud, ſi à patre emancipatus fueris, *l.5.§.b.t.*
3 Donatio autem ex certo tempore fit, † dono tibi fundum illum eo pacto, eaq; lege, vt proprietas fundi eius ad me redeat poſt quinquennium, vel vt redeat ad L. Titium, *vt l.3. hoc tit.* ideoque finito tempore quinquennij, licet Titio, veteri iure & ſtricto, qui ſibi ſtipulatus non eſt, non competat actio, datur tamen vtilis ex conſtitutione D. fratrum, eadem ſc. quę donatori competeret, puta præſcriptis verbis, vel condictio ob rem dati, *d.l.3.*

DE REVOCANDIS DONATIONIBVS.

TIT. LVI.

1 *Quando perficiatur donatio.*
2 *Cauſæ reuoc. donat.*
3 *Quæſtio an quilibet donator ob ſuperuenientiam liberorum donat. reuocare poſſit.*

1 DOnatio ſemel ritè perfecta temerè reuocari non poteſt. Perficitur autem, † cum donator, ſuam voluntatem ſcriptis aut ſine ſcriptis manifeſtauerit, *§.2. hoc tit.* & ad exemplum venditionis eas in ſe habere neceſsitatem traditionis voluit Iuſtinianus: vt etiam ſi non tradantur, habeant pleniſsimum & perfectum robur, & traditionis neceſsitatem, *d.§.2.* Afferuntur tamen duæ cauſæ donationis reuocandæ, prior eſt ſi donata-

natorius ingratus fuerit erga donatorem: poſterior, ſi poſt donationem liberi naſcantur donatori. non quælibet ingratitudo ſufficit ad donationem reuocandam, ſed ingens requiritur, vt ſi donatarius iniurias atroces in donatorem effundat, vel manus impias inferat, vel rebus eius magnum adferat detrimentum, vel eius vitæ inſidietur, vel non impleat ea, quæ vt explerentur conuentum eſt, *l. vlt. hoc tit.* mater tamen, prout neque hæres donatores *d. l. vlt.* ob ingratitudinem filij reuocare donationem nō poteſt, ſi vel ad ſecundas nuptias conuolauit, vel luxurioſè viuit, *l. 2. h. tit.* exceptis tribus caſibus, quando filius inſidiatur eius vitæ, quando flagellis eam effecit, vel omnibus eius facultatibus inſidiatus fuerit. Auth quod mater *hoc tit.* Quod ad ſecundam donationis reuocandæ cauſam attinet, neceſſe eſt, vt donator tempore factæ donationis nullam habuerit ſobolem. nam ſi vel vnicam tantum habet prolem, donatio non reuocabitur pluribus poſtmodum natis liberis, ratio eſt, quia cur donatio reuocetur propter ſuperuenientiam liberorum, hanc habet rationem, quod ſi donator cogitaſſet de liberis, donationem minimè facturus fuiſſet, vtpotè cum non præponere intelligatur velle ſuo ſanguini extraneos, *l. cum auus ff. de cond. & demonſtr. l. cum acutiſsimi ſup. de fideicommiſſis.*

An autem quilibet donator, † poſsit reuocare donationem propter ſuperuenientiam liberorum iuxta diſpoſitionem *l. ſi vnquam, §. hoc tit.* hoc inter Dd. grauiter controuertitur. vide Conan. *lib. 5. c. 10. n. 3. &c.* 3

DE DONATIONIBVS CAVSA MORTIS. TIT. LVII.

De hac materia in ff. eod. diſputauimus, vide latiùs Azon. in ſum. h. t.

DE INFIRMANDIS POENIS COELIBATVS ET ORBITATIS ET DECIMARIIS SVBLATIS.

TIT. LVIII.

OLim viri cœlibes, & mulieres orbatæ viris, nihil ex teſtamentis ciuium Romanorum capere poterant, *l. 1. h. t.* Olim per l. Papiam ſtatutum erat, vt decima pars eorum quæ relinquebantur viro ab vxore, vel è contra applicaretur fiſco, *l. vlt. hoc tit.* Sed illæ leges hodiè ceſſant, *d. l. 1. & d. l. vlt.*

DE IVRE LIBERORVM.

TIT. LIX.

OLim pater emancipato non ſuccedebat, niſi impetraſſet à principe ius liberorum, *l. 1. hoc tit. vide Bald. ad tit. ſup de patria poteſtate.* Olim quoque mater non ſuccedebat filio, niſi tres liberos ingenua, quatuor libertina peperiſſet; ſed vtrumque hodiè ceſſat, *l. vlt. hoc tit.* & parentes liberis ſuis non extantibus deſcendentibus ſuccedunt ſine vlla diſtinctione.

Digitized by Google

CODICIS D. IVSTIN. SACRATISS. PRINCIPIS LIBER IX.

DE HIS QVI ACCVSARE NON POSS. TIT. I.

1 *Qui accuſare poſsint.*

2 *Exempla qui accuſari prohibeantur.*

MArcellus Iuriſconſultus omnes accuſare poſſe reſpondit, quibus à iure non eſt interdictum, *l. 18. ff. de accuſ.* Itaque hæc res Edicti prohibitorij eſt. Interdictum eſt autem,† pupillo, mulieri, magiſtratui, infa-
1 mi, militi, & hic qui duo iudicia aduerſus reos ſubſcripta habent, nummoſue ob accuſandum, vel non accuſandum accepit: item filio parētem, liberto & alumno patronum ſuum ſuſpecto de calumnia pauperi, qui minus quam 50. aureos habet, *d. l. 18.* niſi hi duo iniuriam ſuam exequantur, mortemque ſuorum defendant *l. h. tamen ff. d. tit.* Sanè in atrocioribus criminibus; puta læſæ maieſtatis, hæreſis, ſimoniæ, & defraudatæ annonæ quilibet ad accuſandum admittitur, *l. pen. hoc tit. c. heli extra de ſimon. l. 3. vbi gloſſ. & dd. ff. de accuſ.* Qui verò accuſari non poſſunt,† ſunt legati, præſides, magiſtratus Pop. Rom. alijque qui honore publico funguntur, *l. 12. ff. de*
2 *adult.* Item infantes & furioſi, *l. infans ff. ad l. cor. de ſiccar.* Præterea abſentes, *l. abſentem inf. tit ſeq.* Nec qui ſemel crimine ac iudicio abſolutus, poteſt iterum de eodem accuſari, *l. ſi cui ff. de accuſ.* niſi præuaricatione prioris iudicij approbata, *l. 4. §. vlt. ff. de adult. l. 3. ff. de praeuaric. VVeſſ. in parat. ff. de accuſ.* nec ab alio, niſi iniuriam & dolorem ſuum perſequatur, & doceat ſe ignoraſſe ab alio accuſationem inſtitutam, *d. l. ſi cui, &c.*

DE ACCVSATIONIBVS ET INSCRIPTIONIBVS. TIT. II.

DE EXHIBENDIS ET TRANSMITTENDIS REIS. TIT. III.

DE CVSTODIA REORVM. TIT. IIII.

De his tit. in ff. eod. diximus.

DE PRIVATIS CARCERIBVS INHIBENDIS. TIT. V.

1 *Priuatis non licet habere carcerem.*

NEmini licet priuatum carcerem† habere vel exercere, præterquam
1 magiſtratui, vnde is qui carceribus priuatis aliquem detinet, vt & iudices, qui huiuſmodi, genus hominum nonpuniunt, tanquam criminis læſæ maieſtatis rei, vltimo ſupplicio ſubduntur, *l. vnic. hoc tit.*

SI REVS VEL ACCVSATOR MORTVVS FVERIT. TIT. VI.

Reo defuncto extinguitur accuſatio, niſi mortem ſibi conſciuerit cõſcientia criminis, *l.4.h.t.* Quod ſi ex pluribus accuſatis vnus moriatur, contra reliquos iudicium peragetur, *l.1.hoc tit.* quia accuſatio duntaxat perempta eſt quo ad defunctum. Similiter defuncto accuſatore iudicium extinguitur, vt eius hæredes nec compellantur, nec poſsint proſequi crimina per defunctum inchoata, niſi inſtar quorumlibet extraneorum de nouo cauſam agant intra 30. dies poſt crimen abolitum numerandos, *l. diu. 19. accuſ.*

SI QVIS IMPERATORI MALEDIXERIT. TIT. VII.

1 *Quæſtio an is qui principi maledixit ſit puniendus.*

An is qui principi maledixit, † puniẽdus ſit, quæritur? & diſtinguitur, aut quis Imperatorem appellauit perfidum, tyrannum, rufum &c. ex leuitate, & non punitur, lubricum enim linguæ facilè ad pœnam trahi non debet, *l. famoſi ff. ad l. iul.* manet aut ex inſania furoris, vel rabiej vini, & miſeratione dignus eſt, aut cùm deliberatione & animo iniuriandi, & remittendus eſt ad principem, & ipſe videbit ſiue cognoſce, ex qualitate perſonarum, vtrum crimen puniri, vel an non debeat, *l. vnic. hoc tit.* 1

AD L. IVL. MAIEST. AD L. IVL. DE ADVLTER.

De his titulis in ff. docuimus.

SI QVIS EAM, CVIVS TVTOR FVERIT CORRVPERIT. TIT. X.

1 *Pœna ſtupri.*

2 *Pœna tutoris ſtuprantis pupillam.*

Qui ſtuprum † cum virgine vel vidua honeſtè viuente committit, 1 patitur dimidiæ partis ſuorum bonorum publicationem, ſi honeſtus eſt: ſin humilis eſt conditionis, pœnam corporis quoque ſuſtinet, *§. item l. Iul. inſt. de pub. iud.* Sed tutor † pupillam ſtuprans deportatur, & inſu- 2 per omnium bonorum patitur confiſcationem, quinimò poteſt ſubdi illi pœnæ, quæ raptoribus impoſita eſt, *l. vnic. hoc tit.*

DE MVLIERIBVS QVAE SE PROPRIIS SERVIS IVNXERVNT. TIT. XI.

1 *Quomodo ſeruus iungens ſe heræ ſuæ puniatur, & quomodo mulier.*

HOc ſtuprum acrius punitur, quàm aliàs. Seruus enim comburitur, mulier ſubit pœnam capitalem, bona eius perueniunt ad cognatos mulieris *l. vnic. hoc tit.* licet aliàs applicentur fiſco, *l. vlt. infr. de bonis damnator.*

AD LEG. IVL. DE VI PVBL. VEL PRIN. TIT. XII.

De hoc dixi ſub proprijs ſuis tit. in ff.

DE RAPTV VIRGINVM, VEL VIDVARVM, SANCTIMONIALIVM. TIT. XIII.

1 *Pœna raptoris & auxilium præſtantis.*
2 *An hæ pœnæ de iure canonico ſint ſublatæ.*

CRimen raptus virginum, ſanctimonialium vel viduarum eſt publicum, & eius pœna vltimum ſupplicium, & ademptio bonorum, vt cedant raptis. Et non ſolum puniuntur † qui crimen commiſerunt, ſed &
1 qui illis auxilium tulerunt, qui adhuc flagrante crimine comprehenſi impunè à raptarum conſanguineis interfici poſſunt. Parentes verò ſi remiſſo dolore, conſenſum accommodauerint, deportatione plectuntur: quod ſi raptor ſeruilis ſit conditionis, igni traditur, *l. vnic. hoc tit.*

2 An pœna hæc de iure canonico ſit ſublata, † controuertitur, nos ſententiæ benigniori gloſſæ *ad c. de puellis in fin 36. quæſt. 1. & Couar. in 4. part. ext. c. 3. n. 9.* adhærentes exiſtimamus pœnalem illam ablationem tanquam libertati matrimonij interruptorem & raptam officientem, meritò à iure exploſam eſſe, *c. gemma ext. de ſponſalib.*

DE EMENDATIONE SERVORVM. TIT. XIV.

DOminus quidem poteſt ſeruos flagellare & emendare, ſed non dolo malo occidere, quin non incidat in l. cornel. de ſiccar. *l. vnic. hoc tit.*

DE EMENDAT. PROPINQVORVM. TIT. XV.

SEniores propinqui quoque poſſunt emendare, ſed modicè. *l. vnic. hoc tit.*

AD L. CORNEL. DE SICARIIS. TIT. XVI.

1 *Quæritur vtrum ſubire debeat pœnam ordinariam, qui vnum pro alio interfecit.*

DE

DE pœna l. Corneliæ diximus in ff.eod. Quæritur † vtrum ſubire debeat pœnam homicidij ordinariam, qui vnum pro alio interfecit, veluti ſi quis interfecerit Paulum, ratus quod interfecerit Petrũ.pleriq; partem negatiuam tenent, quia inquiunt,non habuit animum interficiendi Paulum,atque requiritur animus vt quis ſubdatur pœnæ arbitrariæ homicidij. Attamen *Iulius Clar. ſentent. lib. 5. §. homicidium nu. 6.* contrarium aſſerit,quia licet non habuerit animum interficiendi Paulum, habuit tamen animam interficiendi. vide *Fachan.lib.1.contr.c.36.* 1

DE HIS QVI PARENTES, VEL LIBEROS OCCID. TIT. XVII.

De pœna parricidarum diximus in ff.eod.

DE MALEFICIS ET MATHEMATICIS ET CAETERIS SIMILIBVS. TIT. XVIII.

1 *Pœna maleficorum eſt vltimum ſupplicium.*

MAlefici,diuinatores, & mathematici,vltimo ſupplicio puniuntur, damnabilis enim eſt ars magica & mathematica,ſi non in ſalutem, ſed perniciem hominum conuertatur, *l. nemo. l.eorum.l.artem hoc tit. vide pulchrè Binſfel.ſuper hoc tit.*

DE SEPVLCHRO VIOLATO. TIT. XIX.

AD L. FABIAM DE PLAGIARIIS. TIT. XX.

De his tit. quoque in ff. diximus.

AD L. VISELLIAM. TIT. XXI.

LEx viſellia libertos perſequitur,ſi honores & dignitates ingenuorum auſi fuerint attentare,vel decurionatum arripere: niſi iure aureorum annulorum à principe impetrato gerant. *l.vnic.hoc tit.*

AD L. CORNEL. DE FALS.

DE HIS QVI SIBI ADSCRIBVNT IN TESTAMENTO.

De his titulis in ff. diſputauimus.

DE FALSA MONETA. TIT. XXIV.

1 *Pœna fabricantis falſam monetam.*

Digitized by Google

1 QVi fabricat falſam monetam† principis,ſub effigie monetæ concremetur,*l.2.hoc tit.* qui verò ciuitatis, non igni traditur, ſed pœnæ capitis, quã Dd. deportationem intelligunt. in Germania indiſtinctè in feruens oleum,in Gallia in feruentem aquam conijcitur.Qui vero nummos partim rodunt,partim extinguunt,ad beſtias damnantur,ſi ſint liberi homines,ſi ſerui, vltimo ſupplicio ſubduntur,*l.8.ff.ad l.corn.de falſ.*Qui autem ſcienter falſam monetam expendit,pœna,l.corneliæ de falſ.tenetur, *l.in hac lege ff. ad l.cornel.de falſ.*

DE MVTATIONE NOMINIS.
TIT. XXV.

1 *Pœna nomen ſuum dolo malo mutantis, vel ſe doctorem falſo dicentis.*

FAlſi nominis vel cognominis aſſeueratio pœna falſi coercetur, *l.13.ff. ad l.Cornel.de falſ.l.vnic.h.t.* vnde qui ſe profitetur doctorem vel nobilem,
1 cum non ſit,incidit in pœnam falſi: quod verum ſi nomen dolo malo in fraudem alterius mutetur: VVeſſ.in parat.ff.de falſ. vnde generaliter ſine fraude licet mutare nomen: non autem in ſpecie, vtpote in vno contractu ſe appellare Philippum,in altero Conſtantinum &c.Bald.*in rubr.h.tit.*

AD L. IVL. DE AMBITV TIT. XXVI.
AD L. IVL. REPETVNDAR. TIT. XXVII.
DE CRIMINE PECVLATVS. TIT. XXVIII.
DE CRIMINE SACRILEGII. TIT. XXIX.

De his tit. ſufficienter in ff.diximus.

DE SEDITIOSIS, ET DE HIS QVI PLEB. CONTR. REMPVB. CONCITANT. TIT. XXX.

1 *Actio ciuilis regulariter non præiudicat criminali, & quomodo hoc procedat.*

NOn immeritò grauiſsimè illi puniuntur, qui plebem ad ſeditionem concitant,*l.1.2.h.t.*ſunt enim publicæ tranquillitatis turbatores. vide *Gail.in tract.de pac.public.*

QVANDO CIVILIS ACTIO CRIMINALI PRAEIVDICET. TIT. XXXI.

QVANDO ex eodem crimine competit ciuilis & criminalis, an vna præiudicet alteri:in quæſtionem venit,& regulare eſt, non præiudicare. Sed hoc cum diſtinctionis moderamine accipiendum; nam ſi vtraq; actio tendat ad vindictam, tunc vna peracta, alteri non eſt locus. quod ſi vna ad perſecutionem rei familiaris,altera verò ad vindictam tendit, eo caſu quamuis non poſſint ſimul in eodem libello proponi, vna tamen

peracta

peracta,altera nihilominus durat,*l.vnic.h.t.* vt in furto,rapina, &c. *vide Cuiac.lib.4.obſ.23.& lib.20.obſ.c.25.*

DE CRIMINE EXPILATAE HAEREDITATIS. TIT. XXXII.

DE VI BONOR. RAPTOR. TIT. XXXIII.

DE CRIMINE STELLIONATVS. TIT. XXXIV.

De his titulis in ff. diximus.

DE INIVRIIS. TIT. XXXV.

DE FAMOSIS LIBELLIS. TIT XXXVI.

1 *An iniuria vt iudici facta, Iudex ipſe punire poſſit.*
2 *An prouocatus iniuriam retorquere poſſit.*

DE his quoque tit in ff.tractauimus.

An iniuria iudici vt iudici facta,†ipſe poſſit punire contra tit.*ſup. ne huis in ſua.propr cauſa,vide Gail.lib.1.39.* qui hoc affirmat, maximè ſi ad vindictam Reipubl.iniuria ſpectet,& per eam impediatur,*c.1.de pœn.in 6.* 1

Quomodo infamia in act.iniur.declinetur,vide Fel.*in c.cum te, n.5. ext.de iudic.*

Prouocatus†an iniuriam retorquere poſſit; vide D. Gail *lib. 20. obſ.* 100. qui docet licere ſi fiat ad defenſionem honoris , vt latro es , tu mentiris; quia tunc abeſt ſubſtantiale requiſitum act.iniur. *l.illud, ff.de iniur. Felin.in.c. cum te,n.25.ext.de re iud.per c.veniens,ext.de iureiur.* 2

DE ABIGEIS. TIT. XXXVII.

De hoc quoque in ff.diximus.

DE NILI AGGERIBVS NON RVMP. TIT. XXXVIII.

DE IIS QVI LATRONES, ET ALIIS CRIMINIBVS REOS. TIT. XXXIX.

SVnt hæc duo crimina extraordinaria. Qui nili aggeres rumpunt,cremari ſolent *l. vnic. de nil. agg.* Qui latrones ſcienter recipiunt,eandem cum illis pœnam ſuſtinent,*l.1.& vlt.de ijs qui latron.*

DE REQVIRENDIS REIS. TIT. XL.

DE QVAESTIONIBVS. TIT. XLI.

De his duobus tit. in ff.diximus.

DE ABOLITIONE. TIT. XLII.

DE GENERALI ABOLITIONE. TIT. XLIII.

1 *Effectus indulgentiæ principis.*

DE abolitione in ff. ad SC. Turpill. diximus. Abolitioni autem ſimilis eſt indulgentia principis, cuius effectus eſt, quod accuſationem impediat, crimen extinguat, pœnam remittat, non autem regulariter infamiam tollat *l. fin. h. t.*

VT INTRA CERTVM TEMPVS CRIMINALIS QVAESTIO TER. TIT. XLIV.

IN accuſatione criminali finienda certum tempus, id eſt, biennium eſt ſtatutum pœna iudici negligenti imminente. *l. vlt. h. t.*

AD SC. TVRPILL. TIT. XLV.

DE CALVMNIATORIBVS. TIT. XLVI.

DE POENIS. TIT. XLVII.

De his titulis in ff. ſatis diximus.

NE SINE IVSSV PRINCIPIS CERTIS IVDICIBVS LICEAT CONFISCARE. TIT. XLVIII.

LIcet pœnæ confiſcatio bonorum adiaceat: tamen cuilibet iudici ſine iuſſu principis eam imponere non licet, niſi qui habet merum imperium, *l. vnic. h. t.* & hoc quando confiſcatio fit ex conſequentia pœnæ. *l. 1. 2. tit. ſequent.* Sed quando confiſcatio fit principaliter, vt propter inceſtas nuptias: & tunc quia eſt ordinaria pœna ſtatuta per legem: quilibet magiſtratus de ea cognoſcere poteſt, etiam municipalis. *Brant. h.*

DE BONIS PROSCRIPTORVM, SEV DAMNATORVM. TIT. XLIX.

DE BONIS EORVM QVI SIBI MORTEM CONSCIVERVNT. TIT. L.

DE SENTENTIAM PASSIS ET RESTITVTIS. TIT LI.

DE his titulis in ff. diximus.

An autem teſtamentum, quod patre deportato fecit filius, rumpatur eodem reſtituto: hoc negat Cuiac. *in ſum h. vlt. tit. per l. vlt. §. eod. tit.* Salicetus verò affirmat, quia res ad eum ſtatum peruenit à quo incipere non potuit. Tu cogita.

De cæteris tribus libris poſterioribus Cod. ad ius publicum potius ſpectantibus, aliquando, ſi Deus ſuppeditauerit vitam, maturiore ætate & iudicio tractabimus.

FINIS.

IOANNIS PHILIPPI STEINHAVSEN IVRISCONSVLTI IN NOVELLAS CONSTITVTIONES DN. SACRATISSIMI IVSTINIANI PRINCIPIS COMMENTARIVS PARATITLA- RIS.

DE HAEREDIBVS ET FALCID. NOV. I.

EXemplo D.Imperatoris Iuſtiniani,harum Nouellarum ſiue Conſtitutionum explicationem ab inuocatione nominis diuini auſpicabimur: ex hac ſequitur bonum principium,melius medium,& finis Deo acceptabilis, *vt inquit gloſſa in proemio inſtitutionum in verbo Ieſu*, cùm enim omnia benè & feliciter ſuccedant,ſi principium Deo amabile. *Nouell. quomodo oportet Epiſcopos in principio.* nam vbi Chriſtus non eſt fundamentum, nullum boni operis eſt ſuperædificium *c.cùm Paulus 26.1.quæſt.1.* Authenticæ vocabulum varijs modis ſumitur, vulgus verò interpretum,& ipſe Iuſtinianus, & Græci eo nomine intelligunt nouellas & nouiſſimas conſtitutiones. Cur autem Authentici nomine Conſtitutionum Iuſtiniani volumen citetur, cùm tamen nuſquam appareat, hunc titulum ab ipſo legiſlatore præfixum eſſe, eleganter declarat Alciatus *c.46.lib.2 parerg.*

CAPVT I.

NIhil enim eſt inquit Conſtantinus *in l. 1. C. Sacr. Eccleſ.* quod magis hominibus debeatur, quàm vt ſupremæ voluntatis, poſtquam iam aliud velle non poſſunt, liber ſit ſtilus: & licitum quod iterum non redit arbitrium, quare in hoc c. Imperator agit de pœnis, quibus non obtemperantes voluntati teſtatoris conſtringendi ſunt.

Voluntas hic non tantum capitur pro ea quæ in teſtamento, ſed etiam quæ in donatione cauſa mortis ſpectatur, vt in *c. fin. §. quia verò aſſeremus inf.* Antequam autem ad ſanctionem pœnarum Imperator aggrediatur, prius nonnullas conditiones huius conſtitutionis præmittit, vt ijs demum exiſtentibus, pœnis ex hac conſtitutione locus

chrè gloſſator.*Ioh.b.docet.quem ſequuntur Bartol. & Ang.& Cuiac.h.*nam adita hęditate ſubſtitutio expirauit. igitur non ſubſtitutionis iure, ſed beneficio huius conſtitutionis, ac ſi priore loco ſcriptus fuiſſet ad eius hæreditatem venit. Deficiente verò ſubſtituto, vocantur cohæredes pro portione hæreditaria etiam ex beneficio huius conſtitutionis quaſi in eam quoque partem hæredes ſcripti fuiſſent,*V.& ſi quidem &'alij arg.§.& cōſtat vacātem,inſtit.de hæred.inſtit.*nec hoc inuitis accreſcit. *V.aut ſint quidam non &c.* Quod ſi verò nulli cohæredes exiſtant,aut ſcripti hæredes hæreditatem non adeant,venit is cui hæreditatem reſtituere rogatus.*V.etenim in legatarijs & V.ſi verò nullus fuerit.* nam is transfuſo Senatuſconſulto Pegaſiano hæredem imitatur. Poſt fideicommiſſarium vniuerſalem veniunt legatarij & fideicommiſſarij ſingularum rerum,*V.ſi verò nullus aliter,&c.*& demum libertate donati. *d.V.ſi verò nullus aliter.* &c. ita tamen,vt inter eos cui vberius legatum ſiue fideicommiſſum relictum eſt, præferatur, vel ſi par omnium ſit cauſa ſiue relictum, ſcripto hærede indigno pronunciato omnes ſimul ad hæreditatem vocentur. *d.V.etenim.* præterea vt & cautio ab his & alijs omnibus idonea, (dummodo præſtari poſſit) implendæ voluntatis defuncti exigatur. *V.ita omnibus modis.* Enimuerò ſi nullus horum hæreditatem adire voluerit, tunc bona ad proximos ab inteſtato deferuntur. *V.ſi verò nullus horum.* Atque hæc vera vbi liberi hæredes inſtituti quibus legitima debetur,ſunt contumaces,*V.& hæc quidem.* Nam ſi extraneus hæres inſtitutus intra præſcriptum tempus imperata non faciat, tunc omne quod illi relictum fuit, aufertur, neque quicquam vt paulò antè dixi falcidiæ, vel vlla al.a de cauſa detrahere poteſt,*V.ſi verò nulla ſubeſt.* ſed idem ordo vt in ſuperiori caſu ſeruatur, ita vt etiam poſt hæredes ab inteſtato extraneus quilibet, ſicut ex ſententia orationis D. Marci libertatum conſeruandarum cauſa conſtat, vocari extraneum quemlibet quaſi hæredem teſtamentarium, *l. vlt. C. teſtam.man.*& demum fiſcus ad hæreditatem teſtatoris cauſa implendæ voluntatis ſub onere cautionis, non ſatisdationis, nam fiſcus ſemper locuples intelligitur, *l.1.§.ſi ad fiſcum.ff.vt legat. nomine caueatur,* admittitur *V.ſimiliter autem alia.V.& quæ extra ſunt* &c. ratio, ne cuius defuncti hæreditas caduca fiat,*V.propterea namque,*Sciendum tamen eſt inter eos, quos hæc conſtitutio in locum hæredis ſcripti non obſecundantis voluntati teſtatoris,vocat iure exhęredatos non vocari,*V.exhæredatos autem liberos.*non enim eſt imperatoris intentio defunctorum vltimas ſententias impugnare ſiue non tueri, ſed eas omnino ſartas tectasque conſeruare.*V.vna enim eſt legis.* quomodo enim inquit Imperator iuſtum erit eum quem defunctus à ſua hæreditate excluſit vocare ad res quarum ille eum per exhæredationem expreſsè contra ipſum factam, participem eſſe noluit: *V.eum enim qui ab ipſo.* Quare rectè huius conſtitutionis beneficio iuſtè exhæredati ſubmouentur,non enim inter legitimos haberi poſſunt, cùm exhæredatione amiſerint nomen ſuorum & legitimorum. *l.1. § poſt ſuos ff.*

 ſuis &

Digitized by Google

ſuis & leg. hæred. neque inter extraneos vocantur cùm nominatim ſubmoti ſint hæreditate. Si quid tamen iure prælegati, vel aliquo titulo habuerint, tunc inter legatarios vel fideicommiſſarios forſan vocabuntur, quia quo ad illa legata vel fideicommiſſa bonis omnino non ſunt excluſi, ſicuti cæteri extranei interfideicommiſſarios numerantur. *arg. V. & ſi nihil ex patris habeant.*

§. HAEC QVIDEM.

HAEC Conſtitutio quamuis inſcripta de hæredibus, tamen in omnibus caſibus locum habet, & ad fideicommiſſarios & legatarios extenditur, ita vt ſi à iudice moniti intra annum voluntati teſtatoris non paruerint, ijs etiam ſicut hæredibus omne emolumentũ auferatur, & ſucceſſiuè ad ſubſtitutos ſi habuerint, vel ad collegatarios, vel ad hæredes ſcriptos, vel ad extraneos, vel ad fiſcum deuoluatur. *V. eodem ordine in occaſione.* &c. Putat hic Accur. ꝙ hæredes ſcripti in hoc caſu collegatarijs, coniunctis re & verbo præferãtur, quaſi iã ſciſſũ ſit legatũ iuris preſũptione, & ſic nõ ijs accreſcat. ſed noſtra doctrina nititur authoritate Cuia. facilè principis IC. & nixi forſan beneficio h. Conſt. Neque hęc Conſtitutio dura videri debet, cũ nos facilè moneat legis naturalis: Quod tibi non vis fieri, alteri ne feceris. & hoc eſt quod in fine huius §. Imperator ait.

CAPVT II.

HOc capite agitur de falcidia. Falcidia eſt quarta hæreditatis, quæ debetur iure Inſtitutionis, vel hæreditario iuxta diſpoſitionem legis falcidiæ *l. 1. cum gloſſ. ff. ad l. falcid.* Cùm enim l. 12. tab. libera eſſet teſtandi legandiq; ſuæ rei poteſtas, ita vt liceret vel totũ patrimoniũ erogare: ſępenumero fiebat, vt recuſãtibus hęredibus pro nullo aut minimo lucro hęreditatem adire, inteſtati morerentur qui plurimũ legaſſent; ideo teſtatorũ gratia, ne ex hac cauſa teſtamenta collaberentur, poſtea l. falcid. à Pub. Falcid. Tribuno temporibus Auguſti adhuc triumuiri lata, *VV eſſ. ad tit. ff. ad l. falc.* prouisũ ne vltra dodrantẽ. i. 9. vncias legare liceat, hoc eſt, vt quarta pars bonorum apud hæredẽ remaneat, *Vlp. tit. 24.* In ponenda aũt l. falcid. ratione bona conſiderãda ſunt ſicut fuerunt tẽpore mortis *§. quantitas, Inſt. de falc.* & prius omne æs alienum, dos funeris impenſa, & pretia ſeruorum manumittẽdorum, & quidquid hæredibus debetur eſt deducendũ. *l. ſi vſus 80. l. qui fundum 87. § ſi quis hæreditatẽ. ff. ad l. falcid.* hæreditas. n. tũc demũ dicitur deducto omni ære alieno, ſicut lucrum deducto damno, & tũc demum id quod ſupereſt pro quadrante & dodrante diuiditur inter hæredem & legatarios. i. demũ reſiduorũ bonorum æſtimatione facta detrahetur falcidiæ quarta de ſingulis legatis pro rata cuiuſcunq;, olim tantum iure retẽtionis. *l. pater 14. 15. ff. ad l. falcid.* hodiè etiam vindicationis, *l. pen. C. eod.* i. quod plus eſt datũ, repetitur. nec obijci poteſt, quod per hoc vſus fuerit iudiciũ defuncti agnouiſſe, cũ etſi quidẽ vltra modũ patrimonij quid datũ fuerit, tamen in patrimonio teſtatoris lege permanſerit. Iuſt. in hac conſtit. eodẽ

ſtudio conſeruandæ vltimæ voluntatis ſanciuit, vt plena fides plenumq; obſequium defuncto exhibeatur, vt cui voluerit præſtari legatũ, integrũ ſine vlla deductione preſtetur. *V. ſi expêdantur res per legata &c.* neq;.n. beneficio l. falcid. vti hæredi aliter concedit q̃ inuẽtario bonorũ ab illo ſolẽniter facto *V. ſancimus igitur.* & nõ inuito teſtatore. i. ſi eam detrahere expreſsè teſtator non prohibuerit, vt in *V. ſi verò eam expreſsè deſignarit &c.* Quomodo autem inuentarium confici debeat, *in V. fiat igitur inuentarium &c. & pulchrè in l. fin. C. de iur. delib.* demonſtratur. Ad huius inuentarij confectionem requirũt Dd. octo vel nouem ſolennitates, quas ex ordine ad explicandum d. l. fin. recitabimus. Primo requiritur quod ille hæres intra 30. diem à die aditæ hæreditatis, nõ verò delatæ. i. niſi ſciẽs hæreditatẽ ſibi delatã dolosè differat, Inuentarium conficere, *vt pulchra diſtinctione Bart. ad d. l. fin.* docet Inuẽtarium conficere incipiat. *V. vt intra 30. dies d. l. fin.* Secundo requiritur vt deinde proximis 66. dieb. illud perficiat & abſoluat, ſi modò res inuenturãdæ vel maior earũ pars in eo loco vbi hęres agit ſituatæ ſint, alias ſi ſint in remotiore loco, habet annũ *V. ſin autem à locis d. l. fin.* Tertia ſolennitas eſt, ꝙ omnes res defuncti ſiue mobiles ſiue immobiles ſiue & iura quæ inueniuntur tẽpore mortis inter bona defuncti inuẽtario inferãtur, quia in petitione hęreditatis illa omnia veniunt *l. non tantum in pr. ff. pet. hær.* Quarto requiritur ꝙ illud inuentariũ fiat & deſcribatur per publicos notarios & tabelliones. *V. ſub præſentia Tabular. d. l. fin.* notandum hic quod pluralitas pro ſingulari capitur, *arg. l. 1. C. de his qui in Eccl. man.* facit ratio quia notarij perſona per principẽ, vel eum qui ius habet ad hoc, eſt legitimata. Quintũ requiſitum eſt vt in præſentia legatariorum conficiatur, nã Iuſt. ſolis tabularijs non confidit, ſed iubet oẽs legatarios & fideicõmiſſarios ſi præſentes. i. in eodem territorio maneant, conuocari. *§ hinc nobis ſi* & hoc eſt quod Iuſt. per *verb. cæterorum. iuxta doctrinam gloſſæ ibidem in d. l. fin.* videtur intellexiſſe. Cùm legatarij certent de lucro captando, multò magis creditores qui de damno vitando certant citandi ſunt, *arg. l. nam ita diuus ff. adopt. Sich. ad d. l. fi.* quoties enim inquit agitur de alicuius damno vel præiudicio, illa res non poteſt confici niſi citato eo cuius interſit. nam res quæ cauſæ cognitionem requirit citatione opus habet. Huiuſmodi autem citationis formam vide apud Gail *lib. 1. obſ. 57. & Mynſ. 42. c. 2. & pulchrè Fel in c. 2. n. 8. de conſt.* vt ſi creditores in diuerſis locis habitẽt, & incerti ſint, per edictũ publicũ citentur vt compareant ad videndum fieri inuentarium, vel ad videndũ ipſis imponi perpetuũ ſilentiũ. Quãdo verò hæres credit extra territoriũ eſſe legatarios, tũc ſextò requiritur, vt in locũ abſentiũ teſtes ex eodẽ loco bonæ famæ & ſubſtantiæ. i. qui ibi rem ſoli poſſident, aſſumantur, quo vt Imperator inquit *in V ſi verò abſuerint*, legatarijs aliquando redeuntibus, & cõquerentibus quid rerum ſubtractum vel in inuentario expreſſum nõ eſſe, non tantum per tormenta ſeruorum, ſed etiam per iuramentum hæredis & teſtium inquirere poſſint, quidnam temporis mortis teſtator in

bonis habuerit. idque verum iuxta gloſ. *in d.l.fin. in v. cognoſcant*, ſi teſtes noſcant hæredem, quaſi hoc ſingularem confect. inuent. ſ.t. Septima ſolennitas eſt, vt Inuentarium per hæredem ſubſcribatur, hac forma: Ego N. fateor me hoc inuentarium ſine dolo & fraude feciſſe, & omnia ſupraſcripta per notarium ſiue mobilia ſiue immobilia ſint, me accepiſſe & tenere. *gloſ. in d.l.fin in verb. quantitat.* &c. hoc procedit ſi ſcribere nouit, prout teſtator hodie ſubſcribere teſtamento debet, ſi poteſt, alias in locum eius tabellio vel octauus teſtis ſubſcribere debet hoc modo: Quandoquidem Titius hæres qui debebat propria manu ſubſcribere, neſcit literas vel alia de cauſa impeditur ſubſcribere; ideo me rogauit alterum notarium N. vt eius loco ſubſcriberem, nec obſtat quod ſibi nemo teſtificari poſsit *l. omnibus*, *§. teſtibus*, quia quando notarius de exercitio officij teſtificatur, non dicitur de propria cauſa teſtificari, *vt Sichard. n. 25. b.* Octauo requiritur vt hæres ipſe propria ſua manu in principio Inuentarij faciat crucem ſaluatoris noſtri. hoc paſsim vſus apud Catholicos obſeruat. Quæ ſolennitas vtpote modica impunè omitti poteſt, *vt Bart. in d. l. fin.* ita vt ſuperuacaneum ſit multis argumentis in vtramque partem diſputare an iſta ſolennitas ſit iſta ſtabilis & neceſſaria, vt eius omiſsio vitiet Inuentarium. quod dicendum eſſet ob Theoricam, qua dicitur quando plura requiruntur ad confectionem alicuius actus, quod tunc non ſufficiat vnum aut alterum adhibitum fuiſſe, niſi adhibeantur omnia *l. cum hiſ. §. prætor, ff. manſ. ibid. gloſſ. in verb. etſi, & in C. omnis ff. reſt. in integ.* Ratio confectionis Inuentarij authore Cuiacio poteſt colligi ex *l. beneficio ad l. falcid.* beneficio l. falcidiæ, inquit IC. indignus eſt, qui id egit vt legatum vel fideicommiſſum intercidat, cùm enim hæredes inuertendorum legatorum cauſa, quid ſubtraxerint ex hęreditate, tunc eo minus falcidiæ deducunt. v.g. vt ſi 400. fuerint in bonis & 400. in legatis, & hæres ſubtraxerit 100. ex 300. tamen deducet falcidiam & ex 100. deducet fiſcus hæredi ereptam in quantitate tanquam indigno *l. 6. ff. de his qui vt ind.* quocirca opinio *Bart. b. n.* 3. non ſubſiſtit, qui putauit hæredem ſubtrahentem aliquid de hæreditate perdere integram falcidiam, maximè ex hac conſtit. nam cùm correctio ll. vitanda ſit, & nil expreſsè contra ll. Pandect. & Cod. in hac conſtitutione dicatur, ideo dicendum ſecundum ius Cod. *ex d. l. fin.* hæredem tantum rei ſurreptæ, falcidiam non detrahere, & in duplum condemnari. Cùm ad confectionem inuentarij requiratur, vt fideicommiſſarij & legatarij citentur. *vt ſup. d.* quærit hic *n. 6.* Bart. ſi aliqui ſint citati, aliqui non, an citatus poſſit allegare inuentarium non valere, ideo quia non omnes citati, quaſi forma *d. l. fin.* & hac conſtitutione non ſeruata: reſpondet quod non, *arg. l. de vnoquoque, ff. de re ind.* An autem à teſtatore confectio inuentarij remitti poſſit, quærit hic Cuiacius. qui remitti poſſe affirmat argumento inuentarij bonorum pupillarum, *l. vlt. C. arb. tut.*

CAPVT III.

DIximus in initio huius Nouell. quod hæres non tantum iure retentionis,ſed & vindicationis poſsit falcidiam retinere,ſed hoc per h. c. nonnihil limitatur. Poſtquam hæres per confectionem inuentarij modum patrimonij noſcere poteſt,ideo ſoluens per vim legata integra, non poteſt pœnitentia ducta ſub prætextu ignorantiæ alijs legatarijs de legatis falcidiam detrahere, ſed etiam ijs integrè ſoluere debet, quaſi prima ſolutione amplexus videatur in omnibus iudicium defuncti. Conuenit enim,inquit Imperator *h.in verſu oportet eum.&c.* vt conſilium ante facta capiatur,& tum demum agatur, non autem quod rectè factum in ignorantia conijciatur,niſi forſan iuſta & inopinabili cauſa id introducat, *Verſ. niſi oportet.1.* ſi præter opinionem æs alienũ quod prius latuerat, emergat, tunc cum illud patrimonium deminuat repetitioni locus eſt.

CAPVT IV.

EX hoc capite notandũ,quod emergẽtes quęſtiones ex vltima volũtate, puta quando agitur pro legato, fidei commiſſo &c. non debent annũ continuum à litis conteſtatæ tempore tranſcendere, quod eſt limitatio ad *l.properandum C. Iud. verſ. vult enim Imperator vt vltimæ voluntates citò ſine longa dilatione ad effectum producantur. quare h.in verſ. neceſsitatem, & verſ.mit.a.* annorum hæredi neceſsitatem imponit, vt intra annum poſt aditam hæreditatem & monitionem iudicis legata per teſtatorem relicta ſoluat, *vt ſup. d.* Atq; hæc non tantum in teſtamento ſolenni,verumetiam in alijs omnibus voluntatibus ex quibus falcidia detrahitur, vt in cauſa don. mort.&c. obtinent, *verſ.quia verò.* Hac Nouell.poteſtas l.falcidiæ imminuitur,uam neque retinetur ab hærede qui poſt interpellationem iudicis annum traxit non implendæ voluntatis defuncti; neque ab eò qui Inuentarium non confecit: neque ab eo quem teſtator retinere expreſsè prohibuit; neque ab eo, qui cœpit quibuſdã integra legata perſoluere. Eſt & alius caſus quo nec falcidia detrahitur, ſcilicet in legatis particularibus ad pias cauſas, *Auth. ſimiliter C.ad l.falcid.* Sed hæc duntaxat in hærede obtinent, non in liberis, parentibus,patronis,&c. *vt pulchrè h. Cuiac. docet.* An autem quæ dicta ſuntde falcid.eadem dici videantur de Trebell.apud Dd.controuertitur videtur dicendum quod hic per *l. Marcellus §.quod autem Bart.ibid.ff.ad l.falcid.* ibi textus loquitur, quod in omni teſtamento vbi ceſſat falcidia, ibi etiã ceſſet Trebell.Sed contrarium verius vt etiam communiter Dd.tenent, quia pœnalia ſunt reſtringenda,igitur cum non ſit prohibitum, ſtandum iuri cõmuni,quod enim mutatum non eſt,quare ſtare prohiberetur;neque obſtat *d. l.quod autem,* non verum eſt quod in omni caſu vbi ceſſat falcidia,ibi etiam ceſſet Trebell.ratione teſtamenti,non ratione delicti & ignorantiæ hæredis,&c. *vid.Guid. Pap.q.*53. Excipiuntur pupilli,adulti ſiue minores, nam ijs ſi ex enumeratis cauſis quid damni acceperunt,duplici via ſuccurritur per reſtit.in integr.& act. tutelæ aduerſus tutores & Curatores *verſ.pupillis*

Digitized by Google

ſanè. Non tamen excipitur patronatus ſucceſsio à lege, id eſt, pœna h.conſtit. nam ſi patronus à libertis hæres inſtitutus iuſſa non compleuerit, omne illi ex teſtamento proueniēs præter tertiā aufertur. Ratio autē pœnæ h. conſtit. circa fin. h. exponitur, ſcilicet vt tam viuentes ijs quæ relicta ſunt perfruantur quàm etiam vt ij qui moriuntur alacrius è vita diſcedāt *ver. hæc nos commun. In fin. h. c.* Imperator ait leges neminē in anxietate & paupertate viuere permittunt, cuius argumento & ſolatio ſtudioſi iuris alacriter omni diligentia laboreque adhibito & tædio & nauſea poſtpoſitis ius illud nobiliſsimum, quod nullo pretio nūmario æſtimari poteſt, perluſtrare & reuoluere debent, tandem enim etſi non ita repentè præmiū virtutis & ſcientiæ conſequentur, &c.

NOV. II. NE MVLIERES QVAE NVP. ITERENT.

MVlier de iure ciuili ſine infamiæ nota intra annum luctus nubere prohibetur: imò adeò mulieribus ſecundum matrimonium eſt interdictum, vt etiam impunè poſt annum luctus ſine pœnis nubere non poſsint, quaſi iterando matrimonium iniuria defuncto eiuſq; liberis fiat. Et licet hodiè de iure Canonico per *c. pen. & vlt. ext. de ſecundis nuptijs* pœna mulieri ſit remiſſa: tamen pœnæ iuris, de quibus in h. conſtit. diſſeremus in fauorem liberorum primi matrimonij impoſitæ, non ſunt ſublatæ. Vide *& pulchrè Gail. li. 2. obſ. 98.* quod tamen non probatur Panor. *c. eccleſiæ ſanctæ Mariæ nu. 15. ext. de conſtit.* eò quod lex non poſsit ſuper rebus ad eccleſiam pertinentibus iudicare neque directè neque indirectè, quia nec cognoſcere poteſt, *C. tuam de ordin. cog.* Item quidquid fit lege permittente pœnam non meretur niſi propter culpam matris lex impoſuit pœnam, Vt ſi mater agnouit tutelam filiorum, & non petito tutore tranſiuit ad ſecunda vota, tunc punitur *l. omnem. C. ad Tertul. & hoc vſus tenet.* Sciendum igitur quod mulier tranſiens ad ſecunda vota tenetur reſeruare filijs primi matrimonij omne quidquid ex facultatibus primi viri vel eius contemplatione, (nam quicquid contemplatione mariti vxori datur, hoc ipſe dare videtur tanquam cauſa impulſiua & finalis *arg. l. profectitia dos eſt ff. ſol. matri.*) lucratiuo titulo conſecuta eſt, alienatione penitus in extraneam perſonam reiecta. Dico extraneam perſonam. nam vni ex liberis, in quem mater contemplatione meritorum liberalitatis iudicium credit dirigere, conferre poteſt, *l. 3. C. ſecundis nupt.*

CAPVT I.

HOc capite primo *d. l. fœminæ 3.* quæ cauſa h. cap. dedit, *vide proemi. h. conſtit.* exploſa omni diſput. Iuriſconſultorū abrogatur, & electio vni ex liberis prælegandi mulieribus iterātibus matrimonium adimitur. Senſus huius capitis eſt: vt mater proprietatem rerum donatarū propter nuptias quas morte viri lucrata eſt, ſi ſecundò nubat, retento ſibi duntaxat vſufru-

Digitized by Google

ctu ad dies vitę, liberis ex priore matrimonio ſuſceptis relinquat, nihilq; de ijs alienet vel vni ex liberis plus relinquat idq; in pœnam ſecundi matrimonij, quia omnibus fecit iniuriam, cum aliàs parentes propter merita vni plus in teſtamento relinquere poſſunt, quia per obſequia liberi ſibi comparant hæreditatem patris: ſic abrogatur iuſtè *d.l. fœminam.* Sed falſum eſt *l. in quibus C. ſecundis nuptijs* h. Nou. abrogari, nam eſt diuerſa ſpecies. Quæ autem diximus de muliere, eadem etiam obtinent in marito. *text. in Auth. vt fratrum filij §. quia verò.* cum eadem ſit ratio, quia vtrobiq; eſt eadem ſuſpicio ſc. deſertionis filiorũ: *l. Iubemus §. in ſupradictis C. ad Trebell. verſ. quia verò c. 2.*

CAPVT II.

SEcundum caput tractat quid iuris ſit in alienatione dotis vel donat. propter nuptias à ſuperſtite coniuge extraneo facta. Olim quando cõiunx ſuperſtes non iterabat nuptias, habebat plenã proprietatẽ lucrorũ nuptialiũ & de ijs teſtari poterat, *l. generaliter. §. vlt. l. hac edictali §. vlt. C. ſecundis nuptijs.* Sed hodiè *nou.* 98. ſine differentia dotis & donat. propter nupt. tantum vſumfructum habet, quod nouiſsimè *nou.* 127. nonnihil mutatum eſt, vt abſtinens à ſecundis nuptijs in præmium viduitatis portionem virilem in lucris nuptialibus habeat, eamque alienare poſsit pleno iure. Quare h. c. deciditur illa quæſtio, num alienatio dotis vel lucri nuptialis valeat. Si enim mater nondum ſecundas nuptias experta quid alienauerit, deinde ad ſecundum maritum venerit, alienatio nõ omninò irrita, ſed in ſuſpenſo erit, ita vt ſi mãſerint ſuperſtites filij, euacuetur omninò quod factum, id eſt, alienatum non reſpiciente lege quid in læſionem filiorum egerit, id eſt, alienarit: ſi autem liberi matris præmortui fuerint: tunc pro ea tantum parte valet, pro qua pactum in caſu orbitatis ſiue non exiſtentium liberorum factum eſt, *verſ. Et ſecundum quendam,* hoc eſt quod permanet apud matrem occaſione pacti filiorum non exiſtentium, valebit: ſecundũ hoc verò quod tranſmittitur ad filij ſucceſſores, infirmum erit. An autem poſsit coniunx ſuperſtes qui ſecundis nuptijs abſtinet vni ex filijs præter portionem virilem lucra nuptialia largiri? Cuiac. h. dicit quod ſic, nam alienatio, inquit, ei adempta eſt, non electio, & ita etiam diuortio ſoluto matrimonio, nec contractis ſecundis nuptijs ei cui obuenerit caſus, alienationem tantum interdicit? *l. conſenſu § ſi verò filio C. rep.* cuius ſententia mihi non improbatur, cum hic alienatio non in pœnam adempta ſit, quia ceſſat cauſa pœnæ, quandò mulier abſtinet à ſecundis nuptijs, ſed de iure communi ſtatutum vt præter portionem virilem tantum in effectu vſufructuaria ſit. iam notũ eſt quod vſufructuarius proprietatem alienare nequit, imò ne vſufr. quidem extraneo cedere, ergo dicẽdum ſecundũ, *l. 3. C. ſecundis nuptijs,* quæ non eſt abrogata quo ad hunc caſum quando mulier non iterat connubium, quia tunc pœnæ locus eſſe non poteſt, vt ſc. liberè vni ex liberis huiuſmodi lucra nuptialia cõferre poſsit. Niſi dicamus ex diſpoſitione *Nou.* 127. mulierem tantum præter portionem virilẽ

vſu-

vſufructuariam lucrorum nuptialium eſſe, quæ igitur vti vſufructuarius alius neque alienare, neque alteri prælegare poterit, licet iuxta, *d.l.*3. potuerit prælegare, quæ per *d.Nouell.*127. tacitè etiam hoc in caſu quando abſtinet, à ſecundis nuptijs, ſublata eſſe videtur, cum hodiè tantum vſufructuaria ſit.

CAPVT III.

HActenus de lucris nuptialibus. hoc autem c. docet quomodo parens ad binubia conuolans liberis ſuccedat. Quamuis laudabile in viduitate permanere, cum prope caſtitatem ſit. Verum cum iuuenis ferniori naturæ vix reſiſtere velit aut poſsit, vt ait Imperator *§.1.* ideo pœnã extra lucra nuptialia ad alios caſus extendere noluit, id eſt, pœnam non aſperiorem, ſed potius molliorem reddere voluit, ne dum mulieres à nuptijs abſtinere iubentur, ad quaſdam interdictas permixtiones deſcendant, & dum caſtè viuere non liceat, contra ll. luxurientur. Quocirca Imperator eligens ex duobus malis minimum, ſtatuit, vt ſicut pater, ita & mater ſiue in viduitate, vel nõ in viduitate, ante vel poſt mortem filij permanſerit tam in bonis profectitijs quam aduẽtitijs filio cum fratribus defuncti ſuccedat, exploſis conſtitutionibus. ſcilicet, *l. ſi mater. C. ad SC. Tert. & l. fœmina* 5. *fin. C. ſecundis nuptijs.* Olim de iure ciuili, ſi mater in viduitate permanſiſſet, indiſtinctè pleno iure ex teſtamento hæreditatem capiebat, ratio quia ex teſtamento ſuccedit vt quilibet extraneus, ab inteſtato ſuccedebat cum fratribus ex SC. Tert. in virilem, cum ſororibus in ſemiſſem, *l. vlt. C. SC. Tert.* Si autem non in viduitate permanſiſſet poſt mortẽ filij, aduentitia bona pleno iure capiebat, profectitiorum autem tantum vſumfructum habebat, *l. mater. C. ad SC. Tert.* ante verò mortem filij nubens, tunc in omnibus bonis tam profectitijs quam aduentitijs pro virili parte ab inteſtato, vel pro parte teſtamento adſcripta vſumfructum duntaxat habebat, *l. fœmina §. illud. C. ſecundis nuptijs.* Hodiè autem vt d. mater ſuccedit filio cum fratribus, id eſt, ſuis liberis tam ex teſtamento quam ab inteſtato, ſiue ante ſiue poſt mortem filij ad ſecundas nuptias conuolauerit, quia Imperator nullam maiorem pœnam in ſecundò nubẽtes ſtatuere voluit, ne propter amariores pœnas liberos ſuos quaſi odibiles reſpiciant, quod ſi ſucceſsione liberorum fruantur, non facient, ſed eos magis diligent. Ita vt illa limitatio quam Angel. ad *Auth. ex teſtamento ex h. c. deſumptam. C. ſecundis nupt.* tractat propter hunc expreſſum textum, ſit inanis, ſcilicet vt illa Auth. procedat quando filius matri poſt ſecunda vota aliquid teſtamento relinquit, quaſi teſtamenti factione declaret filius ſe non eſſe offenſum ſecundis nuptijs: ſi autem antè quid relinquat non item, quia quod non eſt vel ignoratur, non poteſt remitti. Sed hoc iter. *nou.* 22. ad ſuum priſtinum ius reuocatur, vt in bonis profectis à patre tantum vſumfructum habeat mater, quæ iterauit nuptias, in cæteris proprietatem.

§. ANTE-

QVamuis verò ſuperſtes coniunx ad ſecundum veniens conſortium plenariè ſuccedat, in bonis liberorum ſuorum: tamen hoc fallit in dote vel donat. propter nupt. cuius tantum vſufructu potietur, & proprietas apud liberos prioris matrimonij remanebit.

CAPVT IV.

MOrte ſoluto matrimonio parens ſuperſtes lucrorum nuptialium vſumfructum habet & proprietatem ſeruat liberis. Vſufructuarius duplicem cautionem præſtat, vnam de re reſtituenda, alteram de re benè vtenda. Cum ſuperſtes parens dicatur vſufructuarius, igitur hoc cap. Imperator tractat quomodo & quis & quibus in rebus cautionem præſtare debet, priſcis temporibus, id eſt, *hoc edictali §. his illud C. ſecundis nupt.* ſi mulier volebat habere vſumfructum, tenebatur liberis cautionem exponere de donat. propter nupt. reſtituẽda, vel ſi hoc facere recuſabat, res apud filios ante vel propter nupt. donat. remanebant, vt tertiam partem vſuræ centeſimæ, id eſt, trientem nummi annuatim ſoluerent. *Verum cum hoc non ſine magno* damno minorum ſæpiſsimè fieret, *vt in verſ. nos ex quæſtione emergentium varietate &c.* dicitur, & aliqui non habentes aurum, cogerentur omnia bona paterna vendere, vt debitum antenuptialis donationis exolueretur. Ideo Imperator in *h. verſ. propterea indicauimus.* hunc ordinem dedit, vt ſi donat. propter nupt. in immobilibus conſiſtat rebus, harum vſufruct. apud matrem remaneat, eoque vt alius vſufruct. boni viri arbitratu vtatur, & eas liberis ſuperſtitibus reſtituat. ſi autem omnes præmortui fuerint in caſum non exiſtentium liber. ſibi reſeruet, reliquum verò hæredibus etiam extraneis filiorum conſeruet. Si autem in mobilibus conſtitutà fuerit, tunc ſi aurum in hæreditate extet, mater eligere poteſt, vtrum velit aurum præſtita ſatiſdatione, quæ remitti & omitti non poteſt, cum loco ſubſtantiæ præſtetur, vel vſuras trientes à liberis ſuis acceptare. Si autem in præſenti vel numerata pecunia quidem fuerit promiſſa, ſed non in pecunia ſoluta, eſt in viri ſubſtantia, id eſt, hæreditate non reperiatur aurũ, tunc non poteſt mulier præcisè aurum à liberis hæredibus exigere, ne cõpellantur fortè ſubſtantiam vendere, ſed contenta debet eſſe trientibus, *verſ. ſi autem omnis forte, & Auth. Sed ſi aurum C. de ſecundis nuptijs.* Idem eſt in rebus permixtis, id eſt, mobilibus & immobilibus ſcilicet, vt rerum immobilium vſumfructum habeat, mobilium verò nomine annuatim trientem vſurarum percipiat, niſi aurum idoneum in hæreditate reperiatur *verſ. ſi verò ſint permixta, &c.*

CAPVT V.

DOs eſt alia profectitia, alia aduentitia, alia dicitur numerata, alia cauta: numerata eſt vberioris effectus quam dos cauta. nã illa habet

priuilegium prælationis, illa non item, niſi quando creditores etiam habent cautionem literariam, tunc mulier tanquam fauorabilior propter cauſam dotis præfertur, *Mynſ. obſ. 61. cent. 1.* Finis dotis eſt vt maritus percipiendo fructus in oneribus matrimonij perferendis ſubleuetur, l. pro oneribus *C. de iure dot.* Donat. verò propter nuptias fit potiſsimum in ſecuritatem dotis, ad inducendam inter coniuges æqualitatem & conſequitur mulier iure ſingulari eius dominium & hypothecam iure communi *Aut. data Auth. promiſſa C. donat. ante nuptias.* Cum hodiè æqualitas inter dotem & donationem propter nuptias ſeruari debet. hinc ſi pactum ſit de lucranda donat. propter nuptias, intelligitur etiam pactum interpoſitum de lucranda dote propter æqualitatem. *vt Azo in ſumma C. donat. ante nuptias.* Eadem ratione dicit h.c. Imperator ſi pactum ſit de lucranda donat. propter nuptias & dos nou ſoluta ſit, non poteſt donatio propter nuptias peti. *vide Guid. Pap. quæſt. 227.*

VT DETERMINATVS SIT NVMERVS CLERICORVM SANCTISSIMAE MAIORIS ECCLESIAE NEQVE NON CAETERARVM SANCTISSIMARVM ECCLESIARVM HVIVS AVGVSTISS. VRBIS,

NOVEL. 3.

De hac in decretalibus diximus.

VT CREDITOR. PRIM. AGGREDIANTVR PRINCIP. DEBITOR.

NOVEL. IV.

IVre vetuſtiſsimo lex fuit prius eſſe conueniendum debitorem pecuniæ creditæ, quam acceſsiones vt loquitur Cuiac. h. id eſt, fideiuſſores. quo iure vſque huc ſemper vſus fiſcus, *l. Moſchis ff. iure fiſci l. 1. C. de con. fi. deb. l. 3. §. vlt. ff. admi. ad. rerum ciuit. pertinentium.* Priuati vero conſuetudine contraria paulatim alio iure vti deſierunt, & conſtitutionibus cœpit dari electio creditori conueniendi reum principalem, vel fideiuſſores vel poſſeſſores hypothecatarum, rerum *l. 3. C. fideiuſſ. niſi aliud actum l. 1. q. & l. 2. q. C. pig. l. 5. C. fideiuſ.* vel omnes ſimul eodem tempore in ſolidum aut diuiſis actionibus *l. fin. C. oblig. & act.* hinc cum quilibet in ſolidum obligatur, poſtea beneficium Epiſtolæ D. Hadriani, id eſt, diuiſionis fideiuſſoribus indultum fuit.

CAPVT I.

SEd h. cap. l. antiqua, id eſt, ius antiquum non verò *l. non rectè C. fid. vt Acc. h. putat,* in vſum rurſus exploſa, *l. 3. C. fid.* reuocatur, & ſancitur, quod hodiè debitores prius conueniri debeant & fideiuſſores non aliter quam in ſubſidium, id eſt, abſente debitore (quo caſu tamen prius interceſſori volenti principalē deducere & iudicio ſiſtere, terminus dari debet, quàm interpellетur. vt ille prius conuentionem ſuſtineat *verſ. quatenus ille prius, &c.* vel

Digitized by Google

&c. vel excuſsis debitoris bonis, vel vt *Iaſon in §. idem ſi 46. nu. 68. Inſt. de act.* ob nimiam potentiam aduerſarij, quod verum ſi de his ante litis conteſt. excipiatur, vt *Bart. in l. hi qui nu. 11. ff. de fideiuſſ.* cum ſit exceptio dilatoria, quæ ante litis conteſtationem opponi debet. *Gail tamen lib. 2. obſ. 27.* putat benigniorem ſententiam eſſe poſſe, opponi vſque ad concluſionem cauſæ, quaſi videatur eſſe exceptio intentionis.

CAPVT II.

HOc capite declaratur, quod hypothecaria actio contra tertium poſſeſſorem intentari nequit, niſi prius excuſsis reorum ac fideiuſſorũ facultatibus, idque in omnibus creditoribus & ſucceſſoribus: quorum in hoc capite exemplum adducitur. Aduerſus autem dominum agit Creditor quacunque vult actione vel perſonali, vel hypothecaria, vel vtramque ſimul, dummodò alternatiuè quo caſu & alternatim libellus procedit.

CAPVT III.

LIcet aliud pro alio, inuito creditore ſolui non poſsit, *lege 2. §. 1. de rebus creditis, vbi diximus*: tamen hoc limitatur in hoc capite, ſcilicet quando nulla in promptu res mobilis eſt, quæ pro pecunia accipi poſsit, quo caſu, ſi res immobilis vel prædia extent, neque eorum emptor reperiri poſsit, cogitur prædia pro quantitate debiti in ſolutum accipere, tali namque caſu vtrique conſulitur, creditori, quia hac ratione ſine longa dilatione ſuum creditum conſequitur, & debitori, quia eius famæ conſulitur. nam etiamſi ceſsio vel diſtractio bonorum ſub haſta non irroget infamiam iuris: tamen apud bonos viros grauat. Etſi fundus in ſolutionem dato iure ſtricto, repetitio reſidui nulla ſubſit, *l. pen. c. ſol. & h. c.* tamen putarem ſi de eo initio proteſtatum, adhuc debiti petitionem ac repetitionem integram & ſaluam manere, *arg. l. intereſt. C. ſolut.* & maximè de æquitate & quidem canonica, cum omne quod ex fide non eſt, peccatum dicitur, item nemo debet. cum alter, &c.

DE MONASTERIIS ET MONACHIS, ET EORVM ANTISTITIBVS.

NOV, V.

HAEc conſtitutio decernit qua forma & quibus ſolennitatibus monaſteria & altaria extrui debent: præterea de monachorum, eorumque antiſtitum officio tractat. de quibus ſingulis in decret. dicemus.

QVOMODO OPORTEAT EPISCOPOS ET CAETEROS CLERICOS AD ORDINATIONEM PERDVCI, ET DE EXPENSIS ECCLESIARVM.

NOV. VI.

Digitized by Google

QVomodo oporteat eligere Epiſcopos, prasbyteros, Diaconos tam mares quam fœminas,& qua pœna afficiantur,qui huius l. formam tráſgrediuntur,hęc cõſtitutio declarat,quę cõmodius in decret.dicemus.

DE NON ALIENANDIS AVT PERMVT. REBVS ECCLES. IMMOBILIBVS.

NOVEL. VII.

ID quod eccleſiæ donatur, Deo conſecratur, & confertur, quod autem ſemel Deo dedicatum eſt, ad humanos vſus conuerti non debet; qua ratione Leo 19. poſt Conſtant. Imper. commotus ſtatuit, vt omnes res maiori Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ pertinentes alienari non poſsint, ita vt ſi quis contra talem conſtitutionem aliquid comparare præſumpſerit, rem cum omni vtilitate medio tempore percepta nullo refuſo precio reſtituere debeat, Oeconomus verò talia præuaricans cum reſtitutione omnis lucri ex tali alienatione percepti ſuo officio deponatur, & tabellio talia inſtrumenta conficiens perpetuo exilio tradatur, quam conſtitutionem poſtea ſecutus Anaſt. auxit,& ad omnes Eccleſias totius patriarchatus extendit. Verum cum & hæc cõſtitutio nimis anguſta & imperfecta eſſet, eam Iuſt. ad omnes Eccleſias, & quæ Eccleſiæ nomine continentur conſtituit.

CAPVT I.

ET quidem primo capite ponit, vt nulla Eccleſia vel alius pius venerabiliſue locus vbicunque ſitus poſsit vllam rem immobilem, & quod ſub Eccleſiæ nomine,& rerum immobilium nomine,& quod verbo alienationis continetur, alienare. Quæ autem Eccleſiarum appellatione cõprehenduntur ſunt hæc: Xenodochium,id eſt, hoſpitale pauperum, Ptochotrophium,Noſocomium,Orphanotrophium,brephotrophiũ,gerontocomium,Aſceterium,Monaſterium,aliudue Collegium. Omnes igitur res immobiles illorum piorum locorum alienari prohibentur. Quæ autem ſint res immobiles, hic recenſentur & nulla alia explicatione indigent. Sed primò notandum, in verb. annonam ciuilem, vt Cuiac. h. quod annui reditus, rebus immobilibus comparantur, qua ratione putat Bart. h. cir. princ. quod ille, qui habet annuum reditum à l. caut. de Iud. ſiſt. releuetur. Etſi autem alienationis verb. aliquando ſtrictè capiatur,tamen in fauorẽ Eccleſiæ,hic pro omni alienatione capitur, ita vt res eccleſiæ neq; vendi, donari, permutari, in perpetuã Emphiteuſin concedi poſsint. An autem in remunerationem donari poſsit? & videtur dicendum quod ſic, quia ea quæ ἐπ' ἀντίδωρον in remunerationem dantur, ſunt mercedes ac precia potius quam liberalitates, *l. ſed etſi §. conſ. ff. de petit. hæred.* Verùm quia talis obligatio inefficax eſt, ita vt etiam tali caſu condict. indebiti competat. iuxta communem opinionem. Dd. hoc

Digitized by Google

verbo alienat. etiam remunerationes comprehenduntur, quod & in conſtit. *l. Iur. §. ſanè hæc, C. ſacr. eccl.* videtur conſtitutum, & rectè nam ſi talis alienat. eſſet valida, talis color alien. ſemper apponeretur.

CAPVT II.

CVm nihil tam ſtabile inter homines, quin nullam patiatur mutationem, & nulla regula tam firma, quæ non habeat ſuas exceptiones; ideo hiſce ſequentibus capitibus Imperator recenſet caſus quibus regula officium ſuum perdit, vitiatur ac limitatur. primò h. c. excipitur impp. cũ quo licet Eccleſiæ ſine vlla pœna permutationem facere, dummodò expediat reip. & pragmatica forma, id eſt, de conſilio procerum fiat. nam ſacerdotium & imperium non multum inter ſe differunt, ex quo notandũ, quod princeps territoria ſine forma pragmatica alienare non poſſit, cùm hoc eccleſiæ interdictum, & eccleſia ſiue ſacerdotium & imperium inter ſe non differunt, quod & multis alijs argumentis comprobatur. *vide Hott. quæſt. illuſt. c. 1.*

CAPVT III.

HOc c. ſecunda except. traditur, ſcilicet, quod in emphyteut. res eccleſię concedi poſſint, quod tamen olim non fuit prohibitum, neq; hoc generali verbo alienat. comprehenditur, ita vt potius declaratio quã exceptio regulæ ſit. Emphyteuſis eſt duplex, alia ciuilis, alia eccleſiaſtica, illa perpetua, hæc non item, & hoc eſt, quod hoc capite dicitur, Emphyteuſis perpetũa prohibita eſt, nec poteſt vltra perſonam Emphyteutę, filios eius & nepotes, vel etiam coniugem, ſi de coniuge in contractu emphyteuſ. nominatim cautum ſit, extendi. ad extraneum autem hæredem omninò non transfertur. quod tamen ſecus eſt in emphyteuſi ciuili, ſi nulla hæredum mentione conſtituta fuerint, tunc etiam ad extraneos hęredes deſcendit. Quomodo autem & quanta penſio conſtitui debeat hoc §. declaratur. dict. ſup. quod à Leone etiã rẽ eccleſiæ in emphyteuſim dare non fuerit prohibitum, ſed ſine vlla deminutione penſionis ſolitæ. quod Iuſt. hic corrigit, vt emphyteuticario ſexta tantum pars penſionis ſiue reditus, qui fuit ab initio datus, ob caſus fortuitos remittatur, vt ſi locari ſolebat prædium 60. emphyteuticario addiceretur pro 50. Si autem penſio quæ fuit ab initio, propter cladem deminuta ſit, vt prædium, quod locabatur, ab initio cùm ad eccleſiam perueniret 60. & nunc locetur tantũ 40. hoc caſu non minor canon emphyteuticario imponitur. Senſus eſt, ꝙ penſio rei ab initio cùm ad Eccleſiam perueniret, fuit data, debet exquiri, & ſub eadem emphyteuſ. adiudicari, deminuto ſextante pro omni ſcrupuloſitate, id eſt, caſu fortuito, vt iam exemplo declaratum. Si autem illa penſio quę ab initio cùm res ad eccleſiam perueniret, fuit propter cladẽ vel chaſma aliquod ſemel deminuta, tunc ſub eadem penſione emphy-

Digitized by Google

teutæ debet addicari, ſine vlla deminutione penſionis pro peculio caſuq; fortuito ſuſtinendo. Quod fallit in prędijs ſuburbanis quæ voluptati magis quàm fructui deſeruiunt, & modicum fructum habent, & nihilominus cara ac precioſa ſunt. In illis talis modus imponendi canonis ſeruandus, vt primum iuſto pretio tale predium æſtimetur, deinde eius pretij viceſima pars canonis nomine conſtituatur, vt ſi ſuburbanum fuerit c. *canon conſtituatur* v.

§. II.

HOc §. agitur de pœna emphyteutæ non penſitantis canonem. In priuata & ciuili emphyteuſi, per triennium exſpectatur, quo elapſo, ipſo iure emphyteuta cadit a iure ſuo, quamuis declaratoria ſumma requiratur, neque moram purgare poteſt, quod tamen fallit in eccleſ. emphyteuſ. In illa enim per biennium tantum expectatur, & celeri ſatisfactione mora purgari poteſt. quo verò elapſo, volente Domino cogitur rem in emphyteuſ. acceptam, cum penſione præterita reddere, & damnum ſi quod datum emendare, nulla pro melioratione retentione competente.

§. III.

ITa alienatio rei eccleſiaſticæ eſt interdicta, vt etiam res ruinoſæ, perituræ, & agri ſteriliſſimi alienari nequeant, niſi in emphyteuſim dati, quo caſu pro modo fructuum, & æſtimatione duorum mœchanicorum, ſiue architectorum, quibus in ſua arte creditur, *l. ſemel, C. re militari lib.* 11. canon imponetur. Architecti debent tactis ſacroſanctis Euangelijs Iuramento æſtimare, quantum competat pro tali ruinoſa re Eccleſiæ ſolui. Quando emphyteuſis vſque ad ſecundam ſucceſſionem, id eſt, filios & nepotes incluſiuè peruenit, tunc emphyteuſis finita eſt, & eccleſia non poteſt compelli, iterum in emphyteuſin concedere, quamuis ſi vellet iterum in emphyteuſin concedere, eam conſanguineis & proximis eius in cuius perſona eſt finita, præ alijs concedere deberet de vrbanitate *vt Bart. n. 4. in h. §.* Hic illa quæſtio an in emphyteuſ. requiratur ſcriptura omitti propter *verſ. emphyteuticam conſcript.* in eo celebrari, ex quo colligitur ſcripturam interueniri debere, quod & gloſſ. ibidem putat, quamuis hoc adhuc diſputetur. vt videre eſt apud Borchol. *in Theſ. de iur. emphyt.*

CAPVT IV.

VSusfructus eſt ius vtendi, fruendi ſalua rerum ſubſtantia. Vſusfructus morte vſufructuarij extinguitur, adeo vt ſi fuiſſet conceſſus pro Titio, & ſuis hæredibus, nihilominus mortuo Titio tantum extendatur ad proximum hæredem, eoq; mortuo finiatur, ne proprietas inutilis ſit. In hoc capite dicitur, quod liceat rem eccleſiæ in vſumfruct. concede-

re, ſed ſub modo, ſcilicet, vt non vltra perſonam accipientem extendatur, & in recompenſā finito vſufructu alia res eccleſiæ detur. Quod ſi benè perpendatur talis vſusfruct. non abſimilis erit, contr. precariæ quo pro re donata eccleſiæ, donatori in vicem duplum vel triplum redditur ab eadē eccleſia in vſumfruct. vt morte accipientis expiret, *c. precariæ 4. q. 2.*

CAPVT V.

HOc caput agit de pœnis quibus alienantes & comparantes afficiuntur. Leo Imperator pœnam in vendit. tantummodò decreuit, *vt ſup. d.* quia verò per Iuſtin. Imperatorem omnis alienatio interdicitur, ideo aduerſus ſingulas alienationes, ſingulas decreuit pœnas, & imprimis pœnam circa vendit. ſtatutam retinet, vt emptor rem nullo ei refuſo precio eccleſiæ vindicanti cum omni vtilitate reſtituat. & œconomus vel alienās ſuo officio priuetur, excepto ſolo imperatore. qui cum eccleſia permutare poteſt, vt ſup. dix. Si autem per donat. alienatio facta fuerit, donatarius rem donatam reddet cum omni fructu & acceſsione, & tantundem in pœnā de ſua ſubſtantia recompenſabit. Hæc indiſtinctè locum habent, quando vterque eſt in dolo, ſi autem emptor vel donatarius ignorauerit rem alienatam eccleſiæ eſſe, tunc aduerſus alienantes in proprijs ſubſtantijs ſiue bonis habent recurſum & actionem. Quando autem vterque eſt in mala fide, tunc melior cauſa eſt accipientis. Quamuis D. *Cuiac. in fin. b. c.* putat indiſtinctè œconomum teneri, idque odio œconomi, digni maiori pœna. quæ ſententia ſi textus benè perpendatur, videtur verior eſſe, vt metu ſubſtantiæ ſi non ob Dei timorem, ſegniores, circa vendit. fiant. Putat tamen *Bart. h.* eo caſu quando inopia œconomi ſiue alienantis reddit actionem inanem, quod tunc ſi emens vel accipiens fuerit in bona fide, habeat ingreſſum contra eccleſiam, quod verum puto, ſi per talem egreſſum eccleſia nullum damnum patiatur, alias maior fauor eccleſiæ eſt, quam priuatæ perſonæ, qui non debuit eſſe ignara conditionis eius cum quo contraxit.

CAPVT VI.

HOc capite pœna pignor. oblig. ſtatuitur. hic notandi duo ſunt caſus, quibus res eccleſiæ impunè alienari poteſt, quorum vnus hic recenſetur. ſcilicet ſi magna neceſsitas ſubſit, puta ſi ecleſia ære alieno grauata. *auth. hoc Ius C. Sac. e. deſ.* quo caſu alienari & pignoris nexui dari poteſt. Si igitur creditor ad diſſoluendum æs alienum vel neceſsitate exigente pecuniam eccleſiæ mutuam dederit, illi petenti generalis hypotheca omnium bonorum conſtituitur. Si autem creditor pignus rei immobilis eccleſiaſticæ recipit, à cōtractu cadit, & pecuniam perdit, ſalua tamen actione contra œconomum, idque in pœnam creditoris eligentis ſpeciale pignus, qui contentus generali hypotheca omnium bonorum eſſe noluit. Sunt & alij caſus quibus res eccleſiæ alienari poſſunt, ſi pauperes

aleu-

EX hoc cap.& ſeqq.vſque ad ſeptimum intelligitur quod & quomodo princeps duas prouincias vnire poſſit.

CAPVT VII.

HOc capite ſtatuitur pœna in præſides qui ſuffragij nomine à ſuffragantibus aliquid acceperunt, vt non ſolum quadruplum accepti reſtituere teneantur,ſed etiam grauem indignationem principis ſuſtineant.Eadem pœna in Officiales ſtatuitur,vt illi quoque pœnæ quadruplæ reſtitutionis,& alijs corporalibus ſupplicijs ſubijciantur,& dignitate adepta cadant. Cui autem pœna quadrupli adiudicanda ſit,controuertitur.Ego pœnam inter actorem & fiſcum diuidendam arbitror. *arg. l.25.§.5.& 8.ff.ad SC. Syll.* & hoc ſi fuerint huiuſmodi officia, quæ ad creationem principis pertinent;nam ſi ad ducem aliquem,vel ad magiſtratum municipalem, tunc inter illum dominum loci, vel magiſtratum & actorem pœna diuiditur,quia quilibet dominus eſt princeps in ſuo territorio, & fiſcum habere dicitur,& magiſtratui ius mulctandi competit.

CAPVT IX.

EX hoc c.colligitur,vt præſides poſtquam depoſuerunt faſces.i. dignitates, adhuc per quinquagina dies commorari, & rationes reddere debeant,alioquin ſi non reddita ſuæ adminiſtrationis ratione fugerint,à quocunque priuato capi & ad Epiſcopum loci illius duci poſsint, qui cauſam ex non ſcripto, id eſt, ſummario modo de plano cognoſcet & examinabit, & quicquid accepiſſe vel furati conuincentur, ad reſtitutionem quadrupli eos adſtringet. Ex verſiculo *h.cap.* Vltra *cœleſtia ſupplicia*, notandum, quod periurus nulla pœna legali periurij teneatur, cùm Deum ſatis habet vltorem,quamuis hoc inter Dd.diſputetur. *vide Fachin.lib.1.cont. c.18.*

NOV. IX.

IVSIVRANDVM QVOD PRAESTARI SOLET AB IIS, &c.

FOrma iuramenti à præſidibus & magiſtratibus in principio regiminis præſtandi, in hac Conſtitutione præſcribitur. quod hodie ſecundum cuiuſque ciuitatis & loci conſuetudinem præſtatur. Hæc Nouella non eſt noua in exemplari Scriniger.ſed appendix ſuperioris.

NOV. X.

VT ECCLESIA ROMANA CENTVM ANNOR. &c.

QVæ priuatis cõpetunt actiones,excluduntur præſcriptione 30.ann. Quæ verò Eccleſijs venerabilibuſque locis competunt actiones,

centum annorum pręſcriptione excluduntur *l.vlt.C. de ſacroſ. eccleſ.* Hac nouella, partim illud priuilegium extenditur, partim diminuitur. Extenditur quod ecclesia ſola Romana in omnibus caſibus ex quibus damnum ſuſtinet, hoc priuilegio fruatur, idque ideo quia in vrbe Romana ipſe fons ſacerdotij & ſedes D. Petri conſiſtit; quare in honorem D. Petri & ſacerdotij ſolam Eccleſiam Romanam hac prærogatiua vti voluit. neque obſtat quod Imper. dicit ſe legis vigorem ad vniuerſas eccleſias catholicas vſque ad Oceanum poſitas extendere. nam hoc ſic intelligendum vt ibidem conſequenter Imperator declarat, vt ad omnes poſſeſsiones & eccleſias Romanæ eccleſiæ annexas extendatur, nec earũ ſitus attendatur, vtrum in oriente vel occidente ſitæ ſint. olim hoc priuilegium tantum in oriente ſolum habebat. Quod ad alias eccleſias, illud priuilegium diminutum eſt. Nam illarum actiones 40. annorum curriculo finiuntur. *Nouel.* 3 per quam putant veteres Interpp. complures hanc Nou. abrogari quod ego non auſim dicere, cum ibi de abrogatione nulla fiat mentio, & fauores eccleſiæ ampliandi ſint. Putat tamen Cuiac. *lib.* 5. *obſ.* 5. vt ea quæ pro redemptione captiuorum debentur, non poſsint, niſi centum annor. pręſcriptione excludi, quia *in d. num.* 3. nulla de ijs fit mentio. hæc ſententia humana & æqua eſt, quia æquum eſt, vt ea quæ debentur in redemptionem captiuorum, quibus liberantur animæ hominum, nulla vel ſaltem longiſsima centum annorum pręſcriptione poſsint tolli. Qua ratione etiam putat Cuiacius, aduerſus ciuitates in ijs quæ eis legata, per fideicommiſſum relicta, donata, vendita ſunt, non poſſe opponi, niſi centum annorum præſcriptionem *ex l. vlt. C. de ſacroſ. eccleſ.*

NOV. XI.

DE REFERENDARIIS.

Referendarij ſunt, qui recitant principi ſupplicum deſideria, & mandata principis iudicibus inſinuant. *Nouel.* 113. *l.* 2. *C. de offic. eius qui vic. ali.* qui hodiè magiſtri ſupplicum dicuntur. Et adhunc hodiè in curijs referentes vel referendarij dicuntur, quando à pręſidibus ſpecialiter illis acta referenda dantur, vt merita illorum ſiue cauſæ referant, ad quorum relationem ſententiæ concipi ſolent.

DE INCESTIS NVPTIIS.

NOV. XII.

NVptiæ à nubendo dictæ. Nam olim puellæ in matrimonium ductæ pudoris gratia obnubebantur *c. nec illud* 30. *quæſt.* 5. Nuptię verbum interdum pro hilaritate & feſtiuitate ſumitur, interdum pro ipſo matrimonio, hinc nuptiæ pro matrimonio ſumptæ, ne quidem quadrage-

ſimali tempore prohibitæ ſunt. *Caniſ. in inſt. iur can. tit. de ſponſal. §. vlt. & Panorm in c. Capellanus, ext. de ferijs.* quamuis vſus quoque contractum matrimonij non admittat, cùm contractum ſubſequi ſemper ſoleat hilaritas, quæ in quadrageſima maximè vitanda.

Etſi matrimonium ſiue coniunctio maris & fœminæ ſit iuris naturalis: *init. tit. 2. lib. 1. inſt.* tamen natura eſt ius diuinum: imò & animantia quaſdam coniunctiones nefarias & inceſtas abhorrent, vt Iuſtin. *in init. h. conſt.* Cuiacius in init. h. nou. putat inceſtas, nefarias & damnatas, vtpote naturæ contrarias, promiſcuè appellari vno facinore notato varijs appellationibus. Ego breuiter ſic diſtinguendum puto, vt contra ius naturale inceſtus committatur inter parentes & liberos tantum in infinitum: contra ius ciuile inter collaterales, exceptis ijs qui parentum vel filiorum loco ſunt. & ſic ll. conciliantur *l. fin. ff. de rit. nupt. l. adulter, §. 1. ff. de adulter. l. 8. ff. de rit. nupt. l. ſororis filia, ff. eod.* Pœna inceſtas nuptias contrahentis eſt confiſcatio bonorum, liberis legitimis non obſtantibus. Item legitimi liberi fiunt ipſo iure ſui iuris, & contrahentes in exilium relegantur & fiunt infames, & dignitate ſi quam habent ſpoliantur, *auth. inceſtas. C. inceſt.* An autem extantibus parentibus vel fratribus bona contrahentium nihilominus confiſcentur, dubitatur. Iure contrahentes huiuſmodi nuptias non perdebant ſtatim proprias facultates, ſed quamdiu viuebant, eas retinebant: tamen teſtari de ijs non poterant, neque præter fiſcum poterant habere alium ſucceſſorem, niſi parentes vſque ad ſecundum gradum, liberos vſque ad tertium, collaterales vſque ad ſecundum gradum incluſiuè. Sed hoc hac Nou. corrigitur, & vult Imperator, vt quàm primùm nuptiæ contractæ, bona confiſcentur, niſi extent liberi in infinitum. Sed quid ad quæſtionem propoſitam reſpondendum? Et fortè à textu, qui tantum de liberis loquitur recedere non licet. niſi dicamus quod Imper. hic exempli gratia dicat, Si non habuerit liberos, reſtringens ſe ad *d. l. ſi quis*, quaſi ex illa lege hæc conſtitutio interpretationem recipere deberet. Ego adhuc ætate & iudicio iuuenis hanc quæſtionem alijs decidendam committo, quam nunquam plene deciſam reperi. Accurſius voluit hanc conſtitutionem ad omnes omni iure illicitas nuptias extendere, ſed à Cuiacio rectè refellitur, cum pœnæ ſint reſtringendæ, vnde aliquæ nuptiæ quæ de iure canonico tãtum ſunt inceſtę, pœna h. conſt. non vindicantur, vt habet communis opinio teſte *Iul. Claro in §. fin. in verſ. inceſtus n. 3.*

CAPVT II.

VErum hæ pœnæ non in præteritis nuptijs, ſed in futuris nuptijs obtinent, leges quippe futuris negotijs formam dant. Quòd autem ad nuptias ante hanc conſtit. cõtractas attinet, illas intra biennium realiter diſſolui iubet, quod caſu tota ſubſtantia excepta quarta eius parte ad fiſcum deferenda, ad liberos ex tali coitu ſuſceptos, poſt mortẽ contrahentium deuoluitur, idque ſi ex iuſto matrimonio nulli legitimi ſuperſint,

Digitized by Google

quibus verò extantibus liberi legitimi patri ſuccedent in ſemiſſem: & alij alterum ſemiſſem inter ſe & fiſcum diuident, ita vt fiſcus prius quadrantem, reliquum ſemiſſis, id eſt. ſextantem illi capiant.

CAPVT III.

IN tantum valet matrimonium, vt etiam liberi ex concubina nati qui nothi ſiue naturales dicuntur, per ſubſequens matrimonium legitimentur in omni caſu, & quoad omnia, id eſt, vt eadem iura in bonis & ſucceſſione parentum habeant, quę illi habent, qui ab initio ex legitima vxore procreati ſunt, *V. venerint igitur. & V. quand. conſuetudo. hoc tit.* Sed vt hoc procedat, duo requiruntur, primò, vt ex tali muliere ſuſcepti ſint, quam lex permittebat tempore conceptionis ducere, inſtrumenta interuenerint. nam dos eſt concubinatus abolitio, & nuptiarum argumentum, *Nouell. 18.*

DE PLEBEIIS PRAETORIBVS.

NOV. XIII.

Hæc Conſtitutio eſt de officio prætor. pleb.

DE LENONIBVS.

NOV. XIV.

LEno eſt vt inquit Seneca *lib. 6. de beneficijs,* qui habet mancipia proſtituta. Lenociniũ itaq; facere eum Vlp. *in l. 4. §. 1. ff. de his qui not. inf.* interpretatur, qui quæſtuaria mancipia habet, ſiue hoc negotium principaliter gerat, ſiue alterius negotiationis acceſſione vtatur. Hic ipſo iure cum ſcorto infamis eſt. Etſi in ſcortum, vel in eam quæ publicè pudicitiam vulgauit, ſtuprum commiſſum lege non vindicetur; *l. ſi ea ſtupro, l. 1. l. quæ adulter. C. adulter* (nam ſcorta non cenſentur, niſi eæ mulieres quæ profeſſæ ſunt impudicitiam apud ædiles, qui ſatis pœnarum aduerſus impudicas in ipſa profeſſione flagitij credebant; *Cor. Tac. 2.*) tamen quia lenocinium omnis impudicitiæ eſt cauſa, & furtum caſtitatis, igitur lenocinium in hac non prohibetur, pœna capitali lenonibus & productoribus (productores ſunt earum etiam mulierum, in quibus ſtupra vindicantur) imminente; quod verum ſi puellam inuitam attentarint, illique veſtium aut ornamentorum promiſſionem perſuaſerint, vt ſe palam proſtitueret, & ſibi fornicationis quæſtum deferret. Nam ſi volentem & impudicam paſcant, tantum à prætore ciuitate expelluntur, & ſic intelligendus *V. non permittimus.* ne diſſonantia aliqua ſit. Qui autem domum pro tali opere locant, vel ſaltem ſciant huiuſmodi lenonem tale propoſitum operationis habere, is ſi monitus non expulerit, præter pœnam 10. libr. aur. confiſcationem ſuæ domus ſuſtinebit. In multis tamen magnis vrbibus publica proſtibula feruntur, non quod ſcortationem approbent, ſed

quòd cum ſit infrænata iuuenum libido, malunt vrbes huiuſmodi loca tolerare, quàm facere, vt ciuium & vxores & filiæ paſsim ad ſtuprum arripiantur, qua ratione & Papa Romæ à meretricibus in lupanaribus habitantibus ratione dominij decimas exigit.

DE DEFENSORIBVS CIVITATVM.

NOV. XVI.

DEfenſores ciuitatum non ex decurionibus, ſed ex alijs municipibus ſeu ciuibus eligebantur olim tres, qui curarent ne tenuiores à nobilibus læderentur, *l.2.& 3.C.de defenſ. ciuit.* quorum munus ſeu adminiſtrandi forma deſcribitur in *l.in defenſoribus C.eod. & in h.nou. vide Azon.in ſum.h.conſt.*

VT CLERICI EX VNA ECCLESIA IN ALIAM TRANSFERANTVR AD SVPPLENDVM DEFICIENTIVM NVMERVM.

NOV. XVI.

HAEc conſtitutio ex Nou.3. deſumitur, & eadem eſt: tantum hoc vnum præterea ſtatuit, vt ſi corpus clericorum nondum in vna eccleſia redijſſet ad veterem numerum: in alia verò redijerit, adeò vt in locum defuncti alium in ea ſubſtitui ſit neceſſe, is adſumatur ex his qui in alia abundant, non nouus ordinetur.

DE MANDATIS PRINCIPVM.

NOV. XVII.

IVra antiqua ſiue legislatores præſidibus, eorumque iuriſdictioni certum modum certamque formam impoſuerunt, quæ in h. nou. extat, & obſeruanda mandatur. Olim præſides fœminam prouincialem in matrimonium ducere non poterant, *l.ſolet §.vlt ff.de offic.*proconſ.item mutuum accipere prohibebantur, *l.præſes.ff.de reb.cred.* Quæ vetuſtas, id eſt, ius antiquum, in hac nou. reparatur & confirmatur.

C. I.

HOc Primo capite generaliter decernit, vt omnes magiſtratus & præſides (ſub verbo præſidum omnes alij iudices comprehenduntur, *verſ. alijs iudicibus*) mundas ſeruent manus, id eſt, à muneribus abſtineant, neque vllum lucrum pro adminiſtranda iuſtitia exigant, vel quiduis cum prouincialibus negotientur. *verſ.neque maius, neque minus.* quod & olim erat prohibitum. *l.non licet ff.de contr.empt.* ſed contenti ſuo ſalario vnicuique rectè iuſtitiam dicant, fiſcalia tributa diligenter exigant, hoc eſt, ſi quid debeatur vel commiſſum ſit, fiſco id eidem denuncient, & eius nomine petant, &c. præterea vt caueant ne quæ ſeditiones excitentur & publicæ tranquillitati inuigilent, *c.2.hoc tit. vid.l.congruit ſup ff.de off præſid.*

C. III.

Summa huius capitis eſt, vt minuendorum ſumptuum cauſa breuiores & vilium perſonarum lites ex non ſcripto agantur, & ex non breuiculo recitentur,& quidem gratuito,hoc eſt,vt earum nomine nullæ ſportulæ exigantur. regulariter autem omnes ſententiæ, niſi iudex ſit illuſtris, in ſcriptis ferri debent, *l.fin. C. de ſent.ex breuic.recit.*quia cauſæ, quæ cognitionem requirunt, non debent per ſupplicem libellum expediri. *l. nec quicquid ff.off.proconſ..num.c.3. lib. 2. parad.* Breuiores cauſæ ſunt, quæ minores 50. aur. ſumma ſunt, *l.1.C.de defenſ.* Bart. tamen hoc arbitrio iudicis relinquẽdum eſſe arbitratur. Viles perſonæ ſunt pauperes. Quod autem diximus in cauſis breuioribus & vil. perſ. ſine ſcripto ſententiam proferri poſſe, hoc indubitatum, ſi cauſa ſit breuis & vilis perſona coniunctim: non verò ſi diſiunctim,cum ſæpè pauperes grauiſsimas cauſas habeant, quæ vix ſine præuio iudiciario proceſſus ordine finiri poſſunt. Quid autem olim ſportularum nomine dari conſuetum fuerit,hoc dicit Iuſtinianus,ſe quadam conſtitutione ſanciuiſſe quæ non extat. Accurſius putat duos aureos in initio,duos in fine accipere duntaxat permiſſum fuiſſe, ſed hac in re hodiè conſuetudo cuiuſque curiæ attendenda. Præterea in hoc cap. notandum eſt,quod ob denegatam iuſtitiam iudex ſuperior adiri poteſt, idque ante litem conteſtatam. nam lite conteſtata non dicitur iudex iuſtitiam denegare, ſed eam protrahere,quo caſu appellari poteſt *Gail lib.1.obſ.* 28. verum ne tam facilè partes ſub prætextu denegatæ iuſtitiæ ſuperiorẽ iudicem adeant, ideò vult Imperator,vt prius iudex ſit requiſitus, idque non ſemel tantum, ſed bis,terue,aliàs & quidem cum correctione partes remitti debent,*in fin.h.ca.*Ex verſ. *cum omni æquitate* colligunt nonnulli interpret. iudicem ſecundum conſcientiam, non ſecundum leges & allegata iudicare debere.Sed malè ex illo verſiculo, hoc colligunt, cum non ſit ibidem mens Imperatoris vt ſecundum æquitatem iudicetur.Nam omnis lex ſcripta æquitati præferri debet, *l.1. & ibi Dd. & Caſtr. C. de iudic.* ſed tantum hoc vult, vt iudices lites, omni fauore & gratia remotis, rectè & probè audiant,& prout æquitas legis dictet, eas finiant, de h. quæſt. aliàs dixi.

CAPVT IV.

HOc cap. cum alijs ſeqq. vſque ad c. 9. incluſiuè Iuſtinianus tradit, vt adminiſtratores prouinciæ prouideant ne iudices & officiales de curia principis venientes,ſubiectos lædant,&c.

CAPVT X.

IMmunitas eſt triplex, localis,perſonalis, & realis, in hoc c. agitur de locali,de qua commodius in decret. dicemus,Hoc vnum autem hic notandum,quod licet eccleſia ob ciuilem cauſam, vel priuatum debitum immunitatem præbeat,ita vt inuiti extrahi non poſsint: tamen perſonaliter citari poſſunt debitores, vt reſponſuri per ſe, vel per procuratorem

veniant, alias ſi non comparent, contra eos proceditur ad primum & ſecundum decretum iuxta ordinem iuris, vt in cod. annotauimus. hoc verum, ſi verba, id eſt, ſecuritatem, à præſide obtinuerit.

CAPVT XI.

VIs aſyli hic limitatur, vt non procedat in homicidis, *c. 1. de homic. Cou. var. reſol. lib. 2. c.* 20. raptoribus, virginum &c. vti in cod. diximus, & denique qui ſpe immunitatis relinquunt, quibus parcere haud conuenit. Templorum enim cautela, id eſt fiducia, non nocentibus, ſed læſis datur à lege, at non eſt poſsibile vtrumque fiducia ſiue immunitate tueri, & læſum & lædentem. In tributorum exactione debitoribus quoque ius aſyli non obſeruatur, id eſt, debitores nihilominus in eccleſijs non obſtante iure aſyli, quod Eccleſia præbet, quæri & interpellari poſſunt: & pro eis, œconomi vel defenſores eccleſiæ tenentur, ſi eos non exhibeant, vel impediant, quo minus inueniantur, vel quærantur debitores.

CAP. XII. & XIII.

CVm omnis res præſumatur eſſe libera; vnde ſi dubitetur de poſſeſsionibus, quænam tributa debent, conſulantur tabulæ cenſuales & cenſitores, qui vera exemplaria publici cenſus edere coguntur, ex quibus quantitas & qualitas iugerum onere tributorum affectorum intelligi poſsit. qua ratione quoque Imper. iuſsit, vt præſides curent ab exactoribus tributorum ita confici apochas ſiue profeſsiones ſolutæ pecuniæ, vt prædiorum nomina & modum iugerum exprimant, & quod pro quibuſlibet prædijs tributorum nomine debetur. Melius autem eſt, vt antipocha à ſoluentibus tributum exigatur, qua fateantur ſe fiſco annuatim eius fundi nomine penſitaſſe, & penſitare debere.

CAP. XIII. & XIV.

ETſi prædium ſit cenſuale, tamen non prohibetur alienari, cum ſemper cum ſuo onere tranſeat, & poſſeſſorem concomitetur, licet contrahentes, aliter conuenerint, *l. ius publicum ff. de pactis.*

CAPVT XV.

QVamuis de iure canonico procuratorium elatur prouincialibus monachorum, tamen hoc iudices & milites de vna prouincia in aliam proficiſcentes exigere prohibentur; nam illi non gratis quidem, ſed ex ſuo ſalario debent prouincias circumire, & prouinciales nullis ſumptibus angarijs vel parangarijs onerare.

CAP. XVII.

IN hoc cap. traditur regulariter, damnatum ex crimine publico non ſequi confiſcationem bonorum, ſed generi eſſe relinquendo, vt in tit. ff. de bon. damn. dixi, quia res non delinquunt, ſed illi qui poſsident.

CAP. XVIII. & XIX. & XX.

CApur 18. & 20. ad patrociniorum & redemptionum cauſam pertinere videntur, vt ne quis alienis prædijs titulos, tabulas, ſigna, characteres ſuos imponat, vel ſinat imponi per cauſam patrocinij & deterrendi aduerſarij cauſa, quod etiam repetitur *Nou. 164.* & ſunt in cod. lib. 2. tres tituli, *de his qui potent. nom. &c. potent. nom. tit. alien. &c. & vt nemo priuatus &c. vbi diximus.*

CAPVT XXI.

MAgiſtratus olim erant temporales, & anno finiebantur, & noui in locum aliorum ſuccedebant. quare vult Iuſtin. vt prius quàm prouinciam ingrediantur, tenorem legationis & commiſsionis oſtendant.

CAP. XXII.

HOc cap. ſancitur, vt nullus præter milites arma ferat, quod & ego publicatum memini in Gallijs.

NOV. XVIII.

PArentes olim, qui ſæpè ſine iuſta cauſa nouercalibus fortè delinimentis, alijſque odijs ſtimulati liberos ſuos exhæredabant, liberis ſuis nullo obſeruato numero liberorum, quartam relinquere cogebantur, aliàs eorum teſtamento per querelam inoff. teſt. impugnabantur; *l. omni modò C. de inoff. teſt.*

CAPVT I.

VErum cum hoc iniquitatem aliquam ſaperet nullo obſeruato numero liberorum, tantum quadrantem relinquere, cum ſæpè ſex, decem pluresue liberi ſint, qui quidem idonei, id eſt, alimenta viuente patre habent, ſed eo mortuo ſæpè pauperes ob tam exiguum relictum exiſtunt. & paternæ hæreditatis ſit locupletare liberos, & eos præferre extraneis, *l. cum acutiſsimi C. de fideicom.* ideo Imper. illud debitum portionis in h. conſt. pro numero liberorum auget, vt ſi non ſint plures quàm quatuor, trientem: ſi verò plures, ſemiſſem percipiant. hocque obſeruandum in omnibus quibus quarta portio per l. omnimodò C. de Inoff. teſt. debetur. 4. Ex quo verſ. notandum quod etiam Iuſtin. in parentibus & fratribus, turpibus perſonis hæredibus inſtitutis portionem debitam auxerit. Nam, inquit, omnibus perſonis quibus quarta portio per l. de inoffic. teſt. debetur, &c. quæ clauſula in alio ſenſu accipi non poteſt, quam de parentibus & fratribus, quibus olim etiam quarta pars debebatur. Neque poteſt referri ad liberos cum iam ſatis ſup. de ijs dixerit: Sed an etiam quarta falcidiæ & Trebellianicæ hæredibus extraneis inſtitutis aucta ſit, quæritur, & hoc rectè negat gloſſa, quia hæc conſtitutio tantum loquitur de ijs quibus quarta debetur iure naturę, & qui legitimam nullo teſtamento facto, ab inteſtato habuiſſent. Putat hic Cuiac. Portionem debitam ex l. falcidia auctam eſſe inſtitutis hæredibus liberis, vel parentibus & oneratis præ-

Digitized by Google

ſtatione legatorum ſiue fideicommiſſorum. de quo ego tamen dubito, an eo caſu quando duas quartas detrahere licet, altera quarta in trientem vel ſemiſſem ſit aucta.

CAPVT II.

OLim cum aliquod oppidum eſſet deſtitutum incolis, triumuiri coloniam ad deducebant, & decimum quenque conſilio ſiue curiæ adſcribebant. vnde dictos eſſe decuriones, ſcribit Pomponius, fuitque is vetus legendorum mos primò curialium; ſed cum multi fugerent curialia munera, quæ erant grauiſsima, ideo cœperũt Impp. illos multis præmijs allicere, quorum Theod. vnum in *Auth. de natur. liber.* ſtatuit, vt naturales liberi, ciuitatum curijs dediti fiant legitimi. Alterum hic ſtatuit Iuſtinianus, vt curialibus relinquatur dodrans omnium bonorum non legitimæ portionis; quod verum, ſi curiales ſint nihilominus liberi & naturales, & nulli alij iuſti liberi exiſtant, vt *textus in h. c.*

CAPVT III.

IN tantum voluit Imper. liberis huiuſmodi debitum relinqui, ita vt non ſufficiat duntaxat proprietatem eius deducto vſufructu reliquiſſe. Nam quid prodeſt proprietas deducto vſufructu, cum liberi habentes proprietatem, nihilominus perire fame poſſent. Sed an hoc ſit commune in omni quarta, hoc eſt an vſusfr. cum proprietate etiam extraneo hæredi inſtituto, debeat relinqui? hoc Accurſ. hic in verſ. (relinquat) putat. verum de extraneis hȩredibus inſtitutis Imper. non loquitur, ergo beneficium huius conſtit. maximè cum ſit corrector, & non ſit vna eademque ratio hæredum legitimorum & extraneorum, ad illos non eſt extendendum. Quid igitur iuris legato omnium bonorum vſufr. An hæres plenam falcidiam deducet, præſtans tantum dodrantis vſumfr. minimè, ſed tueri debet hæres voluntatem defuncti, ſi legatum non excedat dodrantis æſtimationem, vel ſi excedat, inire debet æſtimationem vſusfr. & ex ea falcidiam retinere, & illa eſt ſententia, *l. omnium ff. de vſufr. l. 1. §. ſi vſusfr. in fin. ff. ad l. falcid. vide Cuiac. h.*

CAPVT IV.

MEns Imperatoris eſt, vt auus aut auia nepotibus, qui in parentum locum ſuccedunt, quoque huiuſmodi debitum relinquere debeant, nullo diſcrimine habito, ſiue ex filio, filiaue deſcendant. Neque enim maſculus ipſe, neque fœmina ſola ad natiuitatis propagationem, inquit Imper, ſufficiens eſt; quare ſicut Deus vtrumque eorum cooptauit ad generationis opus, ita etiam nos eandem vtriſq; ſeruamus æqualitatẽ.

CAPVT V.

DVo in h. c. notantur primum, Iuſtinianum portionem huiuſmodi liberis debitam, augere liberis procreatis ex iuſtis nuptijs, etiamſi

ſine dotalibus inſtrumentis copulatæ ſint nuptiæ. Conſenſus enim nuptias facit, non dos, *l. vlt. §. 1. C. de don. ant. nupt.* Alterum eandem portionem relinqui naturalibus per nuptias dotaleſque tabulas legitimis effectis. Nam vt naturales efficiantur legitimi, non ſatis eſt nuptias contrahi cum concubina, ſed etiam dotalia inſtrumenta interuenire oportet, vt *in non. 12. ſup.*

CAPVT VI.

SExtum caput agit de naturalibus liberis & concubinis, quomodo ab inteſtato ſuccedant, ſed quia ad materiam ſucceſsionis pertinet, igitur illud eo in loco tractabimus.

CAPVT VII.

QVamuis olim cohæredes teſtamento ſcripti non conferebant, ſed tantum ab inteſtato profectitia bona, quæ niſi data, facta fuiſſent hæreditaria; attamen iure nouo, id eſt, ex hoc cap. ex teſtamento collationi locus eſt: niſi ſe id nolle teſtator declarauerit, ſicut quoque ab inteſtato nolente eo de cuius ſucceſsione agitur, non eſt collatio, *l. ex parte, §. inteſtato ff. fam. erciſ.*

CAPVT VIII.

IVdex diuiſionem bonorum à patre inter liberos factam, in iudicio famil. erciſ. iud. ſequi debet, *l. vlt. C. fam. erciſ.* quod verum ſi in teſtamento inter liberos ſit facta, in quo patris ſcriptura tantum ſufficit, quæ ſi negetur per duos teſtes probari poteſt. *Auth. quod ſine (quæ ex h. c. eſt tranſſumpta) & ibi Iaſon. C. de teſtam.* Si verò citra formam teſtamenti ſit facta, non ſubſiſtit, niſi filij illi ſubſcripſerint.

CAPVT IX.

SImplariæ actiones ſæpè duplantur propter inficiationem, vt in actione l. aquil. *l. inde neratius §. 1. ff. & l. contra inficiantem C. ad l. aquil.* depoſito ex quatuor cauſis, *l. de eo 18. §. ff. depoſ.* & in legatis teſtamento relictis. Simili modo Imperator his caſibus adiungit actionem ſi certum petatur. puta ſi debitor hac actione conuentus negauerit chirographum à ſe conſcriptũ, is ſi poſtea conuincatur mendacij in duplum condemnabitur, neque ſolutionem allegare poterit, contra regulam: Nemò prohibetur pluribus vti defenſionibus, *l. nemo ff. de excep.* Eadem pœna dupli ſtatuitur in actorem inficiantem; puta ſi apocham ſiue quitantiam à ſe conſcriptam negauerit: reus verò eam probarit, tunc non ſolum id de quo eſt negatum repetitur ſed etiam tantum aliud adijcitur *verſ. ſi autem h. c.*

CAPVT X.

EſT quoque pœna inficiatoris in reali actione. Erat olim leg. 12. tab. actio de duplis fructibus, quam Iuſtin. hic ſuſtulit, exiſtimans ſolam translationem poſſeſsionis pro pœna ſufficere, *verſ. ſola tranſlat.*

Digitized by Google

vnde ſi poſſeſſor rei vendicatione, vel alia reali actione conuentus, rem actoris eſſe negarit, & poſtea conuictus alleget, pignoris, Emphyteuſeos, vel quam aliam exceptionem, non prius auditur, quàm priuatus poſſeſsione, id eſt, non prius exceptionem proponere poteſt, quàm poſſeſsio in actorem translata ſit. vide *l. fin. ff. de rei vendic. & Ferrar. in fir. lib. in real. act. ver. qualis actione real.*

NOVEL. XIX.

DE FILIIS ANTE DOTALIA INSTVMENTA NATIS.

IN cap. vndecimo præced. conſtit. egit Imperator, de naturalibus liberis, quemadmodum per nuptias ſui & legitimi fiant, quod nos in nou. 12. expoſuimus. Hæc nou. quoque eſt de naturalibus liberis, & poſtrema pars ſuperioris.

DE OFFICIIS QVAE ADMINISTRANT IN SACRIS APPELLATIONIBVS.

NOV. XX.

QVamuis Imperator in *nou. de appellat.* 23. legem tulerit de modo & forma appellandi; tamen poſtea ſuborta eſt quæſtio, quomodo à clariſsimis & ſpectabilibus perſonis ad Præf. prætor. orientis appelletur, quæ in h. nou. per Imperatorem deciditur.

DE ARMENIIS, VT ET IPSI PER OMNIA ROMANAS SEQVANTVR LEGES.

NOVEL. XXI.

IMperator vult, vt Armeniorum prouincia legibus Romanis vtatur. vnde damnas mores Armeniorum fæminas excludentes ſucceſsione parentum, liberorum, & cognatorum ab inteſtato.

DE HIS QVI NVPTIAS ITERANT.

NOV. XXII.

HAEc nouella agit de diuortio ſiue diſſolutione matrimonij, & de ſecundis nuptijs.

CAPVT II.

MAtrimonia aut diſſoluuntur vtroque coniuge conſentiente, de quo nihil in h. conſt. agitur. aut ex rationabili cauſa, quæ vocatur bona gratia. aut citra cauſam iuſtam, aut ob cauſam rationabilem.

Bona gratia matrimonium de iure ciuili diriuntur multis de cauſis; quarum prima eſt, ſi alter coniugum religionem ingrediatur, quod quoque de iure canonico etiá altero coniuge inuito, permiſſura eſt, matrimonio nondum per carnalem copulatum conſummato, *c. 2. & c. 7. extr. de conu. coniugato.* An autem propter ingreſſum religionis fideicommiſſo locus ſit? puta ſi fideicommiſſum relictum ſit ſi inſtitutus ſine liberis deceſſerit.

Digitized by Google

hoc Couar. in c. 2. nu. 6. de teſt. affirmat. Alexand. verò lib. 2. conſ. 139. nu. 5. hoc in vſufr. negat, cum ſcilicet ſtatim per ingreſſum monaſterij non extingui, cùm monachus quo ad alimenta, non habeatur pro mortuo. Altera cauſa eſt, impotentia coeundi. *verſ. per occaſionem*, ſi nec per biennium (hodiè à canoniſtis triennium eſt præſtitutum *c. 5. ext. de frigid. & malef.*) à die copulationis durauerit. Tertia cauſa eſt captiuitas & patientia quinquennij, olim captiuitate ſtatim diſſoluebatur matrimonium. Sed hoc Iuſtin. h. corrigit, & vult, vt ſi incertum ſit num viuat, nec ne, poſt quinquennium, expectãs demum nuptias iterare poſsit, quaſi primis bona gratia ſolutis. Sed hoc de iure canonico non obtinet, quo captiuus vel abſens expectari debet, donec certè conſtet de ipſius morte, *c. de præſentia ext. de ſponſalib. §. 1. h. cap.* Quia ingenuus hodiè ex ſupplicio non fit ſeruus, vnde matrimonium non diſſoluitur altero in metallum damnato *§. 2. h. cap.* niſi alter coniugum libertus in ſeruitutem ob ingratitudinem redactus ſit, quia inter ſeruos connubium non eſt, *l. 2. C. de inceſt. nupt.* & ſeruus pro mortuo habetur. Soluitur quoque matrimonium bona gratia, militia *l. vel ſeneſtutem ff. de donat. inter vir. & vxor. §. nouimus autem h. c.* quod adhibita diſtinctione Conſtantinus diuiſit in hunc modum, vt quadriennio integro ſi nullum à marito qui agit in militia, nuncium mulier acceperit, publicè conteſtatione habita, & nunciata duci, ſub quo maritus habitat, impunè nubat alteri, *l. vxor. C. de repub.* Hac autem nouella pro quadriennio præſcribitur decenniũ, *d. §. nouimus.* Atque hactenus de cauſis quibus bona gratia matrimonia diſſoluuntur. Ex alijs autem cauſis matrimonium non ſoluitur ſine repudio, idque ex meritis cauſis, alioqui iniuſti repudij actio pœnalis eſt, *l. 7. ff. de capt. & poſt l. reuerſ.* Mulier enim quæ abſque probabili cauſa diuortium facit, & diſcedenti cauſam marito præbet, dotem amittit, & ante quinquennium completum nuptias contrahere non poteſt, quamuis ſi bona gratia ſit diſſolutum matrimonium, poſt annum (non antè ob ſobolis confuſionem) nubere poſsit. Imò hodiè mulier tota vita vacat, & in monaſterium conijcitur: *Nou. 117.* Vir verò, quandocunque ſiue ex rationabili, ſiue ex irrationabili cauſa matrimonium contractum ſit, nuptias contrahere poteſt. *§. ſi verò altera. verſ. Quod non obſeruandum.* Olim certæ non erant cauſæ repudiorum, ſed poſitæ erant, in arbitrio & diſquiſitione iudicantium: hodiè verò ſunt certæ, & ex vtraque parte tam viri quam vxoris: *l. conſenſu & l. vlt. C. repub.* Ex parte vxoris nonnullæ hic traduntur, quarum plures in *nou. 117.* Quæ autem hic referuntur, ſunt hæ, ſi vxor ſtudioſè, id eſt, dolo malo & ex propoſito faciat abortum, per quem vir contriſtatur & priuatur ſpe ſobolis. Si voluptatis & libidinis cauſa vadat cum viris ad commune lauacrum, quod tali ſerui non conuenit. Denique ſi conſtante matrimonio de alijs nuptijs cogitat, niſi & maritus eodem crimine accuſari poſsit, *l. ſi vxor. §. iudex ff. de adulterijs*, periniquum enim videtur, vt pudicitiam vir ab vxore exigat, quam ipſe non exhibet. Hinc Lactãtius, exemplo continen-

tinen-

Digitized by Google

tinentiæ docenda eſt vxor. His igitur & ſimilibus caſibus de iure ciuili, quo nunc non vtimur, alter coniugum repudium mittere poteſt. Si verò ex irrationabili cauſa repudium miſerit, punitur in dote vel donat. propter nupt. vel ſi mulier indotata fuerit, quadrantem ſuorum bonorum liberis communibus aſſeruandum, loco dotis præſtabit; *§. aſſcriptitij h.c.* modò non excedat centum libras auri, *l. vlt. C. de repud.* qui eſt modus maximæ dotis.

§.

HOC §. Imperator incipit agere de matrimonio morte ſoluto. Nam ſi quid pactum ſit in caſum mortis, hoc ſuperſtes vel ex dote, vel ex donat. propter nupt. lucrabitur. & hoc ſi pacta ſint æqualia, quoad qualitatem, puta ſi pactum ſit de lucranda tertia parte donat. propter nupt. intelligatur quoque pactum de lucranda tertia dotis parte, etiamſi quantitas inæqualis ſit. Sed hoc de conſuetudine non obſeruatur. *Gail lib. 2. obſ. 78.*

CAPVT II.

LVcra nuptialia mortuo coniugum altero, ſuperſtes lucratur, vt ea quocunque modo poſsit alienare: quamuis hodie præter vſumfr. etiamſi abſtineat à nuptijs, tantum portionem virilem habeat, quam alienare poſsit. *Nou. 127.* Quod ſi verò ſuperſtes non alienauerit, tunc ad liberos eius, etiamſi hæredes non exiſtant, niſi ſpecialiter inſtitutio in lucris nuptialibus facta fuerit, *l. ſi prioris, §. talem, C. de ſecund. nupt.* pertinent.

CAPVT III.

IN hoc cap. agitur de pœnis mulierum intra annum nubentium. Dico mulierum. Nam mas olim non lugebat fœminam, ſed ſtatim ſoluto quocunque modo matrimonio aliam vxorem ducere poterat *l. conſenſu, C. de repud.* olim mulier decem menſes propter confuſionem ſanguinis lugere debebat; ſed quia hodie non ſolum ob confuſionem ſanguinis, ſed etiam ob reuerentiam & memoriam defuncti luctus indicitur, ideo annũ luctus peragere debet. *l. liberorum, §. 1. ff. de his qui not. inf.* de pœnis earum diximus ſup. in nou. 2. quibus adde hanc, quod nihil ex teſtamento extraneorum, vel ipſius mariti capere: neque agnatis vel cognatis ſuis ſuccedere poſsit, niſi vſque ad tertium gradum, *l. 1. C. de ſecund. nupt.*

CAPVT V.

HOC caput de pœnis earum nuptiarum, quæ poſt annum luctus, vel miſſum repudium celebrantur, tractat, quæ quoque in maribus locum habent. *V. & hac h. c. de quibus in Nou. 2.*

CAPVT VIII.

PRæterea in hoc capite aliud genus coercendarum nuptiarum traditur, vt tranſiens ad ſecunda vota, non poſsit relinquere coniugi plus, quàm vni filiorum minimum reliquerit. vnde ſi vltra quid datum fuerit, pro non dato habebitur, & intra primi matrimonij liberos abrogata, *l.*

Digitized by Google

*quoniam,C.de ſecund.nupt.*diuidetur:niſi ingrati fuerint.Quomodo autem hoc ſciri poſſit, num vitricus vel nouerca plus acceperit, quàm vnus ex liberis,ſpectandum eſt mortis tempus,non matrimonij,ſicut in ratione legis Falcidiæ ponenda,mortis tempus ſpectatur, *l.in ratione,ff.ad l.Falcid.* vnde ſi ſuperſtes habeat quadringentos in bonis tempore ſoluti matrimonij, & ſecundo marito ducentos donauerit,& poſtea in tantum decreuerint, vt non plus quàm ducenti ſuperſint tempore matrimonij,priuignus ducentos reliquos auferet.

CAPVT XII.

OLim mulier conuolans ad ſecundas nuptias vſumfructum ſibi à marito relictum amittebat,ſed hodie niſi coniunx præmoriens hoc expreſſerit,non amittit.Imò ſi vſus omnium bonorum titulo dotis relictus fuerit,non attenta diſpoſitione præmorientis coniugis contraria, non amittit,ſed optimo iure retinet.quod fallit ſi alio titulo relictus ſit, *c.13.h. Nouell.*Ratio diuerſitatis iuxta Dd. eſt, quia primo caſu abſolutè lex talem vſumfructum defendit, ergo neque cautione priuatorum poteſt adimi, *l. ius publicum,ff.de pactis.* Secundò verò caſu, etſi lex velit tranſeuntem ad alteras nuptias vſumfructum ſeruare , & proprietatem amittere ; tamen hoc arbitrio dantium relinquit ; vt dationi quam velint legem addicere poſſint.Ego puto verbum(Legi inde 13.)aliter interpretandum. Lex enim non dicit dotem,vel donationem propter nupt.lucrandam eſſe,ſed quando ſemel conuentum eſt de lucranda dot. vel donat. propter nupt. lex ſuperſtitem defendit,vt non obſtante contraria morientis coniugis voluntate propter binas nuptias vſumfructum non amittat, quod ſecus eſt,ſi alio titulo relictus ſit. Nam ſi donatio inter vir. & vxor. valeat , neceſſe eſt, vt morte confirmetur, ergo quilibet legem ſuæ donationi adijcere poteſt,cùm hominis voluntas ſit ambulatoria vſque ad extremum vitæ ſpiritum,& quilibet eſt arbiter rerum ſuarum,*l.in re,C.mand.*

CAPVT XV.

QVamuis donatio ob ingratitudinem reuocari poſſit ; tamen mulier quæ iterum nupſit,regulariter eam reuocare nequit,exceptis tribus caſibus , ſi matris vitæ liberi inſidiati fuerint , ſi manus in eam intulerint impias , & denique ſi totam ſubſtantiam agendo contra eam auferre conati fuerint . Sed an idem in patre accipiente ſecundam vxorem, cùm nihil de illo videatur conſtitutum,putat Accurſius à iure communi non eſſe recedendum. *l.præcipimus, C.de appellat.* quià non eſt veriſimile quod pater mutet voluntatem propter vxorem,(fit tamen ſæpius quàm rectè)ſicut vxor propter maritum. Eſt enim varium & mutabile genus ſemper fœmina *c.forus,ext.de verb ſignif.* Hinc Bald.dicit quod mulier omni hora , omni momento conſilium mutat.Cuiacius hic Accurſij ſententiam tuetur.grauius

Digitized by Google

uius enim mulieres coercentur, quę plurimum faciliuſque nouis maritis non ſolum res filiorum, ſed etiam totam vitam addicunt. *l. lex, Cod. adv. tut.*

CAPVT XXI.

QVoniam propter adiectam conditionem aut diem nonnunquam mora inijcitur, quo minus legata confeſtim ſoluantur, ideo legatorum nomine hæredem ſatiſdare, Prætor iubet. vt in ff. ad tit. vt legat. ſiue fid. diximus. Excipitur hic parens iuſſus dare filio legatum ſub conditione, aut die, qui non tenetur ſatisdare, niſi teſtator iuſſerit, vel ad ſecunda vota tranſierit, idque in pœnam *l. iubemus §. in ſupradictis C. ad SC. Treb. & h. c.* quo caſu iuxta Cuiac. præſtando cautionem liberatur *V. cautionem.* cuius ſententia mihi non probatur, maxime eo caſu quando ob binubium cauere debet eum quia ſtipulatio legatorum ſeu fideicommiſſorum eſt de ſui natura ſatisdatio; tum quia in d. §. ſupradictis Imp. Zeno iuſſit tali caſu in pœnam ſatisdationem præſtandam eſſe, cuius ſententiam Imper. in h. c. confirmat. ergo per verbum cautionem, hic ſatisdatio accipienda eſt.

CAPVT XXVI.

FRater defuncti cum matre ſuccedit, *c. 25. hac nou.* niſi ingratus aduerſus fratrem extiterit. Cauſæ ingratitudinis tres hic enumerantur, quarum prima ſi fratris vitæ inſidiatus, altera ſi illum criminaliter accuſauerit. tertia ſi ſubſtantiæ fratris intulerit damnum, quibus caſibus repellitur à ſucceſſione iuris ab inteſtato, & eius portio reliquis hæredibus accreſcit.

CAPVT XXVIII.

HIc rogat & conſulit Imper. vt parentes ſtudeant æqualitatem inter liberos primi & ſecundi matrimonij ſeruare. Nam licet gratis liberis tantum legitimam titulo inſtitutionis relinquere teneantur, attamen vt odium & diſcordia inter liberos euitetur, conſulit Imperator vt parentes tantum ex primo matrimonio liberis, quàm ex ſecundo matrimonio relinquant. quod ſæpè ſtulti parentes in proprium ſanguinem peccantes non obſeruant.

Sciendum quod aliquorum capitum explicationem ideo prætermiſerim, quod de ijs alibi dixerim. Notandum tamen hoc vnum, quod prius dicere debuiſſem, ſi matrimonium abſque dote: coniunx autem præmoriens diues ſit, ſuperſtitem coniugem cum liberis communibus, alteriuſve matrimonij in quartam ſi tres pauciores ſint, vel in virilem ſi plures ſint, ſuccedere. *c. 2. §. fin. ſup.*

DE APPELLATIONIBVS.

NOVELL. XXIII.

DE appellatione, eiuſque forma & fatalibus in ff. & Cod. abundè diximus, vt nil noui de illis hic dici poſſit.

NOVELL. XXIV.

DE PRAESIDE PISIDIAE.

HAEC Nouella & ſequentes vſque ad 31. ſunt de Prætorum certarum prouinciarum officio.

DE HIS QVI AGRICOLIS PECVN. CRED.

NOVEL. XXXII.

CReditor pignoris fructus perceptos in ſortem imputat, & eos non lucratur *l. 2. l. 6. C. de pign. act.* niſi aliter conuentum, vt tamdiu creditori pignoris fructus cedant, donec debitum exolutum fuerit, quæ conuentio antichreſis dicitur in *l. ſi is qui, §. 1. ff. de pignor.* Licet autem huiuſmodi conuentio de iure ciuili valeat: tamen ab agricolis prouinciæ Thraciæ vllo pacto fieri vetatur. Tempore namque ſterilitatis frumentariæ, homines modicam admodum frugum menſuram ijs mutuò dabant, hoc pacto, vt terra illis pignoris nexui eſſet, fructuſque ex ea prouenientes lucrarentur. qua ratione cum multi ruſtici aufugere, vel fame perire cogerentur: barbarum autem eſſet, pro modico frumento mutuo dato magnæ terræ fructus lucrari; Imperator prohibuit antichreſi cum ijs paciſci poſſe, vſuræ tamen ab ijs ſtipulari poſſunt, ſed ſub certo modo. nam cautum, ne grauiores trientibus credita pecunia creditor ſtipuletur, hoc eſt pro vno ſolido, vna ſiliqua annuatim, & pro centum quatuor. Siliqua eſt, vt Iſidorus *lib. 16. c. 24.* ſcribit, viceſima quarta pars ſolidi. quare ſi quis dedit agricolæ vnum ſolidum, vel vnum florenum ad 24. albos, vnam ſiliquam, id eſt, viceſimam quartam partis illius floreni, ſcilicet, album in anno dabit. Credito autem frumento, vel alijs fructibus, ab agricola ſtipulari poteſt creditor vſuram centeſimam, id eſt, in ſingulos modios octauam modij partem. v. g. ſi dedit mutuo modium ſiliginis, quod conſtat quatuor Summern quo caſu poterit octauam partem, ſcilicet, dimid. Summer. exigere. conſequenter ſi dederit centum modios mutuo, accipiet octauam partem ſcilicet, 12. modios, & 2. Sum. Molin. & Bald. hic legunt pro octaua vigeſimam quartam partem, quia in pecunia tantum permittitur vſuræ nomine trientem accipere. Cuiacius & Contius vulgatam lectionem retinent, & rationem diuerſitatis tradunt, eo quod pecunia ſit ſterilis, ideoque contra naturam, vt vſuram producat, ad frumentum eſt fertile, & vtiliſsimum, & vnum granum centum alia parit. Nec obſtat quod octaua pars ſit vltra centeſimam vſuram, & iuxta *l. eos C. de vſur.* tantum centeſima vſura in contractibus fœneratitijs locum habeat. Facit enim hic regula: qui in vno grauatur, in alio releuari debeat, at in hoc releuantur agrico-

Digitized by Google

læ, quod ab ijs pacto conſtitui non poſsit pro mutuo antichreſis; item quod tantum vſuræ nomine ab illis trientem ſtipulari liceat. ergo in hoc grauantur vt octauam partem modij dent. Cæteræ Nou. duæ idem dicunt. aliæ tres ſequentes non ſunt in vſu.

DE DECVRIONIBVS.
NOV. XXXVIII.

MVlta noua circa Decuriones ſtatuta ſunt. Olim conſtitutum fuit, vt Decuriones ſine decreto ſua prædia donarent, non autem venderent. *l.3.C.de præd.Decur.* ſed cùm per ementitas cauſas ſępè donationes conficerent, ideò quoque Iuſt. donationem prohibuit, ſed donat. propt. nupt. excepit, quia non planè donatio, ſed ſpecies quædam eſt, & veluti auctoramentum procreandorum liberorum continetur. Præterea ſtatuitur, vt Decurio moriens, ſi liberos habeat, curię quadrantem relinquere debeat, vel dodrantem, ſi nullij liberi ſuperſint. Sed curia liberant Patriciatus, conſulatus, magiſterium militum, &c. Item Iuſtin. conſtituit, vt curialibus liberis dodrans omnium bonorum relinquatur abrogata *l. vlt. c. quãdo & quibus quarta pars.* Denique licet naturales liberi tantum ab inteſtato non ſuccedant, niſi in ſextantem nullis iuſtis liberis exiſtentibus, vt diximus *Nou.18.* Decurionum tamen liberi, ſi ſe offerant curię, ſuccedunt, indiſtinctè in dodrantem.

NOV. XXXIX.
DE RESTITVTIONE DOTALIVM RERVM AD DONAT. ANTE nupt. pertinentium, &c.

REs fideicommiſſo ſubiectæ alienari non poſſunt per hæredem, ſiue ſub conditione, ſiue in diem relictæ *l. Marcellus, §. res quæ, ff. ad Senatuſconſultum Trebel. auth. res quæ. Cod. com. de legat.* quod tamen Imper. hic duobus caſibus limitat. primò vt alienatio vſque ad Trebellianicam ſiue legitimam valeat. deinde vt ſi liberi ſint iuſsi reſtituere ex cauſa dotis vel donat. propter nupt. alienatio valeat, ſi legitima in dotem non ſufficiat pro dignitate perſonarum & natalium *l. quæro, ff. de iur. dot. l. 9. C. de adm. tut.* quo caſu neque fructus medij temporis in dotem vel donat. propter nupt. imputabũtur *arg. l. iubemus, C. ad Trebell.* Quod aũt dixímus res fideicõmiſſo ſubiectas alienari nõ poſſe, hoc verũ ſi fideicõmiſſum ſit purè relictũ. nã ſi ſub cõditione, tũc alienatio pẽdente cõditione facta valet, & dominiũ trãsfertur, cũ onere tamen, *V. ſed tanquam nos dudum.* quia ante reſtitutionẽ fideicõmiſſario nullum ius competit *l. fin. §. ſin autem ſub. Cod. com. legat. vide Gail lib. 2. obſ. 138.* Hæc verò omnia procedunt, quando rogatus quis eſt hæreditatem reſtituere ſimpliciter. Quid autem iuris ſit eo caſu quando rogatus ſuperfluum reſtituere, an poſsit alienare & diminuere bona: hoc nos ex hoc textu docet Cuiac. & potiſſimum ex *Nou.108.* ſcilicet, vt hæres rogatus reſtituere ſuperfluum, diminuere poſſit vſque ad dodrantem, & tantum dodrantem fideicommiſſario conſeruare cogatur: Imò ex quadrante, vt poſſit a-

Digitized by Google

liquid delibare ex cauſa, ſcilicet dotis vel donat. propt. nupt. Quia verò in diminuendo bona fides exigitur, ideo ex Nouell. 108. hæres cautionem de reſtituendo quadrantem, & de dolo præſtare debet, *l. Titius, ff. ad Trebell.* quæ lex non per *l. iubemus, C. eod.* corrigitur, quia illa tantum in parentibus iuſſis hæreditatem reſtituere locum habet.

CAPVT II.

HOc capite ſtatuit Imperator mulierem, quæ ſtupro ſe ante annum lugubrem polluit, præter pœnam ſtupri eiſdem etiam pœnis obligi, quas mulier intra annum luctus nubens petitur, de quibus in Nou. 22. Hæc enim quæ ſtupro ſe polluit intra annum, odio certè non indigna minore, imò maiore. liberis enim & defuncto iniuriam facit.

APVD QVEM OPORTEAT APPELLATIONES IN QVINQVE prouincijs, Caria, Cypro, Cycladibus inſulis, Myſia, & Scythia interpoſitas examinari. NOV. XLI.

HAEC Nou. & duæ ſequentes, prout quadrageſimæ, quæ in Scriniger. textu deſideratur, loquuntur de certis prouincijs extraneis, & ad noſtras prouincias extendi nequeunt.

DE TABELLIONIBVS, ET VT PROTOCOLLA RELINQVANT in chartis. NOVEL. XLIV.

TABELLIONES publici ſunt, qui inſtrumenta conficiunt, formant & conſcribunt, *l. 14. §. tabellionibus, C. de ſacroſ. eccleſ.* Notarij ſunt qui excipientes verba dictantis per notas, & competentia ſcribunt. Sed hodiè noſtris moribus tabellionis & Notarij vnum idemque officium eſt. Hæc nouella duo capita habet. Primo capite cauetur, vt tabellio à partibus rogatus ipſe negotium conficiat, nec alteri eleget, pœna contra facienti imminente. Pœna verò tabellionum conficientium non per ſe, ſed per alium inſtrumentum, hæc eſt, vt excidant ſtationibus ſuis & officio tabellionum & vt ſtatio transferatur in eum cuius opera vti voluerunt; ſi idoneus ſit, &c. *vide latius Cuiac. h.* Altero capite cauetur, vt Notarius omnium geſtorum ſcientiam habeat, & non opera aliorum vtatur. Cur autem præſentia exigatur, & alteri huiuſmodi negotium committi non poſſit. *l. 1. in princ. ff. de offic.* eius cui mandata eſt iuriſd. Hanc rationem dat Accurſius, quaſi facere inſtrumentum non competat iure magiſtratus, ergo neque delegari poteſt, *d. l. 1.* Sed illa ratio mihi non probatur. ego exiſtimarem ideo eum non poſſe delegare. quia Notarius in fidem rei geſtæ adhibetur, At nemo poteſt de re non viſa vel à partibus audita, plenè perhibere. ergo &c.

CAPVT II.

SECVNDO huius capite cauetur, ne tabelliones in mundum redigant contractum alia charta, quàm ea quæ habet protocollum ſin imbreuiatura, vt exinde coargui falſum poſsit. Sumitur autem hic protocollum pro certo genere chartæ; ſicut enim hodiè chartæ habent notam aliquam, ex qua dignoſcitur quis eam chartam præparauerit, ita habebant

olim chartæ breuem annotationem, quæ declarabat pro comite largitionum (ſub eius cura erant chartæ) quo tempore & a quo præparatæ fuiſſent chartæ, ex eo coarguebatur ſæpe falſitas, *Cuiac.h.* NOVEL. XLV.

NE IVDAEI, SAMARITANI, ET HAERETICI PER CAVSAM religionis & cultus ſui curiali fortuna liberentur, ſed cum curialibus muneribus ſubdantur. Item an poßint contra Orthodoxos qui curiali fort. ſubditi ſunt, teſtimon. dicere.

Hæc nouell. eſt per ſe clara, & latè eam exponit Cuiac. hic.

DE ECCLESIASTIC. RER. IMMOB. ALIENAT. NOV. XLVI.

RES Eccleſiæ ob æs alienum iuſtè diſtrahi poſſe, alibi docuimus. Quomodo autem ſolutio non extantibus rebus mobilibus fieri debeat, in hac nou. Imper. docet. Si enim res mobiles & pecuniæ deſint, priuato creditori in ſolutum dari poſſunt cum ſuperioris decreto; pro debito verò fiſcali non poſſunt in ſolutum dari, ſed tunc alienari debent, vt emptor fiſco tributa, & alia eccleſiæ nomine ſoluat, & è contra fiſcus apocham det, qua probare poterit prædium ex fiſcali debito alienatum eſſe.

NOVELLA XLVII.

DE IVREIVR. QVOD MORIENS DE MODO SVI PATR. PRAESTITIT.

SCriptura teſtamenti, qua ſpecialiter omnia bona diuiſa continentur, quo minus res, quarum teſtator non facit mentionem, hæredes inquirere poſſint, nil impedit, *l. ſcriptura, C. vtriuſque iud.* niſi teſtator iuramento in teſtamento vel alia ſcriptura ſuæ ſubſtantiæ menſuram, ſiue deſcriptionem bonorum fecerit, ſe nihil præterea in bonis habere. quo caſu hæredes, ſiue ſint ſui, ſiue extranei, eam ſequi debent. Hoc iuramentum tamen in præiudicium creditorum non eſt ratum, vt Imperator loquitur, ſed illis licet bona defuncti perquirere. Debitoribus verò prodeſt, vt puta ſi iurauerit teſtator ſibi centum debere, cùm 200. debeat, hæredes centum tantum petere poſſunt, idque in vim legati.

VT NOMEN IMPER. IN INSTR. ET ACT. PVB. PRAEPONATVR, &c.

NOVEL. XLVIII.

VSitatum fuit in inſtrumentis apponere diem, menſem, conſulis nomen & ſimilia, quibus omnibus ex hac Nou. debet præponi nomen Imperatoris cum anno Imperij ſui, prout & hodiè ſtyli eſt. Solet quoque apud Chriſtianos nomen Saluatoris præponi, ob cuius tamen omiſſionem non vitiatur inſtrumentum, quia eſt leuis ſolennitatis omiſſio, *arg. l. 1. de vent. inſpic. Bart. h.* Prætereà iubet Imper. vt tempora notis ac non obſoletis literis explanentur & denotentur, ita vt ſi Latinis literis inſtrumentum ſcriptum ſit, quoque latinis ſcribantur tempora.

Nou. 49. in Scriniger. text. deſideratur.

DE REIS QVI INGREDIVNTVR AD EXPEDIENDAM APPELLATIONEM, deque inſtrumentis priuata manu conſcriptis, prolatis ab eo, qui cum agitur. Item de iuramento dilationis, vt iuramento calumniæ connectatur, quod ſemel pro omni probatione præſtari ſolet. NOV. L.

liquid delibare ex cauſa, ſcilicet dotis vel donat. propt. nupt. Quia verò in diminuendo bona fides exigitur, ideo ex Nouell. 108. hæres cautionem de reſtituendo quadrantem, & de dolo præſtare debet, *l. Titius, ff. ad Trebell.* quæ lex non per *l. iubemus, C. eod.* corrigitur, quia illa tantum in parentibus iuſſis hæreditatem reſtituere locum habet.

CAPVT II.

HOc capite ſtatuit Imperator mulierem, quæ ſtupro ſe ante annum lugubrem polluit, præter pœnam ſtupri eiſdem etiam pœnis obngi, quas mulier intra annum luctus nubens petitur, de quibus in Nou. 22. Hæc enim quæ ſtupro ſe polluit intra annum, odio certè non indigna minore, imò maiore. liberis enim & defuncto iniuriam facit.

APVD QVEM OPORTEAT APPELLATIONES IN QVINQVE prouincijs, Caria, Cypro, Cycladibus inſulis, Myſia, & Scythia interpoſitas examinari. NOV. XLI.

HAEc Nou. & duæ ſequentes, prout quadrageſimæ, quæ in Scriniger. textu deſideratur, loquuntur de certis prouincijs extraneis, & ad noſtras prouincias extendi nequeunt.

DE TABELLIONIBVS, ET VT PROTOCOLLA RELINQVANT in chartis. NOVEL. XLIV.

TABELLIONES publici ſunt, qui inſtrumenta conficiunt, formant & conſcribunt, *l. 14. §. tabellionibus, C. de ſacroſ. eccleſ.* Notarij ſunt qui excipientes verba dictantis per notas, & competentia ſcribunt. Sed hodiè noſtris moribus tabellionis & Notarij vnum idemque officium eſt. Hæc nouella duo capita habet. Primo capite cauetur, vt tabellio à partibus rogatus ipſe negotium conficiat, nec alteri eleget, pœna contra facienti imminente. Pœna verò tabellionum conficientium non per ſe, ſed per alium inſtrumentum, hæc eſt, vt excidant ſtationibus ſuis & officio tabellionum & vt ſtatio transferatur in eum cuius opera vti voluerunt, ſi idoneus ſit, &c. *vide latius Cuiac. h.* Altero capite cauetur, vt Notarius omnium geſtorum ſcientiam habeat, & non opera aliorum vtatur. Cur autem præſentia exigatur, & alteri huiuſmodi negotium committi non poſſit. *l. 1. in princ. ff. de offic.* eius cui mandata eſt iuriſd. Hanc rationem dat Accurſius, quaſi facere inſtrumentum non competat iure magiſtratus, ergo neque delegari poteſt, *d. l. 1.* Sed illa ratio mihi non probatur. ego exiſtimarem ideo eum non poſſe delegare. quia Notarius in fidem rei geſtæ adhibetur, At nemo poteſt de re non viſa vel à partibus audita, plenè perhibere. ergo &c.

CAPVT II.

SECVNDO huius capite cauetur, ne tabelliones in mundum redigant contractum alia charta, quàm ea quæ habet protocollum ſin imbreuiatura, vt exinde coargui falſum poſsit. Sumitur autem hic protocollum pro certo genere chartæ; ſicut enim hodiè chartæ habent notam aliquam, ex qua dignoſcitur quis eam chartam præparauerit, ita habebant

olim chartæ breuem annotationem, quæ declarabat pro comite largitionum (ſub eius cura erant chartæ) quo tempore & a quo præparatæ fuiſſent chartæ, ex eo coarguebatur ſæpe falſitas, *Cuiac.h.* NOVEL. XLV.

NE IVDAEI, SAMARITANI, ET HAERETICI PER CAVSAM religionis & cultus ſui curiali fortuna liberentur, ſed cum curialibus muneribus ſubdantur. Item an poſſint contra Orthodoxos qui curiali fort. ſubditi ſunt, teſtimon. dicere.

Hæc nouell. eſt per ſe clara, & latè eam exponit Cuiac. hic.

DE ECCLESIASTIC. RER. IMMOB. ALIENAT. NOV. XLVI.

RES Eccleſiæ ob æs alienum iuſtè diſtrahi poſſe, alibi docuimus. Quomodo autem ſolutio non extantibus rebus mobilibus fieri debeat, in hac nou. Imper. docet. Si enim res mobiles & pecuniæ deſint, priuato creditori in ſolutum dari poſſunt cum ſuperioris decreto; pro debito verò fiſcali non poſſunt in ſolutum dari, ſed tunc alienari debent, vt emptor fiſco tributa, & alia eccleſiæ nomine ſoluat, & è contra fiſcus apocham det, qua probare poterit prædium ex fiſcali debito alienatum eſſe.

NOVELLA XLVII.

DE IVREIVR. QVOD MORIENS DE MODO SVI PATR. PRAESTITIT.

SCriptura teſtamenti, qua ſpecialiter omnia bona diuiſa continentur, quo minus res, quarum teſtator non facit mentionem, hæredes inquirere poſſint, nil impedit, *l. ſcriptura, C. vtriuſque iud.* niſi teſtator iuramento in teſtamento vel alia ſcriptura ſuæ ſubſtantiæ menſuram, ſiue deſcriptionem bonorum fecerit, ſe nihil præterea in bonis habere. quo caſu hæredes, ſiue ſint ſui, ſiue extranei, eam ſequi debent. Hoc iuramentum tamen in præiudicium creditorum non eſt ratum, vt Imperator loquitur, ſed illis licet bona defuncti perquirere. Debitoribus verò prodeſt, vt puta ſi iurauerit teſtator ſibi centum debere, cùm 200. debeat, hæredes centum tantum petere poſſunt, idque in vim legati.

VT NOMEN IMPER. IN INSTR. ET ACT. PVB. PRAEPONATVR, &c.

NOVEL. XLVIII.

VSitatum fuit in inſtrumentis apponere diem, menſem, conſulis nomen & ſimilia, quibus omnibus ex hac Nou. debet præponi nomen Imperatoris cum anno Imperij ſui, prout & hodiè ſtyli eſt. Solet quoque apud Chriſtianos nomen Saluatoris præponi, ob cuius tamen omiſſionem non vitiatur inſtrumentum, quia eſt leuis ſolennitatis omiſſio, *arg. l. 1. de vent. inſpic. Bart. h.* Præterea iubet Imper. vt tempora notis ac non obſoletis literis explanentur & denotentur, ita vt ſi Latinis literis inſtrumentum ſcriptum ſit, quoque latinis ſcribantur tempora.

Nou. 49. in Scriniger. text. deſideratur.

DE REIS QVI INGREDIVNTVR AD EXPEDIENDAM APPELLATIONEM, deque inſtrumentis priuata manu conſcriptis, prolatis ab eo, qui cum agitur. Item de iuramento dilationis, vt iuramento calumniæ connectatur, quod ſemel pro omni probatione præſtari ſolet. NOV. L.

Digitized by Google

IN primo capite huius Nouellæ agitur de fatalibus proſequendæ ſiue finiendæ appellationis, de quibus in ff. de appellat. diximus.

In altero capite agitur de comparatione literarũ, & pertinet ad *l. pen. C. de fid. inſtr.* cui addit Imper. hic duas exceptiones: vna hæc eſt, ſi ego agam, iusve meum tuear ex priuata ſcriptura ſubſcriptione trium teſtium non munita, & tu defendas te ex eiuſdem manus alia ſcriptura. nam ſi eam qua vteris, inſimulem quaſi ſuſpectam, fiet comparatio cum ea, qua quidem ego vtor, licet non habeat ſubſcriptionem trium teſtium: eius enim ſcripturæ fidem improbare non poſſum qua vtor, vt teſtes excipere non poſſum quibus vtor, *l. ſi quis teſtibus, C. de teſtib.* Altera exceptio hæc eſt, ſi priuata ſcriptura quæ non habet ſubſcriptionem trium teſtium, proferatur ex archiuis publicis, veluti apocha ex arca præfecta prætorio, vel ex publicis monumentis confectis apud magiſtrum cenſus, aut defenſores ciuitatum. Hæ enim ſcripturæ ad comparationem valent, licet non habeant ſubſcriptionem trium teſtium, niſi ſint à tabellione confectę, quia publicum teſtimonium habent.

Poſtremum caput huius conſtitutionis eſt de iuramento delationis & calumniæ, de quo alias diximus.

NE A MVLIERIBVS, QVAE SE PROSTITVVNT, FIDEIVSſor, aut iuſiurandum exigatur, quod hoc genus vitæ deſertuтæ non ſint.

NOVEL. LI.

IMperator in Nou. de lenonibus ſtatuit, vt ſcenicæ ſiue meretrices non attenta ab illis, lenonibus & earum conductoribus data cautione de non recedendo, ſed quæſtum corporis faciendo, ad meliorem vitæ frugem redire poſſint. Sed cùm in fraudem huiuſmodi conſtitutionis, cautionem iuratoriam excogitaſſent, tanquam maius vinculum, quo ad obſeruantiam promiſſionis aſtringerentur; ideo Imperator in hac nouella quoq; prohibet, huiuſmodi ſcenicas, ad meliorẽ vitam redire cupientes, ſub prætextu iuratoriæ cautionis impediri, quo minus reſipiſcere poſſint; cùm hoc iuramentum contra bonos mores ſit, quod non obligat: *l. non dubium, C. de ll.* Imò eius obſeruantia potius in diſpendium ſalutis æternæ vergit. *c. contingat, de iureiur.* Hic inſurgit quæſtio, an ſcenica quæ reſipuit, cuilibet etiam illuſtri nubere poſſit, contra *l. imperiali, C. de nuptiis,* quæ reſcriptum ſpeciale exigit: hoc docuit Accurſius, quaſi illa lex per hanc conſtitutionem ſit correcta, cum imperator dicat ipſo iure poſſe caſtè viuere ſine periculo periurij. Sed Cuiacius vir doctiſſiſimus, rectius huiuſmodi ſententiam impugnat. nam, vt puto, hæc nouella tantum iuriſiurandi gratiam facit ſine ſpeciali reſcripto, vt ſine metu periurij poſſint commodiorem vitam eligere; vnde quis ex huius conſtit. beneficio, priſtino iuri & famæ non reſtituitur, maximè cùm hac de re nulla mentio fiat. Sed hæc de iure ciuili. Ius canonicum autem aliud diſponit. Illo enim iure liberè & indiſtinctè nubere poſſunt, & omnis macula per ſufficientẽ pœni-

ten-

Digitized by Google

tentiam & ſubſequens matrimonium tollitur & purgatur: imò is qui impudicè viuentem ducit, opus miſericordiæ facit, & miſericordiam dei conſequitur. Præterea in hoc capite ſtatuit pœnam in exigentes obſeruãtiam iuramenti.

NE PERSONAE VEL REI, VEL AVRI ALTERIVS PRO ALIO oppignerationes fiant, ſed oppigneratione oblæſo eius quadruplum reſtituatur. Item ne pro eo qui vel percuſſit, vel alioqui damnum irrogauit, alius percutiatur, aut qualitercumque damnum ſentiat. Et ne donatio à priuato in imperatorem facta, indigeat actorum publicorum confeſſione.

NOVEL. LII.

IN hac nouella pignorationes & repreſaliæ pro eodem ſumuntur *arg. c. 1. de iniur. in 6. Bart. h.* Repreſaliæ barbaro vocabulo dicuntur pignorationes rerum & perſonarum, quando vnus pro alio, & res vnius pro re alterius apprehenditur, *d. c. 1.* Iuſtinianus hic prohibet pignorationes fieri, medio enim alterius odio prægrauari debet, *l. nullam l. de execut. & exactor. lib. 12. l. hac definitione c. de omni agro deſerto.* Non enim rationem habet, vt Imperator inquit aliũ quidem eſſe debitorem, alium exigi. *vide Gail de pignorat. c. 3. n. 4.* In explicatione huius nouellæ non videntur Accurſ. & Cuiac. conuenire. Cuiacius vir magnæ ſcientiæ iuris, dicit hoc caueri capite, vt alius pro alio nõ poſſit capi, ob id ſolum quod ſit eiuſdem ciuitatis. Accurſius verò ſic intelligit, quod nec ſubditi, nec eorum bona, ne quidem ex pacto domini, pro domino ſuo oppignorari poſsint. quę ſententia videtur congruere textui *verſ. ſecundum pignorat. formam.* moribus tamen aliter receptum. *Gail in tract. de pignorat. per tot.*

CAPVT II.

QVamuis, ſi donatio excedat ſummam quingentorum ſolidorum egeat inſinuatione iuxta formam *l. donatio 25. in fin. C. de donat.* tamen hoc limitatur in donatione principi, vel à principe facta.

VT QVI PROVINCIALEM HOMINEM EXTRA TERRITORIVM ſuum in ius producit, cautionem præbeat, quod niſi litem obtineat, præſtaturus ſit, quantum iudex eum, qui calumnia tentatus eſt, accipere ſtatuerit. Item vt qui libellum ſuſcipit, ad deliberandum, an iudicio diſceptare velit, aut datum tolerare iudicem, viginti dierum ſpatium habeat. Prætereà quod qui poſt iuratoriam cautionem in iudicio non comparet, omnem litis impenſam debeat actori perſoluere, & deinceps cauſam dicere datis fideiuſſoribus. Inſuper de hypothecis militiarum: quæ ex caſu vocantur, quæ perſonæ, & quando hoc ius habeant. Poſtremo de indotatis vxoribus, & vt ipſæ quartam, &c.

NOV. LIII.

EXtra territorium ius dicenti impunè non paretur, *l. fin. ff. de iuriſd. om. iud.* quòd hic limitatur non procedere, quando quis ex reſcripto principis citatus eſt. quo caſu tamen prius actor cauere debet, ſe ad futu

Digitized by Google

rum iudicio & peractarũ litem ex animi ſententia ſine calumnia, adiecta certa quantitate, pœnæ nomine, ità vt ſi reus extra territorium ſuum vocatus comparuerit: actor vero emanſerit, poſt decendium, pœna illa cõmittatur & commiſſa dicatur, & reus ab obſeruatione iudicij abſoluatur, & denique ſi quid amplius reus in viatica impẽderit, quod ex pœna promiſſa non eſt conſecutus, eius repetitionem habeat. A quo tempore illi decem dies cõputandi ſint, controuertitur. putat Accurſius *hic in verbo (Decem dies)* à tempore finito, quod per iudicem fuit conſtitutum, computandos eſſe. Ego ab illo tempore quo reus comparuit, numerandos eſſe arbitror. *verſ. poſt quam iurauerit*, id eſt, vt commiſſa pœna dicatur, debet reus actorem abſentem per decem dies expectare.

CAPVT III.

REo vocato ad iudicium, olim decem duntaxat dies ad deliberandum concedebantur, verum cum per huiuſmodi temporis anguſtiam rei vix deliberare poſsint, vtrum contendendum vel cedendum eſſet: & ſæpenumerò volentes cauſam ſuſpicionis proponere, impedirentur coacti effluxo termino litem conteſtari, & ſub iudice ſuſpecto, quod difficile eſt, litigare; ideo Imperator hoc tempus duplicare voluit, ita vt hodiè reo ad iudicium vocato libellus offerri, & viginti dierum ſpatium indulgeri debeat, quò medio tẽpore ſuas exceptiones fori declinatorias quærere & proponere poſsit. Hoc ſpatium tamen non habet locum in ſingulis actibus, quia tantum de tempore ad litis conteſtationem faciend. loquitur. *vide Gail lib. 1. obſ. 91.* Præterea hic docet Imperator, reum ſtatim atque libellum acceperit cautionem perſonalem, id eſt, iudicio ſiſti præſtare debere, & ſportulas. nuncio ſiue executore citationis pro conuentione ſoluere. *verſ. ſuſcepto verò libello.* Putat hic Accurſius ſportulas tam ab actore quàm à reo præſtandas eſſe, motus *l. continetur C. de iudic. l. vlt. C. de fructib. & lit. expenſ. l. vlt. C. de agend. in reb.* Sed Cuiacius Placentini opinionem ſequitur, qui tantum reum in præſtatione ſportularum vult teneri, idque ex *l. vlt. C. de fruct. & lit. exp.* quamuis ſumptus litis vtraque pars præſtet, quo in ſenſu accipienda, *d. l. vlt.* neque obſtat *Nou. 86.* nam illa loquitur de ſportulis iudicum pedaneorum, non executorum.

CAPVT IV.

VEl ob paupertatem, vel ob dignitatem iuratoriæ cautioni committitur, ſicuti *in ff. tit. qui ſatiſd. cog. diximus.* Qui autem iurauit iudicio ſiſti, & contra fidem iuriſiurandi ante litem conteſtatam latitat, iuſſu iudicis requiritur, & obtorto collo ad iudicium ducitur. Si verò inueniri nõ poteſt, præſtituitur dies certus, intra quem ſi non compareat, iudex ſummatim de cauſa cognoſcit, & actorẽ pro modo declarati debiti ex primo decreto ſeruandæ rei cauſa in poſſeſsionem bonorum mittit. Neque reuerſus: prius recipiet res, quam damnum reſarcierit, & non prius audi-

tur,

tur,quàm fideiuſſores iudicio ſiſti præſtiterit. Dictum eſt quod reuerſus ſi damnum ſoluerit, poſſeſsionem recuperat,iam quæritur vſq; ad quod tempus reuerſus auditur? Placentinus vſque ad 30. annos *arg. §. 1. inſtit. de perp. & temp. act.* Accurſius vſque ad annum tantum per *l. ſi quis §. pen. c. de præſcript. 30. annor.* Cuiacius verò putat arbitrarium eſſe, quia in pignore conuentionali & prætorio tempus eſt arbitrarium. Ego aliàs meam de hac quæſtione ſententiam dicam. An autem in omnia bona fieri debeat immiſsio? Et quidem olim in omnia bona pro minimo etiam debito, immiſſio fiebat, niſi in cauſa damni infecti vel legatorum, *l. 1. ff. ex quibus cauſ. in poſſ. eatur.* Accurſius hic in *verſ. ſecund. menſur. &c.* putat pro modo debiti immiſſionem eſſe faciendam, hunc ſequuntur ferè omnes. Cuiac. verò id negat, & vult in omnia bona immiſsionem fieri debere, quaſi non ſint pignorantia hæc verba, Pro modo debiti, mitti in vniuerſa bona.

CAPVT V.

IVſtinianus in *l. vlt. C. de pignoribus* ſtatuit, vt res militum obligari poſſint, ſi ſint tales res quæ ad hæredes tranſeant: præterea ſtatuit creditorem mutuantem pecuniam, ex qua militia comparata eſt præferri, alijs creditoribus hypothecarijs, quod hodiè procedit, ſi neque vxor dotis nomine, neque liberi exiſtant. Nam illis, niſi pecunia ſpecialiter ad hoc mutuata ſit, præferri debent.

QVOD CONSTITVTIO, QVAE EX ADSCRIPTITIO ET LIBERA natos liberos eſſe vult, non his qui ante, ſed qui poſt conſtitutionem nati ſunt, poſsit, & vt venerabilium domuum Oeconomi, immobilium ad inuicem rerum eccleſiaſticarum commutationes faciant, decreto prius interpoſito, excepta hac maiore eccleſia.

NOV. LIV.

IVre veteri ex libera & adſcriptitio natus, adſcriptitius: conſtitutione verò Iuſtiniani liber naſcitur, *l. vlt. C. de agric. & cenſit. l. 1. Cod. de ſenatus c. claud.* quia partus ventrem ſequitur, verum cum quidam illam conſtitutionem intellexiſſent in præteritis coniunctionibus quoque locum obtinere, igitur Iuſtin. hic definit ex quo tempore valere velit, ſcilicet vt is qui poſt hanc conſtitutionem fuiſſet ex huiuſmodi perſonis conceptus vel natus, liber dicatur.

CAPVT II.

SEnſus huius capitis eſt, vt eccleſiæ & pia loca inuicem permutationes prædiorum facere poſsint, cauſa cognita & interpoſito iureiurando. *qua de re ſatis ſup. nou. 7. tractatum.*

VT DE CAETERO COMMVTATIONES ECCLESIASTICARVM rerum non fictæ fiant ad pijſsimum Imperatorem, & hoc modo ad alias perſonas legitimas tranſeant res.

NOV. LV.

Quod

QVod diximus in *Nou.7.* Imperatorem cum eccleſia permutare poſſe: hoc eatenus conceditur, ſi citra fraudem fiat, ne fortè cum Imperatore tanquam media perſona fictitiè prædia eccleſiaſtica permutentur, & mox ab eodem in priuatum, qui ex ſua perſona prædium ex permutatione habere non poterat, transferantur. quod ſi igitur fraude, quæ non præſumitur, permutatio facta fuerit, nullius momenti erit, vt *Bart. hic docet* per *l. iubemus §. ſane C. de ſacroſ. eccleſ.*

CAPVT II.

HOc capite permittit Imperator omnibus eccleſijs perpetuos contractus emphyteuticos facere: excepta ſanctiſsima maiore eccleſia Conſtantinopolitana, quæ omninò priuatæ perſonæ rem in Emphyteuſin dare non poteſt, *verſ. vt non ad priuatam perſonam.*

VT EA QVAE VOCANTVR INSINVATIVA SVPER CLEricis, in maiore quidem eccleſia dentur, in alijs autem eccleſijs nō dentur.

NOV. LVI.

PRo conferendis ordinibus inſinuata, Imperator vetat dari: niſi ſolitum ſit ordinandos in maiori eccleſia aliquid dari *verſ. ſancimus igitur.* de iure verò canonico indiſtinctè nihil dari, nil exigi citra labem ſimoniæ poteſt, *tot. tit. ext. de ſimon. vbi latius dicemus.*

VT IN PRIVATIS DOMIBVS SACRA MYSTERIA non fiant.

NOV. LVII.

HAc nouella prohibetur, in priuatis & non conſecratis extra eccleſiam domibus, ſub pœna publicationis domus, ſacratiſsima diuina celebrari, niſi ſcilicet authoritate Epiſcopi ob ſummam neceſsitatem peragantur. Idem ſtatuit Pontifex Fœlix in c. *ſicut in de conſecr. diſt. 1. vide Nauar. in manuali c. 25. n. 8.*

DE CLERICIS, QVI A SVIS DESTITERVNT ECCLESIIS. Item de his qui oratoria ædificant.

NOV. LVIII.

CAPVT I.

HOc caput reſpondet titulo de cleric. non reſid. extr. vbi dicemus.

CAPVT II.

HOc caput reſpondet extr. tit. de iur. patr. vbi quoque de materia iuris patronatus dicemus.

DE EXEQVIIS QVAS FIERI OPORTEAT IN DEFVNCtorum funerationibus.

NOV. LIX.

Digitized by Google

HAEc nouella eſt de ſumptibus funerum quos facere debet maior eccleſia Conſtantinopolitana,cui etiam ob eam rem Conſtantinus & Anaſtaſius Imperatores deſtinauerant mille & centum tabernas ſiue officinas in pulcherrimis foris vrbis, vt ex earum reditu faceret ſumptus funerum,& ne quid per cauſam funeris exigatur ab hæredibus defunctorum, auctor eſt leo *nou.12.* hæc nouella eſt appendicula *ſup. 43. vbi Cuiac.* & præſcribitur ſumptibus modus,puta quantum in ſingulis ſemeſtribus œconomos decanis ſine copiatis dare oporteat, qui ſcilicet efferant & ſepeliant mortuos,&c.

NE DEFVNCTI, SEV RELIQVIAE EORVM A CREDITORIbus afficiantur contumelia. & ne adſeſſores cognitionem cauſarum abſque iudicibus ſuſcipiant.

NOV. LX.

IN prima parte huius capitis refert Imperator ius D. Marci, *l.pen. ff. de vi priu.* vt creditor moleſtans debitorem ſuum, & poſſeſsionem propria authoritate ingrediens ſua actione omni modò cadat. Non enim vis tantum eſt,ſi homines vulnerentur, ſed & tunc quoties id quod ſibi deberi putat,per iudicem non repoſcit.Cui Imperator hic addit,vt tantũ quantũ ſibi deberi afferat iniuriati ſiue cuius iã defuncti ſiue moribundi rẽ inuaſerit,hæredibus præſtet, & præter tertiæ partis bonor. confiſcat.etiam infamiæ pœnã ſuſtineat *verſ.confiſ.* In altera parte repetit conſtitutionem patris ſui adoptiui Iuſtin. *l. vlt. C. de ſepulch.* viol. Cuius ſenſus talis eſt,& propter debitũ defuncti eius ſepultura nõ impediatur,vel quocunq; modo arreſtetur ſub pœna quinquaginta librarum auri,quas ſi non poteſt ſoluere,luet in corpore, & cautiones & confeſsiones nõ noceant hæredibus.Eſt enim iniuſtum & contra rationem maximè, propter æs alienum ſepulturam impediri & denegari, *vide Couar.lib.2. var.reſol.c.1.n.* 10. Iuſtinianus hic pœnã *d. l. vlt.* corrigit, & vult vt impedientes cadauer, vel ſepulturam ijſdem pœnis ſubiaceant, quibus moribundum,& eius bona inquietantes alligati ſunt,vt iam d.

CAPVT II.

HOc caput eſt de officio aſſeſſorum,de quo in ff.eod.diximus.

VT RES IMMOBILES DONATIONIS ANTE NVPTIAS A marito, ne conſentiente quidem vxore, vel pignori obligari, vel omninò alienari liceat, niſi poſteà æquè illi ſatisfieri poſſit, eademque vt & in dote obtineat.

NOV. LXI.

LEx Iulia dotale prædium non æſtimatum etiam conſentientibus mulieribus, oppignerari vel alienari vetat, *l. 13. §. dotale ff. fundo dot.* ne ſexus muliebris fragilitas in perniciem ſubſtantiæ conuertatur, vt *Imper. in inſtit. quib. mod. alien. lic.* De donatione autem propter nuptias neque lex Iul.

neque Imperator in *l. vnic. C. de rei vxor. act.* quicquam ſtatuit. Donatio propter nuptias eſt ea quam maritus conſtituit vxori propter matrimonium reſpectu dotis ſibi in dotem compenſationis datæ. vulgò ein gegen vermahlung. Cum hæc donatio ideo principaliter ſit introducta, vt mulieribus magis ſit cautum de dotibus, vt ſcilicet dote à marito malè conſumpta, vel ſoluto matrimonio vxor. habeat, vnde damnum reſarciat, *§. fuerat inſt. de rei vxor. act.* quare hac nouella prohibet alienationem donationis propter nupt. niſi iteratò poſt biennium alienum factæ mulier conſenſerit, quo caſu ſi alia bona ſuperſint, alienatio tenet. Sed quid in dote dicendum? Iohannes gloſſator putat idem eſſe in dote in *princip. inſt. quibus mod. alien.* quo ad alienationem: non verò quo ad permiſsionem *verſ. & multò potius.* cuius ſententiæ ſubſcriberem, & fortè melius id probarem ex verſ. *C. Idē Cuiac. cum hæc à nobis*) niſi ſequentia verba ſcilicet, *Omnibus priuilegijs dotis in ſua firmitate, &c. obſtarent, quaſi* Imper. velit dicere, quāuis, idem diximus in dotibus, hoc tamen fallit in priuilegijs dotis, prout alibi dicitur, etiamſi æqualitas inter dot. & donat. propt. nupt. ſit, tamen hoc fallit in priuilegijs dotis, quare Cuiac. ſequor qui indiſtinctè, tam quoad validitatem quàm quoad prohibitionem alienationis idem eſſe contendit.

DE CONSVLTATIONIBVS.

NOV. LXII.

De conſultationibus principum in ff. de appell. diximus.

DE NOVIS OPERIBVS CONTRA PROSPECTVM IN MARE.

NOV. LXIII.

REgulariter, niſi iure ſeruitutis, ſtatuto vel conſuetudine certus ædificandi modus præſcriptus ſit, quilibet in ſuo ſolo caſtrum aut domum, ædificare aut ædificatum reſtaurare, altiuſque ad cœlum vſque tollere poteſt, quia eius eſt cœlum, cuius eſt ſolum. *per text. in l. altius cum gloſſ. ibid. C. de ſeruitut.* dummodò tamen in ædificatione quæ ſit à priuato, iuxta priuatum, ſpatium liberi aëris decem pedum relinquatur: ſi autem iuxta mœnia vel loca publica, interualla 15. pedum relinquantur, *l. mœniana C. de ædif.* priu. Hodiè verò qui iuxta mœnia publica ædificat, ita ædificare debet, ne vicino proſpectum maris auferat, niſi relicto ſiue intermiſſo ſpatio centum pedum, per obliquum intermiſſo ſpacio 12. ex conſtitutione Rhenonis Græca, quam Contius in Latinam tranſtulit. pertinebat autem ea conſtitutio tantum ad vrbem; ſed Iuſtin. eam porrexit ad prouincias, *l. vlt. C. eod.* Quin etiam voluit in obliquo proſpectu auferendo obſeruari ſpacium centum pedum *Nou. 165.* Hoc igitur cognito, vt ad textum veniamus, finge quod cupiebat intra centum pedes domum ædificare, quæ obſtrueret vicino proſpectum maris, quod per legem ei facere non licebat,

Digitized by Google

hoc in fraudem legis callidè excogitauit, vt relicto ſpatio centum pedũ murum altiſsimum exſtrueret, quo vicino auferretur proſpectus maris, ac deinde intra eum murum atque adeò intra centum pedes domum ædificaret, quæ etiam diruto muro officeret proſpectui maris, atque ita ædificio cõſummato voti compos factus murum demolitus eſt. Huic fraudi Iuſtin. hac nouella occurrere voluit, & comparat huiuſmodi ædificatorem raptori, & quidem non immeritò, cum is qui rem vel minimam rapuit, teneatur vi bonor. rapt. iudicio *§. 1. inſt. vi bon. rapt.* Ideo quoq; multatur de decem libris auri inferendis præfecto vrbi, id eſt hodie fiſco loci, & iubetur deijcere domum. vide *Azon. in ſum. Cod. de ædif. priu. & d. Gail lib. 2. obſ. 60. & Cuiac. hic.*

DE HORTVLANIS.

NOV. LXIV.

NOtum eſt in hortorum conductione initio iniri æſtimat. vt finita conductione appareat, quatenus aucti vel diminuti ſint. Nam conductor ſi hortum deteriorem fecerit, tenetur ex locato: ſi meliorem repetit, meliorationes actione ex conducto, *l. dominus §. 1. l. colonus, ff. de locat.* Sed quia ex eo ſæpè locatoribus incommodum euenerit, hortulanis ſcilicet conductoribus gratificantibus, & initio locationis æſtimantibus vili pretio, olus inſitum &c. & in fine locationis omnia exactè exiſtimãtibus; ideo Imperator vt huic fraudi occurrat, ſtatuit vt deinceps in facienda æſtimatione hortulanis æſtimatoribus, ſpecialiter huic negotio deſtinatis, adiungantur ij qui vulgò ſummarij dicuntur, & vt æſtimationem hortorum faciant iurati propoſitis ſacroſanctis eccleſijs, &c. vide *latius Cuiac. hic.* Summarij dicuntur, qui faciendæ rationis ſummarum quarumcunque periti ſunt. Nam & ſummis tributorum faciendis adhibentur. *no. 30.* numerantur autem ſummarij inter officia comitiana *Cuiac. ind. nou. 30.*

DE RELICTIS ECCLESIAE MYSIAE.

NOV. LXV.

HAEc nou. particulatim loquitur, de relictis eccleſiæ, vt alienari non poſsint. vide Cuiac. hic.

VT NOVAE CONSTITVTIONES POST ALIOS DVOS MENSES, quàm inſinuatæ fuerint obtineant. Item parcit his qui ſubtilitatem conſtitutionum in teſtamentis non obſeruant, relinquendo quadrantem aut hæredis nomen, non inſcribendo, aut nuncupando.

NOVEL. LXVI.

HAc nouella Imperator docet, quo tempore nouæ leges ſiue conſtitutiones ſubditos legent, ſcilicet vt à die publicationis & inſinuationis vbique omnes teneant. quare ſi quis fecit teſta-

mentum ante auth. de triente & ſemiſſe, quæ vult, vt loco quartæ liberis triens vel ſemiſsis pro numero liberorum relinquatur, nó cogitur teſtamentum mutare, etiamſi non ſeruarit formam *d. Auth. &c.*

NE QVIS ORATORIVM CITRA SCIENTIAM EPISCOPI ædificet. Et vt prius detineat quæ ad curam & ædificationem oratorij ædificandi neceſſaria futura ſint. Et ne Epiſcopi abſint à ſuis eccleſijs, ac de alienatione immobilium rerum eccleſiaſticarum.

NOVEL. LXVII.

SVmma huius conſtitutionis eſt, vt nullus ſine conſtitutione dotis & voluntate Epiſcopi illius loci eccleſiam ædificet, qua de re in decret. commodius dicemus.

VT CONSTITVTIO PIENTISSIMI PRINCIPIS, QVAE IN ſucceſsionibus nuptialium lucrorum ex pacto ſi liberi non exiſtent, lucra introducit, in facti ſpeciebus, quæ poſt conſtitutionem inciderint locum obtineant.

NOVEL. LXVIII.

Hæc conſtitutio per ſe clara eſt, ſicut ex rubrica apparet.

VT OMNES PROVINCIARVM MAGISTRATIBVS OBTEMperent, ſiue de criminibus, ſiue de pecunijs agatur. Et vt cauſæ illic examinentur nemine prorſus exempto per aliquod priuilegium abſque ſacra pragmatica forma.

NOVEL. LXIX.

LIcet ſi reus pluribus locis forum ſortiatur, in arbitrio actoris ſit vbi velit eum conuenire, *l. hæres §. 1. ff. de iudic.* hoc verum ſit, ſi citatio eũ ibi apprehenderit, alioqui citatus ius reuocandi domum habeat, id eſt, non cogatur dicere cauſam in alio loco, *l. plerique ff. de in ius vocand.* tamen hoc fallat, ſi priuilegio vel reſcripto principis actor impetrauerit, & certo loco contractus vel delicti commiſsi reus conueniatur; quo caſu durum eſt, reum ius reuocandi domum habere, cum actori cui incumbit onus probandi per hoc præripiatur facultas probandi, ſi alio loco quàm eo quo contractũ eſt, agere cogatur, facilius enim probabit actor hic, quàm extra prouinciam, *c. 1. h. n.*

CAPVT II.

ET hic ſi vtraque pars eſt in prouincia. Reo verò abſente tantum, actore verò in prouincia degente, tunc coloni vel poſſeſſores relicti interpellantur, ad hoc vt dominos ſuos in iudicio nemmem ſiue laudent, quo caſu terminus pro diſtantia loci eis indulgebitur, ad denunciandum domino, vel iudex ipſum citabit: qui ſi in termino præfixo non compareat, aut ſuo nomine procuratorẽ mittat, tũc lis cum eo qui abſentis nomine prædiũ poſsidet, quaſi cũ vero & legitimo procuratore abſentis agitur

& ad

Digitized by Google

& ad ſententiãq; vſq; peruenitur. Sed quid iuris, ſi is qui abſentis nomine poſſidet, non compareat; hoc *in c. 3. h. n.* declaratur, ſcilicet, ſeruabitur ordo ſolennis, qui ſeruari ſolet in eremodicijs, id eſt, deſertionibus litis conteſtatæ: eremodicium enim eſt litis deſertæ, poſt litem conteſtatam *l. 31. §. item, ff. de neg. geſt.* Sed hoc verum, ſi poſt litem conteſtatam deſeratur lis, quo caſu pœna eremodicij locum habet, quæ eſt amiſsio cauſæ niſi ex cauſa daretur reſtitutio, & litis inſtauratio *l. 7. §. vlt. ff. de minor.* Cæterùm ſi ante lit. conteſt. deſeratur lis, pœna vadimonij locum habet, ſcilicet, vt fiat miſsio in poſſeſſ. bonor. *l. 2. C. vbi in rem act.* & ſic habet meus textus ex Græco in Latinum à Holoandro verſus, & cum exemplari Scriniger. authore Duareno collatus.

DE DECVRIONIBVS, VT ACCEPTA DIGNITATE PRAEFECTOria, tunc demum curia liberentur, cum in actu poſitam acceperint.

NOVELLA LXX.

Super h. nou. quæ per ſe clara, videatur dominus Cuiacius.

VT ILLVSTRES IN PECVNIARIIS OMNIMODO PER PROCVRATORES cauſas agant: cùm verò de iniuria criminaliter agitur, duntaxat ſecundum priuilegium, hoc ipſis conceſſum. Clariſsimis autem tam per ſe, quàm per procuratores liceat pecuniarias cauſas agere.

NOVEL. LXXI.

IN honorem clariſsimorum, ſpectabilium, nec non illuſtrium, valent, & Arcad. Imperatores ſtatuerunt, vt in pecuniarijs cauſis illi per procuratorem litem inferant, vel referant, alias ſententia tanquam nulla carebit effectu rei iudicatæ & iudex eo libris auri mulctabitur *l. pen. C. de procur.* nedum ſedere cum iudice deberent, allegantes in iudicio ſtare cogerentur. ſed hoc tantum ex hac nouella in illuſtribus locum habet: cæteri inferioris illuſtribus communi iure vtuntur: ſed an in famoſis actionibus quoque valebit; in criminalibus quidem per ſe agere debent *l. 1. an per alium cauſ. l. pen. §. vbi de publ. iud. l. vlt. c. de iniur.* In famoſis quidẽ videtur per procuratorem iudicium coerceri poſſe, quia textus dicit in pecuniarijs cauſis at in famoſis non ſequitur pœna corporalis, ſed pecuniaria, ergo &c. verior tamen cõtraria opinio videtur, & quæ probatur ex *verſ. nec non interior.* vbi tantum excipitur actio iniuriarum, quam per procuratores tãtum illuſtre exercere poſſunt. *l. fin. c. de iniur.* ergo non in famoſis, quæ ratione perfidiæ & doli criminalibus æquiparantur.

VT QVI SE RES MINORVM OBLIGATAS HABERE PERHIBENT, AVT eis obligati ſunt, ad illorum gubernationem & tutelam penitus non accedant. Et vt curatores nullo modo ceſsiones ſuſcipiant aduerſus eos, quorum curam gerunt, geſſeruntue. Et vt hac in omni curatione valeant, in quibus caſibus leges curatores dari præcipiunt. Item de adminiſtratione pecuniarum illis competentium; & quando eas deponi oporteat, aut reditus ex eis comparari.

NOV. LXXII.

OLIM Debitor vel creditor pupilli tutor eſſe poterat. *l.8.C.qui dar.tut.poſſ.l.neque C.de excuſ.tut.* præterea qui litem cum pupillo habebat, non excuſabatur, niſi fuiſſet lis de omnibus bonis, vel maxima parte eorum, vel de ſtatu, *l.6.§.pen.l.ſi pupillum & C.ſeq.ff.de excuſ.tut.* Sed ex hac conſtitutione, exceptis parentibus, tutores eſſe nequeunt. Imo ſi creditor ſe non ratione debiti excuſauerit, & tutelam ſucceperit, ius crediti amittit.

CAPVT VI.

SI poſt depoſitionem pecuniæ comparare prædia tutores neglexerint, incipiunt in vſuras conueniri, imò à prætore cogi eos oportet ad comparanda prædia: tamen ſi ceſſent, etiam vſuris plectendi ſunt tarditatis gratia, *l.1.tutor. §.ſi poſt depoſitionem, ff.de adminiſt.tutor.* & ſi non idonei ſunt ad damnum reſarciendum, extra ordinem puniuntur *l.48.ob fœnus. ff. d. tit.* & hoc ſi per eos ſteterit. Sed ex hac nouel. non cogitur eam fœnori dare, vel ex ea comparare prædia. ſatis namque eſt, ſi eam cuſtodiat diligenter, pupillo igitur vacabit impune. ſed ſi negotiorum pupilli adminiſtratio, & tuendi vitæ pupilli ratio hoc neceſſario exigere videatur, etiam fœnerari cogitur. Vltro etiam fœnerabitur rectè, ſuo tamen periculo, & ſecundum ius vetus habebit ſingulis annis laxamentum duorum menſium exigendæ & rurſus occupandæ pecunię cauſa. *l.tutor.§.vſuræ ff.de adminiſt.tut.*

QVOMODO INSTRVMENTIS, QVAE APVD IVDICES INSINVANDA ſunt, fidem apponere oporteat. NOVELL. LXXIII.

INſtrumentum priuatum, ſiue ſola ſcriptura ſine ſubſcriptione trium teſtium, regulariter nil probat, ſicuti latius in ff. de fide Inſtr. diximus. Hinc ſi quis vult inſtrumentum priuatum conficere, vt indubitatum & fide plenum dicatur, requiritur vt trium adhoc ſpecialiter rogatorum teſtium præſentia & ſubſcriptione ſit munitum *c.1.V. etiam teſtes aduocet h.* & ſic firmiſsimum inſtrumentum erit etiam ſine comparatione literarum, cùm ſine chirographo duo treſve teſtes ſufficiant. Exemplum hic *in c.1.* ponit Imper. in depoſito. Si depoſitor velit probare firmiſſimè ſuum depoſitum, non tantum exiget chirographum, ſed & curabit non minus tres teſtes fide dignos ad hoc ſpecialiter vocari, qui vel ſe ſubſcribant, vel videant tantum vt poſſint aliquando perhibere depoſitarium cautionem ſiue nomen confeciſſe & ſcripſiſſe. Idem ait eſſe in inſtrumento mutui, *c.2.V.ſed & ſi quis & aliorum contractuum, V.fidem cauſa.* Neque hic prohibet Imperator omninò comparationes literarum fieri; ſed eam non ſolam ſufficere ait, id eſt, ſi depoſitarius negaret ipſam ſcripturam, depoſitor non poſſet habere ſuam intentionem probatam ex ſola comparatione ſine alio argumento teſtium, *V. etſi literarum examinatione penitus non repulſa.* quare Imperator in *c.3.* ait ſi literarum fides diſcrepet à voce teſtium, teſtium dictæ comparationi literarum præferri debere, ex quo patet compar. liter. non eſſe omnino prohibitam.

CAPVT IV.

Quod

QVod ſi verò contractus ſupra libram auri ab imperito literatum ce lebretur in ſcriptis, quinque teſtium eget ſolennitate, inter quos connumeratur tabellio. Si autem ſine ſcriptis ſit contractum, teſtibus ad minimum duobus.*arg.l.vbi,ff.de teſt.*cauſa deciditur, idque ſi in vrbe: nam in contractibus ruri celebratis,ſtatur iuri veteri,*ſc.l.vlt.c.ſi cert.petatur.*

DE LIBERIS QVOMODO EOS OPORTEAT VEL LEGITIMOS, VEL NAturales intelligi, & de indotatis nuptijs.

NOV. LXXIV.

COnfectis inſtrumentis dotalibus filij naturales ex muliere libera nati, efficiuntur legitimi & ſui, etiamſi poſt confectionem nulli legitimi patri naſcantur, vel naſcantur, ſed moriantur. Si tamen mater filiorum moriatur antequam matrimonium contrahatur, & conficiantur dotalia inſtrumenta, licet pater hoc facere diſpoſuerit, non ſunt legitimi. Idem ſi mulier non ſit matrimonio digna, vt quia luxurioſè cum alio viuebat, vel idem ſi mulier ſe occultauit,vt in vxorem duci non poſſit. *§.ſed & aliud, h.t.* Quia verò ſæpè parens diligens filios,optaret liberos naturales legitimos fieri: his tamen & ſimilibus per ſubſequens matrimonium legitimari non poſſent. ideo Imperator introduxit aliud genus legitimandi per reſcriptum principis, vt ſcilicet vbi matrimonium non poteſt contrahi ex ſupradictis cauſis, naturales ad preces & inſtantiam patris per reſcriptum principis legitimari poſſint,idque probatur à ſimili,ſicuti enim princeps poteſt libertinos ingenuitati reſtituere & natalibus, ita etiam poteſt liberos naturales ſuos ac legitimos facere.

CAPVT II.

SED huiuſmodi legitimatio tunc conceditur,cùm liberi legitimi nulli ſuperſunt, & naturales ex libera procreati ſunt omnino ſuis exiſtentibus.

Etſi parens ipſe liberos naturales per reſcriptum principis legitimari non petierit:ſi tamen eos in teſtamento liberos nominauerit; nihilominus teſtamento patris prolato quo ſibi ſuos hæredes eſſe voluerit, beneficio principis legitimi & ſui fiunt.

CAPVT III.

ERAT & olim quartus modus legitimandi, ſcilicet, per adoptionem. Ex conſtitutione Anaſtaſij non extante, legitima ſobole per ipſam arrogationem ſiue adoptionem parentum liberi naturales legitimabantur *iubemus C.de natur.lib.*ſed illam conſtitutionem Imper.correxit *in l.legem, C. de natur.lib.* quam in ſuo robore manere iubet Imper. cùm ſit nimis indignum,nimis item impium,flagitijs præſidia quærere,vt petulantiæ ſeruire liceat.& ius nomenque patris, quod eis denegatum eſt, id altero legis dolore ſc.per adoptionem præſumant.

C. IV.

HVius c.ſunt 3.partes.prima eſt,vt illuſtres & ſuperiores ſine dotalib. inſtrumentis & pópa & gloria,q̃ ſolet nuptijs intereſſe.*V.in maioribus.*

contrahere non poſſint. Altera parte permittitur illis qui ſunt in profeſſione & militia honeſtiore, ſine dotalibus inſtrumentis celebrare, ſed ita tamen, vt ad domum orationis accedant, & ibidem matrimonium profiteantur, interueniente ſcriptura & ſubſcriptione contrahentium, &c. In tertia parte permittitur vilioribus, ruſticis, militibus armatis, quos lex caligatos appellat, & obſcuris, quibus ciuilium cauſarum ignorantia eſt, & ſolius circa terram operationis, & circa bella concupiſcentiæ, cauſa eſt ſtudioſa, iuſta & laudabilis, quoque nuptias ſine dotalibus inſtrumentis celebrare. Sed hæc de iure ciuili. De iure verò Canonico aliter cautum, quod ex præſcripto Trid. Conc. omnia matrimonia in facie eccl. contrahi debent.

CAPVT VI.

IN hoc capite cauetur, eos qui ex inceſtis, nefarijs & prohibitis nuptijs procedunt: neque naturales vocari, neque ijs vllam clementiam principis participandam eſſe, hoc eſt, à principe legitimari non poſſe; vt ſit quoque ſupplicium patrum, vt agnoſcant, quia neque quicquam peccatricis concupiſcentiæ eorum habebunt filij.

DE MONACHIS. NOVEL. LXXV.

MOnachi ingreſsi monaſterium ipſo ingreſſu ſe ſuaque Deo dedicant; quare ſi de ſuis bonis teſtari velint; requiritur, vt ante ingreſſum de ijs diſponant, prout in nou. ſup. de Monach. dictum. Sed cùm dubitaretur, an illa diſpoſitio quoque locum haberet, qui ante legem fuerunt ingreſsi monaſterium; ideo Imper. hac nouella docet, ex quo tempore valeat, ſcilicet, vt in futuirs cauſis locum habeat *arg. l. leges ff. de ll.*

VT QVI CONTRA NATVRAM LVXVRIENTVR, ET PER DEVM ADIVRANT, item blaſphemias in Deum ingerunt.

NOV. LXXVI.

HAc nouella Imperator luxuriantes contra naturam, & blaſphematores Dei hortatur ad conuerſionem, timorem Dei, adque eius miſericordiæ inuocationem, ne propter tanta flagitia Deus ad iracundiam prouocatus, ciuitates ſimul cũ habitatoribus perdat, famem, terræ motum, & peſtem mittat, quocirca Imperator eos gladio feriri iubet. Luxuriantes contra naturam qui ſint, explicatur in *l. cum vir nubit C. de adult.* Blaſphematores ſunt, qui conuitijs inceſſunt, obtrectant, impiè de Deo loquuntur, per caput Dei, aliaque membra iurant. Imò quoque iurare non licet per cœlum & terram & alium modum ſine neceſſitate, cum docente Christo, noſter ſermo debeat eſſe ſic ſic, *c. etſi Chriſtus 25. ext. de iureiur.* quæ autem ſit pœna ſtatuta in blaſphemantes, ſiue clericos ſiue laicos *vide c. ſi quis 22. quæſt. 1.*

Digitized by Google

NE LIBERTINI DE CAETERO IVRE AVREORVM ANNVLORVM ET REſtitutorum natalium opus habeant. Item vt dotalium inſtrumentorum confectio in libertinabus ipſo etiam facto legitimas reddat nuptias, & ſuos patri filios Si fortè ea ancilla ſit, vt & ipſa dotis confectione libera exiſtat, & nuptiæ legitimæ, & ex ea progeniti ſui patri filij ſint.

NOVEL. LXXVII.

IN præfatione huius Nouellæ Imperator refert duas conſtitutiones de lat.lib.tol.& de dedit.lib.toll.quibus omnes libertos, id eſt, manumiſſos libertate Romana donauit, nullo nec ætatis manumiſsi, nec dominij manumittentis diſcrimine habito.

CAPVT I.

QVibus Iuſt.hoc vnum addit, vt liberti ſtatim ingenui fiant, & ius aureorum annulorum conſequantur ſine beneficio principis: quamuis ius patronatus patrono ſaluum maneat *c.* 2. vnde hodiè libertæ ſenatoribus in quacunque dignitate exiſtentibus nubere poſſunt, & ex tali connubio liberi ſuſcepti ſui, ac iuſti ſunt. Quin & ſi quis ſuam ancillam antea concubinam manumiſerit matrimonij habendi cauſa, liberos cum ea habitos & habendos ſuos, & ingenuos facit. Neque hoc mirum videatur, cum conſcriptione dotalium inſtrumentorum non poſsit eſſe maior voluntas patris, volentis liberos cum vxore manumiſſa liberos eſſe *V. quod maius, c.*5. ex hoc capit.1. notandum diſcrimen eſſe, ſi quis reſtituatur natalibus à principe, & ſi quis ius ingenuitatis conſequatur ex beneficio huius conſtitutionis. Nam primo caſu nullum honorem patrono debet, altero caſu nihilominus reuerentia debetur, & actio ingrati obtinet, prout in c.2.h. dicitur.

APVD QVOS OPORTEAT LITIGARE MONACHOS ET ASCETRIAS.

NOV. LXXIX.

HAc Nouell.docetur, apud quos monachos cauſam dicere oporteat, id eſt, coram quibus iudicibus conueniendi ſint. Olim monachi coram præſidibus prouinciæ ſuæ conueniebantur *l. omnes 33. C. de epiſ. & cler.* ſed hic Imper. in honor. orthodoxæ eccleſiæ & clericatus tradit, vt monachi coram ſuo epiſcopo interpellantur, qui citationem aduerſus eos emittet, vt ſiue per ſe, ſiue per Abbates vel œconomos, prout epiſcopus diſpoſuit, reſponſuri petitioni actoris veniant.

DE QVAESTORE. NOV. LXXX.

IMperator in hac Conſtitutione illum quæſtorem appellat, qui in vrbe quærendis coercendiſq; mendicis, ocioſis, aufugientibus ruſticis, agricolis &c. cuiuſcunque conditionis & ſtatus fuerint, omnem operam adhibet: Item qui vt extraneorum & forenſium cauſæ celeriter finiantur, inſtat &c. Hic textus per ſe clarus eſt.

Tertia pars eſt de compromiſſarijs iudicibus, qua confirmantur quæ de eis prodita ſunt iure veteri: & hoc tantum adijcitur, vt mutua ſe obſtringant ſtipulatione pœnali qui in eos conſentiunt, quæ committatur in eum qui non paruerit arbitrio. Olim etiam ſe iureiurando obſtringebant, & eo caſu arbitrio ſtare compellebantur omnimodo actione in factum, vel condictione ex *l. 4. C. de recept. arbit.* Sed illud hac Nou. corrigitur, neque enim patitur arbitros eligi cum iureiurando, vel iureiurando ſi fortè interuenerit adſtringi partes arbitrio, niſi metu diuini numinis.

VT CLERICI APVD PROPRIOS EPISCOPOS PRIMVM CONVENIANTVR, & poſt hoc apud ciuiles iudices. NOVELLA LXXXIII.

QVod dictum ſup. de monachis litigatoribus, hoc idem obtinet in Clericis, vt illi quoque debeant coram Epiſcopo conueniri &c. ſed de hac re commodius ad tit. ext. de regularibus dicemus.

DE CONSANGVINEIS ET VTERINIS FRATRIBVS.
NOV. LXXXIV.

DE Fratrum ſucceſsione hac nouell. agitur. Fratrum alij ſunt germani qui ex vtroq; parente, alij conſanguinei, qui ex patre tantum alij vterini, qui ex matre tantum coniuncti ſunt. Fratres vterini & conſanguinei indifferenter nulla conſiderata differentia cognationis, fratri defuncto ſuccedunt, prout Imp. *hic in verb. ſi verò,* refert, ſe ſanciuiſſe *in l. de emancipatis 13 in fin. c. de leg. hered.* verùm cùm eo caſu quando fratres germani ſimul extant, nihil de ſucceſsione fratrum hactenus ſtatutum fuiſſet; igitur Imperator hanc conſtitutionem fecit. & ſtatuit, vt ſiue germani, conſanguinei tantum, *V. & quia ex tribus* ſiue germani, conſanguinei, & vterini ſimul exiſtant, ſemper germani vtentes tanquam duplici iure, conſanguineos & vterinos excludant, quia duo vincula plus vno ligant. *l. re coniuncti ff. de leg. 3.* neque mirum, cum & hi olim patri in bonis aduent. ijs præferebantur (quod tamen *nou. ll. 118.* correctum eſt) multo ergo magis debent fratribus conſanguineis, vel vterinis præferri, *V. nam ſi & patre exiſtente.*

DE ARMIS. NOVEL. LXXXV.

IVſtinianus pacis ſummus amator, cùm videret priuatos habentes arma, proniores ad pugnandum eſſe: & inde mutuæ cædes ſequerentur, & ideo duplex damnum ſentirent, ſcilicet quod ſibi inferũt, & quod per leges eorum furorem corrigentes ſuſtinent. quare Imperator hac nou. prohibuit arma priuatim fieri, & à fabricenſibus priuatis vendi. Fabricenſiũ fuit ſchola & militia certa, quę in publicis fabricis arma bellica fabricabant, & erant ſub diſpoſitione magiſtri officiorum *l. 2. 3 & 7. C. de fabric.* his enim ſolis arma ferre licet, non priuatis. nam ijs neque ferrariam habere licet & *l. fin. §. magnum ff. de pub. iud.* armorum autẽ appellatione hoc caſu cõtinentur ſcuta, clinaba, ſagittę, balliſtę, arcus &c. cultellus tamen non cõprehenditur. Hinc *Bart. in fin.* ait, ſi ſit ſtatutum de non portando arma per aliquam ciuitatem, quod non ſit illicitum portare cultellum ad

ſcindendum panem idoneum,&c. In Gallijs nulli præterquam magiſtris militum licet gerere bombardas ſub grauiſſima pœna, vtinam & apud Germanos hæc nouella in vſu eſſet. multi enim ſub prætextu defenſionis offenſiuè arma gerunt: Sed ad textum. Pœna emptoris eſt, vt arma ab eo vindicentur nullo refuſo precio: Fabricenſis venditoris verò pœna eſt, vt per iudicem loci ſupplicijs ſubdantur, *V. hoc quoque cuſtodiant.* Debent enim Fabricenſes noua arma, quæ fabricauerunt, ſtatim reponere in publicum armentarium, *V. hanc igitur.* Eadem pœna ſtatuta eſt in deputatos vendétes arma priuatis. Erant enim quidam ex fabricenſibus, qui deputati vel ſtatuti numerorum dicebantur, qui militibus arma procurabant.

VT PRAESIDES QVI INTERPELLANTIS ALLEGATA AVDIRE DIFFERUNT, compellantur id facere ab Epiſcopis. Et vt ſi quis præſidem ſuſpectum habet, in cognitionem litis adhibeat, ſocietque etiam ciuitatis Epiſcopum, &c.

NOV. LXXXVI.

QVemadmodum de iure ciuili Ordinarius non remoueri poteſt, ſed ſi ſuſpectus ſit, ei debet alius adiungi: ita & ſi Præſes ſuſpectus eſt, ei Epiſcopus adiungitur. *vide Gail lib. 1. obſ. 32.*

DE DONATIONE MORTIS CAVSA FACTA DECVRIONIBVS.

NOV. LXXXVII.

QVandoquidem Decurionibus rerum immobilium donatio inter viuos interdicta erat, vnde eueniebat, vt Decuriones mortis cauſa donarent. nam donatio mortis cauſa non erat interdicta nou. 48. Sed quia vt callido commento ingenui circumſcriberent, inuenerint hunc modum donandi, adijcientes nihilominus donationi cauſa mortis hanc legem & conditionem, ne ſola pœnitentia reuocari poſſet, quæ conditio effectum quodammodo donationis inter viuos habet; igitur hac nouella viſum fuit Iuſtiniano, Decurionibus quoque interdicere donatione cauſa mortis.

DE DEPOSITO ET ATTESTATIONE AD INQVILINOS FACTA, ITEM de ſuſpenſione erogationis panum ciuilium.

NOVEL. LXXXVIII.

IMperatores multa priuilegia in depoſito propter exuberantem fidem concesſerunt, vt compenſatio vel vlla exceptio in depoſitum non admittatur, ſed depoſitarius depoſitori quamuis furi rem depoſitam reſtituere teneatur, cùm non ſub modo depoſitum acceperit, vt conceſſa ei retentio generetur, & contractus qui ex bona fide oritur, ad perfidiam retrahatur *Inſt. in l. pen. C. depoſ.* quod limitatur, ſi depoſitario fuerit denúciatum ne depoſitori reſtitueret. Eo namq; caſu non aliter reſtituere tenetur quàm depoſitor cautionem idoneam præſtiterit. Cauere enim debet dominus ſiue depoſitor depoſitarium aduerſus denunciantem defenſum iri, quod hac nouella non improbatur, ſi textus bene perpendátur, in *V. ſed ne per hanc cauſ.* Nam hæc nouella tantum pœnam irrogat denun-

ciato-

Digitized by Google

ciatoribus per quos ſit, vt depoſiturus rem depoſitam detineat, vel cautionem extorqueat, vt ſcilicet à denunciationis tempore, rei aut pecuniæ depoſitæ periculum ſuſtineant, & pecuniæ vſuras trientes præſtét, quod etiam obſeruandum cenſet Imper. in *c.3 hoc num.* ſi inquilinis vel alijs creditoribus denunciauerint, ne penſiones ſoluerent. Nam damnum quod ex ea denunciatione contingit, denunciatori imputat.

DE NATVRALIBVS LIBERIS.

NOV. LXXXIX.

IN principio huius conſtitutionis quædam de naturalibus liberis in cod. ſcripta narrat Imperator, & quædam de tutor. puta, *l.vlt.C. de confir. tutor. & l.vlt.C. quand.mul.tut.offic.* Deinde enumerat modos per quos filij naturales legitimi fiunt, & quomodò hi ſuccedant, & pleraque alia, quæ expoſuimus ſup. nou.74.

DE TESTIBVS.

NOV. XC.

INtentio huius conſtitutionis circa quatuor principaliter verſatur. Primo qui teſtes ſint admittendi, vel non. Secundo quot, tertio quando, quarto qualiter producantur, *de his in ff. de teſtib. diximus, vide Azon. in ſum. h. conſt. ita vt ea hic repetere, ſuperuacaneum eſſe exiſtimauerim.* Tamen duo ex hac nou. ſingulariter moneo notanda, Primo vilisſimæ & infimæ conditionis teſtes arbitratu iudicis tormentis ſubijci debere. nam illorum teſtimonio ſine tormentis vix credendum eſt: *l. vbi carmen § ſi ea re de teſtib. cap. 1. hoc conſt.* Secundo confirmatur, *l.teſtium C.de teſt.* ex quaſi debitum chirographo petatur, ſolutio etiam eius probari debet ſcripto, id eſt, apocha ſiue quitantia. Scriptum enim plerumque ſcripto refutatur, *l.3.C. ſi minor ſe maior.dixer.l.generaliter C.de non num.pec.* agitur, ſi obligatio conſtat ſcripto, teſtibus ſolutio non probatur: niſi ſint quinque teſtes idonei & iurati, quibus præſentibus & rogatis ſolutio facta ſit, *cap.2.verſ.& iterum adductus eſt.* Confirmatur quoque in cap. 8.h. nou. *l. pen. C. de teſt.* vt teſtes quidem produci non poſsint parte non præſente: niſi altera pars abſit per cõtumaciã, &c.

VT PRIMAE ET SECVNDAE DOTIS EXACTIONE INSTANTE, nempe viro ad ſecundas digreſſo nuptias prior vxor, aut ex priore matrimonio ſuſcepti liberi præferantur, vtque ſi vxor, aut is qui dotem pro ea conſcripſit, in dotem conſcripta tradere voluerit, & maritus ex ea ſuſcipere differat: ſoluto matrimonio nihilominus ab eo per ipſum conſcripta exigatur donatio ante nupt. Et ne donationem ante nuptias præſtet, qui quo minus dotem acciperet, in cauſa non fuit, &c.

NOV. XCI.

CApur primum agit de priuilegijs dotis, de quibus latius in tit.Cod. de rei vxor.act.diximus. Mulier enim in dote data tam in perſ. quam

Digitized by Google

hypoth. act. omnibus creditoribus anterioribus præfertur, *l. aſsiduus* 11. *C. qui pot. in pig. hab.* quod priuilegium quoque liberis, non verò extraneis hæredibus, & conſequenter non creditoribus, eſt conceſſum *Bart. hic n. 1.*

An autem liberi prioris matrimonij quibus priuilegium dotis conceſſum, in exactione ſiue repetitione dotis excludant ſecundam vxorem, id eſt, eorum nouercam. hanc quæſtionem, quæ eſt cauſa h. conſtit. Iuſtin. hic decidit, ſtatuens, vt ſi res ſingulæ extent, quælibet mulier rei ſuas vindicet: in rebus verò dotalibus conſumptis & æſtimatis, antiquior cauſa dotis præferatur, id eſt, vt mulier, ſiue eius liberi prioris matrimonij ſecundę, & eius liberis præferantur, quemadmodum enim, inquit Imper. ſi duo debita, ſint fiſcalia, neceſſe eſt antiquius debitum eſſe potius poſteriore, ita & hoc caſu neceſſe eſt priora priuilegia primæ doti tribui, & ſecundæ. *verſ. ſicut enim ſi duo debita.*

CAPVT II.

PActio de lucranda dotę interpoſito, quoque pactum de lucranda donat. prop. nupt. ob æqualitatem interpoſitum cenſetur, quod verum, ſi dos tradita, vel oblata, ſi in re mobili conſiſtat, & conſignata ſit, iuxta *l. acceptam C. de vſur.*

DE IMMENSIS DONATIONIBVS COLLATIS IN FILIOS. NOVEL. XCII.

CVm ſæpè in fraudem legis excogitarentur donationes, vt ceſſaret querela, ideò exemplo querelæ inofficioſi teſtamenti comparata eſt querela, inofficioſæ donat. factæ à patribus inter viuos in fraudem liberorum. Sed querela inofficioſæ donat. à querela inoff. teſtam. in hoc differt, quod hæc in totum, teſtamentum reſcindit: illa tantum reſcindit id quo minuitur portio debita liberis. *Cuiac. lib. 5. obſ. c. 14.* Et hac quidem ratione licet extranei hæredes non detrahant falcidiam ex donationibus inter viuos; *l. ſeia 3 vlt ff. de don. cauſ. mor.* liberi tamen etiam hæredes inſtituti ſi ex reliquis bonis falcidiam ſeruare non poſſunt, eam reuocant ex donationibus inter viuos, habita ratione non tantum bonorum, quæ parens habuit tempore mortis, ſed etiam eorum quæ habuit donationis tempore. *De hac materia latius in Cod. & ad tit. de inoff. teſt. diximus.*

DE APPELLATIONIBVS, VT SI MOTA APVD APPELLATIONIS iudicem cauſa litigatorum ad arbitros deueniant, intereaque temporis biennium decurrat, & contingat denuò cauſam ad appellationis redire iudicem, ne biennij decurſus obijciatur. NOV. XCIII.

PRæſcriptio biennij non obſtat appellanti, ſi interim dum de re tranſigenda cum aduerſario tractat, vel componenda per arbitrium compromiſſarium, labatur biennium, vnde hæc Nouella addit exceptionem *ad l. vlt. §. illud C. de tempor. app.*

VT SINE VLLO IMPEDIMENTO MATRES FILIORVM TVTELAM ſuſcipiant, licet obnoxios eos ſibi habeant, aut etiam ipſæ illis obnoxiæ ſint, quamuis iuſiurandum non præſtent, quod nuptias iteraturæ non ſint.

NOV. XCIV.

NOuella 27. cautum fuit, vt nullus creditor vel debitor tutor eſſe poſsit, exceptis matribus & auijs, dummodò prius ſenatuſconſulto Velleiano & omni auxilio renuncient, & de non iterando matrimonium iuſiurandum præſtent. Nam pius ille & à natura inſitus circa liberos amor ab omni ſuſpicione illas liberas reddit, *verſ. cum illam namque pius.*

Cum autem ſæpenumerò illud iuſiurandum matres violarent, & concupiſcentiam carnis deo præferrent, ideò Imperator ne facile iuſiurandum præſtetur, & poſtea violetur, matri tutrici remiſit iuramentum, ità tamen vt nihilominus ſtatim vbi ſecundas contraxerit nuptias, tutela expellatur, & eandem pœnam ſuſtineat, quam, ſi iuramẽtum pręſtitiſſet, perferret.

Præterea in hac nouella confirmantur ea quæ diximus de ſatiſdat. & adminiſtrat. tutor & de conficiendo inuentario bonorum pupillarum. *vide l. tutor ff. de adm. tut. l. 24. C. eod. l. vlt. C. arb. tut.*

VT MAGISTRATVS A DEPOSITA ADMINISTRATIONE QVINQVAginta dies commorentur in ſuis prouincijs ſiue militarem, ſiue ciuilem functionem geſſerint.

NOV. XCV.

Hæc rubrica eſt per ſe clara.

DE EXECVTORIBVS ET DE HIS QVI CONVENIVNTVR, ET reconueniuntur. NOV. XCVI.

CVm frequenter actio ad vexãdum reum proponeretur, magna quantitas in libello conuentionis insereretur, vt inde executores ampliorem ſummam ſportularum nomine exigerent, idque non ſine detrimento magno fugientium, ideſt, reorum, actoribus non vſque ad finem litis permanentibus, quocirca Iuſtinianus cupiens diſpendioſam calumniam & prorogationem litium reſtringere, ne tale quid amplius committatur, ſtatuit vt reus conuentus non prius teneatur reſpondere, vel quicquam ſportularum gomine dare, quam cautionem de lite inter duos menſes exequenda reo expoſuerit, vt ex tali cautione omne damnum reo idcircò proueniens, in duplum reſtituat. *verſ. ne igitur.* An autem per verbũ cautionis ſit intelligẽda cautio, vel ſatiſdatio quę ſit cum fideiuſſoribus? gloſſa hic in verbo nudam, intelligit nudam, quia ciuilis eſt, *l. ſancimus C. de verb. ſig.* quem ſequitur Cuiacius. Bartolus verò hic *nu. 4.* putat cautionem cum fideiuſſore præſtandã, & non ſine ratione, quaſi Iuſtinianus loquens de cautione reſpexerit ad cautionem prætoriam, quæ in iudicio præſtari ſolet, *l. prætoriæ ff. de prætor. ſtipul.*

CAPVT II.

IVſtinianus in *l. 13. C. de compenſat.* refert Papinianum ritè diſpoſuiſſe, vt non obſtante exceptione incompetentiæ iudicis, conuentio & reconuentio ſimul expediri debeant, coram vno eodemque iudice. Cuius enim quis in agendo obſeruat arbitrium, cum & contra ſe habere eundem iudicem non dedignetur, qui non cogitur in aliquo loco iudicium pati, ſi ipſe ibi agat, cogitur excipere actiones, & ad eundem iudicem mittitur Idem ſtatuit Iuſt. in h. capite, & hoc vnum addit, vt ſi quis velit, huiuſmodi iudicem ex cauſis ſuſpicionis declinare, intra 20. dies huiuſmodi cauſas proponere debeat, *verſ. ſi verò forſan diſplicuerit. De hac materia latius ad tit. ext. de mut. petit. dicemus.*

DE AEQVALITATE DOTIS ET DONAT. ANTE NVPTIAS. HABET AVTEM ET ALIA CAPITVLA.

NOV. XCVII.

IN nou. 22. ſancitum fuit, vt æqualitas inter dotem & donat, propter nupt. ſeruaretur, quo ad qualitatem ſiue conſtitutionem: non verò quo ad quantitatem. Sed cum alio pacto iuſtitiæ & æqualitatis ratio conſeruari non poſsit, quam vt omninò æqualitas inter dotem & inter donat. prop. nupt. celebretur: & lex, id eſt, nou. 22. vndique ridicula videatur, ſi cum vir duo millia aureorum conſcriberet, mulier verò 6000. in dotem offerret, & ſtipularentur inuicem poſt mortem quartam dotis ſiue donat. propt. nupt. lucrifacere: Deinde ſub euentum lucri mulier nil aliud lucraretur, quàm quingentos aureos, vir verò 1500. ex eadem quarta; igitur Imperator hoc primo capite ſtatuit, vt æqualitas tam in quantitate, quàm in qualitate, ſeruetur, *verſ. de cætero.* Neque tamē Imperator prohibet, ſi vnus coniugum eſt altero ditior, vt poſsit alteri minus diuiti aliquid donare, modò per legitimum modum ſcilicet per donat. cauſ. mort. & alio modo fiat, *verſ. ſi in alijs amplius alio.*

CAPVT II.

COnſtante matrimonio dos & donat. propter nupt. augeri & conſtitui poſſunt, *l. ſi conſtante 29. C. de donat. ant. nupt.* quod & hoc cap. confirmatur, modò tamen æqualitas quoque ſeruetur, *verſ. primum quidem illud.*

Ne ſimultaneè & colore quæſito maximè ex parte mulieris in fraudem creditorum augmentum dotis fiat, vel aliqua ſuſpicio ſubeſſe poſſit, conſulit Imperator, vt incrementum in rebus immobilibus fiat, quo magis clarum atque extra controuerſiam poſitum ſit, quod prius adfuerit, & quid poſteà acceſſerit. in rebus mobilibus non aliter augmentum priuilegium habeat, quàm ſi maritus debitor tempore augmenti non fuerit, aliàs ſub hoc prætextu multa fingi poſſent.

Digitized by Google

CAPVT III.

PRiuilegium dotis ideò mulieribus conceſſum,vt habentes dotem melius nubere & viros inuenire poſſent *verſ. videbamus.* Quare autem Iuſtinianus tam diligentem curam habuerit, vt mulieres nubere poſſent, putant potiſsimum duas ob cauſas factum fuiſſe: tū quia intereſt reipub. rempub. liberis hominibus locupletari: tum quia ſciuit, vel calliditatem, vel infirmitatem naturæ muliebris expertus fuit, quod mulieres in viduitate vix caſtæ permanere poſsint. Ideò vt ingenuę matronæ aduerſantes luxuriæ melius viros inuenire poſsint, voluit Imperator, vti ipſe dicit, vt priuilegium habeant, id eſt, vt omnibus creditoribus indiſtinctè non obſtante regulariter vllo priuilegio, etiamſi longo tempore poſteriores ſint in dote prçferātur. Nullo enim inquit modo ſinimus eis minui dotem, *verſ. vnde volumus.* Excipitur hoc capite is cuius pecunia militia cōparata eſt, *verſ. quia verò huiuſmodi.* Nam hic mulieri præfertur etiam antiquiori, ſi modò interueniente ſcriptura & teſtium ſubſcriptione caſum militiæ pignori acceperit, & pepegerit nominatim ſe in eo potiora iura habiturum, &c.

CAPVT IV.

HOc capite agit de dote filiæ non minuenda, ſed de eadem quantitate in ſecundas nuptias illi à patre conſeruanda. In profectitia dote pater habet tacitam actionem ex ſtipulatu de reddenda ſibi dote, *l. 1. §. extraneum C. de rei vxor. act.* idque ſi filia in ſacris patris ſit, *l. 1. §. extraneum C. de rei vxor. act.* quam de voluntate patris inſtituere debet, *l. 2. 3. ff. de ſol. matr.* Si verò eſt emancipata, non habet niſi expreſſam ex ſtipulatu actionem, alioquin ſola agit, *l. ſi cum dotem §. eo. ff. ſol. matr.* An autem pater poſsit dotem diminuere? finge genero mortuo patrem dotem exegiſſe, iam quæritur an pater filiæ iterum nubenti teneatur eandem quantitatem dotis reſtituere, vel eam poſsit deminuere? Et dicit Imper. quod non. nam dos ſemel data à patre filiæ, ſemper eſt alienata à bonis patris. Item dos quaſi patrimonium proprium mulieris eſt, etiamſi ſit in poteſtate, *l. 4. ff. de coll.* hoc limitatur ſi quodam caſu fortuito patrimonium patris labefactatum ſit, & manifeſtè paternæ ſubſtantiæ oſtendatur depauperatio: tunc pater qui filiam iterum matrimonio iungit, amplius dare non compellitur, quam vires ſui patrimonij ferant, *verſ. ſin autem fortuito.*

CAPVT. V.

HOc cap. agit de collat. dotis. Filia ſi velit ſe immiſcere hæreditati patris, prius conferre dotem tenetur, vel tantundem de bonis carere ſiue remittere debet, *l. 5. C. de collat.* hocque ſi maritus idoneus eſt, *verſ. ſi quidem vir idoneus.* Quid autem iuris marito nō exiſtente ſoluendo, an tunc integram dotem cōferre teneatur. Vlp. in *l. 1. §. cum dos ff. de coll.* putabat mulierem integram dotem non conferre, verū id tantū, quantum ad eam peruenire poteſt. Sed hoc cap. Iuſtin. hoc nominatim emendat, interpreta-

tione & diſtinctione adhibita. Aut mulier fuit ſui iuris & maior 25. annorum: aut in poteſtate patris. Si ſuæ poteſtatis, indiſtinctò tenetur dotũ cõferre, *verſ. quia dedimus mulieribus electionem &c.* cum potuit conſtante matrimonio, ſi maritus malè res gubernet, eam vindicare, igitur ſibi imputet, quod cum maritus inciperet rebus ſuis malè vti, non pridem eas ad ſe receperit, & ſibi ipſi auxilium tulerit. Si autem ſit in ſacris patris conſtituta, tunc ſi ſit dos ampla, idem eſt, vt iam d. nam illo caſu poteſt ſine conſenſu patris agere, *verſ. ſi verò maior.* Quod ſi verò dos non ſit maior & ampla, quo caſu ſi filia patrem conuenerit, vt vel ipſe actionem moueret, vel ipſi conſentiret, patris ceſſatio & culpa filiæ periculo non erit, ſed liberabitur conferendo nudam actionem dotis, *verſ. ſin autem illa hoc quidem conteſtata &c.*

NE VIR EX DOTE, AVT MVLIER EX DONAT. ANT. NVPT. proueniens lucrum propriet. teneat, ſed conſeruet dominium filijs ſuis: vel ſi ad ſecundas nuptias non veniant, in lucro ſolum vſumfr. obtinentes, &c.

NOV. XCVIII.

HAc nouella agitur de lucris ſeruãdis, liberis ex priore matrimonio. vult Iuſtinianus vt parens etiamſi abſtineat à ſecundis nuptijs, omne lucrum quod ei obuenit, ex caſu mortis vel ſoluti matrimonij liberis ex eo matrimonio procreatis conſeruet. Olim ſi parẽs abſtineret à nuptijs, non ſolum vſumfr. ſed & proprietatem in ſolidum habebat. Sed ex hac nouella tantum vſumfr. habet: quamuis ex nou. 127. in præmium viduitatis portionem virilem habeat.

CAPVT II.

CVm diuortio facto liberi communes deſpicerentur, & ſæpè mendicare cogerentur, & propter ſpem lucrorum nuptialium ſæpiſsimè diuortia ex irrationabili cauſa fierent; igitur Iuſtin. ſtatuit, vt ſiue matrimonia per tranſactionem, id eſt, per delictum, ſiue per alium modum ſeparentur, liberis exiſtentibus repentè proprietas lucri nuptialis ad liberos communes veniat, vſu tantiſper apud ſuperſtitem manente, ex quo tamen interim liberi alantur.

DE DVOBVS REIS PROMITTENDI, QVI VICE MVTVA fideiuſſores accepti ſunt.

NOV. XCIX.

IVſtinianus in hac nou. refert ſe in *nou. 4. de fideiuſ. & mandat.* conſtituiſſe, quod fideiuſſores & mandatores non prius conueniri debeant, quam excuſſo principali. Sed quia nihil de reis debendi ſtatuiſſet, igitur h. nou. diſpoſuit, vt illi tantum pro parte non in ſolidum teneantur, niſi hoc nominatim actum ſit, Sed & illo caſu habent benefic. D. Hadriani *verſ. ſi verò aliquid. quod* Iuſtinianus correis conſtitutæ pecuniæ conceſſerat, *l. vlt. C. de*

conſt.

conſt.pec. Sed h. nou.omnibus correis principalibus hoc beneficium con fert.*d.verſ.ſi verò.* Vnius tamen inanis actio,aut potentia vel abſentia,cæteros onerant.*verſ.ſi verò minus.*

Ex *verſ.ſin autem iiſdem commorentur &c.* notandum, quod ſi ſint correi eiuſdem prouinciæ, debeant per apparitores cogi ad eundem iudicem ire *arg. tit. ff. de reb. quib. ad eund.* ne continentia cauſæ diuidatur coram vno eodemque iudice negotium finiendum eſt,quod & probatur, *l.1. C. ſi plur. vna ſentent.l.vt fundus ff.de com.diuid.vide Bart.hoc num.1.* Hic quæri poteſt ſi libellus contra plures producatur,an à quolibet pars petita videatur,& ſi contra vnum pronuncietur, contra alios pronunciatum videatur.vide *Fel. in c. cum inter num.5.in fin.verſ.fallit de re iudic.*

DE TEMPORE NON NVMERATAE DOTALIS PECVNIAE.

NOV. C.

DE exceptione non numeratæ dotis quo tempore ſcilicet proponi poſsit,in Cod.ad tit.de dot. caut. nō num. diximus, quod ex h.nou. ſumpſimus.Quamuis autem vltra decennium mulieri repetenti dotē ex dotali inſtrumento,exceptio non numeratæ dotis obijci nō poſsit, ſicuti ibid.ſub diſtinctione diximus; excipitur tamen maritus minor 25. annis, cui duodecim anni à die contracti matrimonij numerandi ad conteſtandam querelam non numeratæ dotis dantur,& eius hæredi integer annus ſi intra duodecim annos obierit, *verſ. & ſi quidem intra ætatem.* Præterea excipitur hæres minor 25.annis,vt ipſe intra quinquennium poſt obitum patris querelam non num.dot.opponere poſsit, nullo tempore conſiderato,quidnam defuncto defuerit vel ſuperfuerit,*verſ.ſi autem minoris ſint, &c.*

Forma conteſtandæ querelæ in *verſ conteſtat. verò dicimus &c.* traditur, vt ſcilicet non nuda denunciatione,ſed citata muliere, vel eo qui pro muliere dotem dedit, libelloque porrecto, ſuper numeratione dotis nondum facta conteſtatio fiat,ſicuti in cod.monuimus. Illud hic notandum, exceptionem non numeratæ dotis locum habere, ſi maritus præter dotale inſtrumentum etiam apocham fecerit,qua numerationem dotis profeſſus fuerit, *l.in contractibus §.ideoque C.non num.pec.vide Bart.hic.n.7.*

DE DECVRIONIBVS.

NOV. CI.

HAEc nouella eſt de dodrante curiæ,vel curialibus debito, de quo in nou.34.& 74. ſup. diximus.hoc vnum tantum adijcit,vt illud priuilegium quoque liberos,qui ante quàm pater ſe daret curiæ,nati ſunt, ſequatur,olim patre facto curiali,liberi poſteà ſuſcepti tantum erant curiales,*l.communium §.ſed ſi quidem C.de natur.lib.* Sed ex hac nou. antè ſuſcepti etiam curiales fiunt.

DE MODERATORE ARABIAE.

NOV. CII.

DE PROCONS. PALAESTINAE.

NOV. CIII.

DE PRAETORE SECILIAE.

NOV. CIV.

DE CONSVLIBVS.

NOV. CV.

HAE nouellæ ad forum noſtrum accommodari nequeunt, ideò eorum explicationem prætermiſimus.

DE MVTVO FOENORE.

NOV. CVI.

HAEc nou. in ſcriniger. textu deſideratur, nos eam in nou. CX. exponemus.

DE EXTREMIS VOLVNTATIBVS, ET BONORVM IN LIBEROS DIVISIONIBVS.

NOV. CVII.

COnſtantinus in *l. fin. C. famil. ercis.* ſtatuit, vt parentum voluntates inter liberos valeant, etiamſi euidentes non ſint, & coniecturis elici debeant. Illum ſecutus Theodoſ. *in l. hac conſultiſſima 21. §. ex imperfecto C. de teſt.* ſanciuit, vt teſtamentum parentis vtriuſque ſexus inter liberos ſuos, vel emancipatos ratione ſolennitatis imperfectum, vires habeat, verum cum huiuſmodi diſpoſitiones ſæpiſsimè potius diuinatoribus quàm interpretibus indigerent.

CAPVT I.

IGitur Iuſtin. h. c. docet, quomodò diſpoſitiones parentum inter liberos fieri debeant, vt parens literas edoctus manu propria, non ſignis, ſed literarum conſequentia declaret, & tempus, & liberorum nomina, item & vnciarum numerum, ſeu ſigna rerum ſpecialium, vt huiuſmodi literis omnia declarata, nulla contentio filijs vlterius relinquatur. Idē eſt ſi diuiſionem parens facere voluerit, *verſ. ſi verò etiam.* Putat tamen Iaſon in *d. l. hac conſultiſſima nu. 14.* conſultum eſſe, vt duo teſtes adhibeantur: per quos de ſcriptura & ſubſcriptione patris conſtet: quamuis etiam per comparationem literarum probari poſsit, *Alex. lib. 4. conſ. 60. num. 6. In verſ. præterea ſi tamen aut vxori &c.* traditur ex imperfecto teſtamento legata extraneis relicta, hæredes præſtare debere, modò teſtamentum coram teſtibus palàm nuncupatum, & holographum fuerit.

CAPVT II.

HOc cap. docetur quomodò teſtamentum perfectum ratione ſolennitatis inter liberos reuocetur & infirmetur, ſcilicet vt parens corā ſeptem teſtibus expreſsè cum clauſula derogatoria declaret, ſe nolle pri-

Digitized by Google

mum teſtamentum valere, & aliam voluntatem diſponat in teſtamento ſolemni, vel in non ſcripto, perfecta tamen voluntate. Limitant hoc Dd. in teſtamento nuncupatiuo, quaſi illud per ſecundum coram ſeptem teſtibus, ſine ſpeciali expreſſa derogatione mutetur *in auth. hoc inter liberos ibi quoque Iaſon. C. de teſtam. arg. l. nolumus C. de teſt.* quorum ſententia fortè textu fin. h. cap. corroboratur, vbi dicitur non referre, vtrum ſecundum teſtamentum in ſcriptis, vel ſine ſcriptis fiat, ad denotandum differentiam in primo caſu. *Alex. tamen hoc negat lib. 5 conſ. 160.*

CAPVT III.

OLim de iure cod. diſpoſitio teſtati vel inteſtati facta inter liberos, etiam imperfecta valebat, quamuis ſi extraneus permiſcebatur, quoad illum non valebat. *l. fin. C. famil ercij.* ſed ex *nou.* 18. *c.* 4. huiuſmodi diuiſio ſiue diſpoſitio non valet, niſi omnes liberi ſubſcriptione ſua confirmarint. ſed hac conſtitutione illud c. 4. in totum confirmatur, & illi adiungitur, vt ſi ſolus teſtator pater diuiſionibus ſubſcripſerit, inſtar teſtamenti inter liberos imperfecti valeat.

DE RESTITVTIONIBVS.

NOVEL. CVIII.

HAEC Conſtitutio oſtendit, quantum hęres rogatus, ſi ſine liberis decedat, reſtituere quod ex bonis ſuperfuerit, ex bonis huiuſmodi alienare poſsit, quod nos aliquo modo ſup. nou. 39. expoſuimus. vbi præterea vide D. Cuiac.

DE MVLIERIBVS FIDE HAERETICIS.

NOV. CIX.

PRiuilegijs circa dotis exactionem & perſecutionem, mulieribus conceſsis, tum demum mulieres fruuntur, ſi catholicæ orthodoxam fidem exoſculentur. Et non immeritò. Nam ſi à Dei ſe muneribus, inquit Imperator, ſeparant, & à ſancta & incontaminata fide ſe indignas faciunt, multò magis neque nos conceſſerimus, vt priuilegijs dignæ habeantur, atque ex legum noſtrarum applauſu ac fauore fructum percipiant.

Iuſtinianus inter cætera confirmat multas leges loquentes de hæreticis, vt ſunt *l. 8. nemo C. de poſtul.* qua cauetur, vt nemo ad togatorũ militum, id eſt, aduocatorum conſortium accedat, niſi ſacroſanctis eccleſiæ myſterijs fuerit imbutus, *l. iubemus 17. C. de epiſ. aud.* qua cauetur vt defenſores ciuitatum non poſſunt eligi niſi orthodoxi, quæ lex, laus Deo, adhuc in nõbili & benè ordinata noſtra republ. Colonienſi in vſu eſt. deniq; *l. 6. C. de diu. off. iud.*

DE NAVTICIS VSVRIS.

NOV. CX.

SEnſus nou. de nautico fœnore eſt, vt creditor nauticæ pecuniæ ob periculum centeſimas vſuras ſtipulari & exigere poſsit, iuxta *l. eos, C. de vſur.* Centeſimæ autem vſuræ ſunt, quæ in ſingulos centum quotannis red-

Digitized by Google

dunt duodenos, & illa eſt vetus definitio vſuræ: quamuis *in nou. 12. vbi Cuiac.* aliæ ampliores vſuræ reperiantur, quæ tamen ſecundum ſubiectam materiam ſunt intelligendæ. Præterea in illa nou. de naut. fœn. comprobatur & hæc conuentio, vt creditor in ſingulos ſolidos tres ſiliquas, id eſt, octauam partem ſolidi capiat. Sed illa nou. per h. conſt. tollitur, ſecundum quam in nauticis pecunijs centeſimam veterem vſuram non licet excedere.

DE TEMPORE ACT. QVAE SACRIS LOCIS COMPETVNT.

NOV. CXI.

DVbium fuit, num conſtitutio 9. quoq; obtineat in rebus mobilibus, quæ triennio præſcribuntur. quod Imperator in hac nou. *V. ſed tam in alijs, quàm triennio,* ſoluit, dicens tantum obtinere in rebus quæ decem, viginti & 30. annorum præſcribuntur, quod tamen Canoniſtæ non admittunt. *Panor. in c. 4. n. 11. de confir. vtili & inutil. & in c. 1. de reſt. in integ. Alex. lib. 2. conſ. 169. n. 1. per c. ad audient. & c. illud. ext. de præſcrip.*

DE LITIGIOSIS ET DE CAVTIONE, QVAE ANTE REORVM CITATIOnem præſtari debeat ab actoribus, & quando actor priuilegio vti debeat, quod inuitus agere non compellatur.

NOV. CXII.

RES litigioſa & quidem ſine pœnis alienari non poteſt. *l. fin. & tot. tit. C. & ff. de litig. vbi diximus.* Excipiuntur in *d. l. fin.* & hic in *V. quando enim res cum ſeqq.* aliqui caſus quibus pœna locum non habet, vt ſunt ea quæ dotis & diuiſionis nomine data ſunt. Excipitur & quod legatorum nomine datum eſt. ſi enim teſtator cui rem litigioſam legauerit, eam hæres legatario tradere tenetur, ſed cum onere litigioſi, ita vt ſi hæres in iudicio victus extiterit, legatarius de euictione conqueri non poſsit. litis enim euentus tantum legari videtur.

An autem res hypothecata, dicatur res litigioſa: eam quæſtionem nobis Imperator in *V. ab hoc autem litigioſi &c.* cum quadam diſtinctione explanat. ait enim res hypothecæ ſpeciatim ſuppoſitas venditorem poſſe alienare, ita tamen, vt ex pretio earum, vſque ad debiti quantitatem ſatisfaciat creditori. Sin autem vendiderit, ſed non ex pretio creditori ſatisfecerit, tunc res hypothecata quaſi litigioſa dicitur: Et ſic patet quod regulariter, vt alias diximus, per actionem hypothecariam res non dicatur litigioſa. vide *Ferr. in for. lib. in act. reali, in V. veris ac legitimis, n. 81.*

CAP. II.

AD excludendas calumnioſè mouentium intentiones & executorum fraudes, Imperator in hoc cap. ſanciuit, vt non aliter libellus conuento porrigatur, niſi actor libello per ſe, vel tabellarios ſubſcripſerit, & cautionem de lite perſequenda & finienda, per ſe vel per procuratorẽ expoſuerit, vt ſi iniuſtè litem mouiſſe conuictus fuerit, decimam partem litis cum ſumptibus litis & expenſis, ex ea fideiuſſione habere oſtendit. *V. ſi*

verò non hæc omnia. Sed hoc limitatur duobus modis. primò ſi fideiuſſoriam cautionem præſtare non poſſit, idque tactis ſacroſanctis Eccleſijs affirmauerit, tum ad iuratoriam cautionẽ admittitur. *V. ſi autem dixerit,* vide ſimilem caſum in *c. pen. ext. de donat. inter vir. & vxor.* Secundò limitatur ſi cautio partium conſenſu ſit remiſſa. *V. cauſas verò.* Hodiè hæc cautio de decima parte litis præſtanda non eſt in vſu. quæ vtinam in vſu eſſet, non tot calumniatores reperirentur.

CAPVT III.

HOC cap. agit de contumacia actoris. tam ante, quàm poſt litem conteſtatam, quę de re in Cod. ad tit. de iud. diximus.

NE IN MEDIO LITIS FIANT SACRAE FORMAE, AVT SACRAE IVSſiones, ſed ſecundum generales leges cauſæ decidantur, & vt præſens conſtitutio ante perſonarum in iudicio confirmationem inſeratur actis iudiciarijs.

NOVEL. CXIII.

DE tenore & ſenſu huius Conſtitutionis in *c. vlt. nou. 82.* diximus, quæ omnia hic accuratius repetuntur.

DE SACRIS IVSSIONIBVS.

NOV. CXIV.

A VERBO iubeo, ſit iuſsio. Iuſsio eſt priuilegium in quo princeps aliquid iubet vel concedit in fauorem, *vt Azo h. interpretatur.*

Senſus huius conſtitutionis eſt, vt in litibus emiſſæ ſacræ iuſsiones non aliter à iudicibus recipiantur, quàm ſi ſubnotatæ fuerint à quæſtore palatij, in qua nominatim, per quam perſonam directæ fuerint, & litigatores exprimi debent. Hic quærit *Bart. n. 1.* an hæc conſtitutio locum habeat in reſcriptis vel commiſsionibus cauſarum; & ait, quod ſic tũ ob rubr. quæ tradit, vt diuinæ iuſsiones habeant ſubſcript. tum quia *ex V. quia continetur & inter quos &c.* probari videtur hanc conſtit. etiam locum habere in reſcripto continente commiſsionem cauſarum. hæc ſententia fortè non reijcienda, cum ad *l. pen. C. de diu. ind.* reſponderi poſsit. in reſcriptis principis, etiam requiri ſubſcriptionem principis, idque hoc loco non negari, ita vt ſi adſit ſubſcriptio principis, non opus ſit ſubnotatione quæſtoris, argumento ducto à maiore ad minus.

DE APPELLATIONIBVS, ET DE LITIGATORIBVS, ET DE FALCIDIA ET de exhæredatione, & de ijs qui lugent, & de conſtituta pecunia.

NOV. CXV.

HAEC Conſtitutio ſex habet capitula. primum eſt, vt cùm de appellationibus, & retractationibus, & relationibus iudicum cognoſcitur, ſecundum illas leges controuerſiæ decidantur, quæ tempore latæ ſententiæ & ſuggeſtionis obtinebant, non quæ poſtea promulgatæ ſunt. alterũ eſt, vt ſi vnus ex litigatorib. lite diu diſceptata, tandẽ renũciauerit ſe ſuis

Digitized by Google

allegationibus contentum fore, alter renunciare differat diffidentia cauſæ, detur illi ſpatium trium menſium ad proferendas reliquas allegationes & probationes, poſt tres menſes, vt ſi vterque renunciaſſet allegationibus ſuis, ſententiam dicat iudex, vel referat *l. 9. C. de iudic.* In tertio enumeratur quæ cauſæ ingratitudinis rationabiliter filijs obijci poſſint à parentibus, quarum quatuordecim ſunt:

Bis ſeptem ex cauſis exhæres filius eſto,
Si patrem feriat, vel maledicat ei:
Carcere detruſum ſi negligat, aut furioſum,
Criminis accuſet, vel paret inſidias:
Si dederit damnum graue: ſi nec ab hoſte redemit,
Teſtari ve vetet: ſe ſociet ve malis.
Si mimos ſequitur, vitietque cubile paternum.
Non Orthodoxus: filia ſi meretrix.

Harum ſi vna in teſtamento inſeratur, & ab hærede probetur, teſtamento ſuam firmitatem habente, liberis exhæredatis querela non competet, *§. ſiue igitur.* Si igitur. Si autem nulla ex his aſſumpta & probata fuerit, nullum præiudicium exhæredatis generabitur, ſed inſtitutio infirmabitur, & eis ab inteſtato ex æqua parte ſucceſſio deferetur: *V. ſi autem §. ne liberi.* falſis accuſationibus condemnati, aliquam circumſcriptionem in bonis parentũ patiantur *V. ne liberi.* Legata tamen etiamſi teſtamentum euacuetur, & libertates, fideicommiſſa, tutelæ dationes ſemper ſaluæ manent, veluti teſtamento non reſciſſo. *V. ſi verò non contigerit.* Quare Bart. *hic n. S.* iuſtè quærit, qua actione teſtamento irritato legata vel fideicommiſſa petantur: Et putat actione ex teſtamento, cùm quantum ad legata attinet; teſtamentũ pro non reſciſſo habeatur. Accurſius verò ex *auth ex cauſa. C. de lib. præter.* tenet quod condictio ex lege competat, cui fortè meo iudicio hæc regula adſtipulari poteſt, quod ea quæ nouè ab Imperatoribus conſtituantur, condictionem ex lege pariant. *tot. tit. de cond. ex leg.*

In cap. 4. cauſæ ingratitudinis quæ parentibus à liberis obijci poſſunt, enarrantur: quarum octo ſunt.

Bis quater ex cauſis iure exhæres pater eſto:
Si ſtruat inſidias, detque venena necis.
Criminis accuſet, nati violare cubile
Tentet, nec velit vltima iura dari.
Carcere detruſum ſi negligat, aut furioſum
Gnatum, nec ſeruet dogmata vera Dei.

In quinto capite in *V. meminimus &c.* Imperator refert, ſe alibi grauiter ſtatuiſſe, ne corpora defuncti, debiti cauſa detineantur, quam ſanctionem Imperator hic in *V. ſancimus, &c.* ampliat, vt nulli creditori liceat defuncti hæredes, propinquos, vel fideiuſſores debiti, vel alterius cauſa, quæ à defuncto deſcendit, antè nouem dies, qui luctui præſtituti ſunt, conuenire,

inter-

Digitized by Google

interpellare, aut vllam moleſtiam inferre, nullo tamen ex hoc interuallo 9. dierum circa temporalem pręſcriptionem pręiudicium generando, ſi fortè intra illud tempus expiraret actio, quam creditor ad interrumpendam præſcrip. intra illos 9. dies propoſuiſſet.

In capite vltimo de conſtitutæ pecuniæ obligatione & ſponſionibus, de quibus in ff. & cod. de conſtit. pec. diximus, & de earum formulis ſcilicet, conſtituendi agitur, vtpote ſi quis ita pecuniam conſtituat vel ſpondeat: ſatis tibi facio: aut ſatis tibi fiet à me, & hoc & illo: aut ſatis tibi fiet, aut hoc, aut illo, illis & ſimilibus caſibus conſtituens obligetur. Si quis autem imperſonaliter conſtituerit, ſatis fiet, tunc non obligetur, quia impersonalitas vitiat obligationem, prout in obligatione ſtipulationis ex parte promittentis vitiat. *l. ſtipulatio iſti. §. ſi quis autem ff. de verb. oblig. l. fin. ff. ſi cert. petat.* ſalua nihilominus manet actio prima contra debitorem competens: ſolutione enim magis, quam litis conteſtatione ciuilem actionem conſumit, cum ex diuerſis cauſis & obligationibus oriantur *l. item, §. fin. ff. de conſt. pec.*

DE MILITIBVS.

NOVELLA CXV.

MILITES in conſtitutione Leonis conductores alienarum rerum, fideiuſſores, vel mandatores fieri prohibebantur, ne armorum vſu omiſſo ad opus rureſtre ſe conferrent, & magis armorum atrocitatem in vicinos præſumptione vel prætextu cinguli militaris, quàm in hoſtes oſtenderent. Sed cum hæc conſtitutio nulla graui pœna imminente ſæpe negligeretur; igitur Iuſtinianus in *l. vlt. C. loc.* & præcipue in hac nou. iubet milites ad numeros ſuos relictis priuatorum negotijs poſt triginta dies ab huius nou. inſinuatione computandos, redire *V. ſunt igitur omnes &c.* alias facultates, ſiue bona receptantium publicationi ſubiecta ærario principis addicentur, & milites non ſolum cingulo ſiue dignitate ſpoliabuntur, ſed etiam extrema ſufferent ſupplicia *V. milites vero & fœderati.* milites hic non ſolum intelligũtur, qui ſub magiſtris militum ferunt militiam, verum etiam qui in vndecim ſcholis taxati ſunt, nec non ij qui ſub diuerſis optionibus fœderatorum nomine ſunt decorati. *V. vt nullum militem quocunque, &c. de genere militum, vide Vegetium de re milit. lib. 2. c. 7.*

DE DIVERSIS CAPITVLIS ET SOLVTIONE MATRIMONIORUM.

NOVELLA CXVII.

REGVlariter patri in bonis aduentitijs vſusfructus acquiritur *l. fin. C. de bon. quæ lib.* hoc hic limitatur, ſi parentes materni vel extranei res proprias donauerint, vel legauerint, adiecta cõditione ne patri vſusfructus adquiratur *V. ſub hac definitione.* Illo namq; caſu filius, licet in poteſtate conſtitutus, ſi fuerit perfectæ ætatis poteſt de rebus tali modo legatis pro libitu diſponere, *V. res autem relictas, &c.* Ex quo *V.* videtur notandum

contra Accurſ. quod filiusf. hodie de bonis aduẽtitijs teſtari poteſt, *contra l. tam is, §. filiusf. ff de donat cauſ. mort.* nam Imperator dicit *quocunque modo voluerit, diſponere licentiam habeat, &c.* ſub quibus v. rbis videtur comprehendiſſe teſtamenti factionem. nam teſtari eſt diſponere de rebus ſuis iuxta animi ſui ſententiam *l. 1. ff. qui teſt. fac. poſſ.* Cuiacius verò negat *arg. l. Imperator, ff. ad Trebel.* forſan quaſi Imperator verbum, diſponere, ſumat pro adminiſtratione, quæ ſententia videtur verior.

CAPVT II.

NOu. quibus mod. natur. lib. &c. dictum fuit, quod per nominationem filiorum, id eſt, ſi parentes liberos naturales filios appellauerint in teſtamento vel apud acta, vel in inſtrumento tribus teſtibus munito, liberi naturales legitimentur. Cui in hac nouella hoc vnum adiungitur, vt etiamſi parens aliquos tantum filios appellauerit, nullo adiecto verbo naturales, hoc & cæteris naturalibus non nominatis proſit, *V. ſi autem puer.* talis quippe profeſſio facit præſumptionem iuris, & de iure vt loquuntur, contra quam non admittitur probatio.

Duæ quæſtiones hic apud Bart. tractantur, vna eſt, an huiuſmodi legitimati agnatis ſuccedant. Altera eſt, an etiam extantibus liberis legitimis naturales per nominationem filiorum legitimari poſſint. Prima deciditur ex *V. ſed omni eos iure,* vbi dicitur, quod omnibus iuribus fruantur quæcunque ll. legitimis concedunt, ergo & huiuſmodi legitimati agnatis ſuccedunt, quia legitimi ſuccedunt, vt notiſſimi iuris, altera quæſtio deciditur *ex verſ. & cum eorum matre, &c.* ibi dicitur, quod tantum valeat matrimonium præſumptum, quantum verum, at in vero liberi per ſubſequens matrimonium legitimantur. *c. tanta ext. qui filij ſunt leg.* ergo vt in prçſumpto, & in hac quæſtione ob identitatem rationis. Mouet & hic Accurſius tacitè ſecundam quæſtionem, an profeſſione patris extraneus filius efficiatur: quod negat *per l. Caius Seius, ff. de iur. patron. & de adopt.* & rectè quia Imperator in illo caſu vult profeſſionem patris legitimationem induci, quando ſuos filios naturales nominat: item quia adoptione conſtat naturales non legitimari, ergo multò minus per profeſſionem extraneus efficitur filius.

CAPVT III.

PRæterea in nou. quibus mod. natur. &c. *c. pen.* dictum fuit, quod matrimonium ſine dotalibus inſtrumentis valeat, & liberi ex huiuſmodi matrimonio ſuſcepti legitimi habeantur, ſed non ibidem dictum fuit, quod hi etiam cum liberis ex alio matrimonio nuptiali inſtrumento confirmato ſuſceptis ſuccedant, quod Iuſtin. in hoc cap. adijcit.

CAPVT IV.

ACcurſius hic in verbo, iubemus &c. refert 4. caſus, quibus dotalia inſtrumenta requiruntur. Primus ſi quis in aliqua dignitate poſitus I i ert im in vxorem ducat. *Nouell. vt liber. de cætero. §. ſi quis autem.* Secundus ſi

quis

quis concubinam in vxorem ducat.*l.cum quis,C.de natur.liber.* Tertius,ſi quis ſcenicam,vel aliquam meretricem ducat.*l.imperialis,C.de nupt.*quartus eſt, ſi illuſtres vel ſuperilluſtres nuptias celebrent,quod verum,ſi ante nuptias huiuſmodi dignitate decorati fuerint. *V.poſtquam verò.*

CAPVT V.

IN nouella 53.*cap.vlt.*expoſuimus de indotatis vxoribus,vt ſcilicet quartam portionis mariti habeant , ſi non plures quàm tres liberi extent. nam ſi plures habeat, tunc tantum conſequitur , quantum vnus ex liberis,quod in h.c.fuſius explicatur. non autem hic intelligendus eſt Imperator, vt aliqui hallucinantur, quod requiratur extantia liberorum, vt mulier indotata poſsit quartam bonorum mariti accipere: nam Imperator tantum vult , vt extantibus pluribus liberis,quàm tribus,vxor non quartam, ſed tantum quantum vnus ex liberis conſequitur, habeat: non prohibet autem , quin non extantibus liberis quartam habere debeat, quod ſatis ſuperius dixit,& *ex V.dominium autem illis &c.*non malè intelligitur.quare bene Bartol.hic.n.2.tradidit, vt mulier indotata etiam ſolis aſcendentibus vel tranſuerſalibus extantibus,habeat quartam ex bonis viri. Vir verò(quod verum iuxta Accurſium,quando matrimonium diuortio dirimitur) in huiuſmodi caſibus quartam bonorum vxoris non percipit. in *fin. h.cap.* olim percipiebat vtroque caſu,ſiue per mortem,ſiue per diuortium,ſiue repudium matrimonium diſſolueretur *l.vlt. Cod.de repudijs.*

CAPVT XIV.

QVamuis maritus regularitar adulterum occidere non poteſt,niſi vilis,& in domo mariti cum vxore deprehēſus fuerit *l.Gracchus C.l.marito ff.de adulterijs;*tamen hoc hic limitatur eo caſu,quando maritus quem ſuſpectum habens de vxore ſua,illi ter denunciauerit ſub præſentia trium teſtium fide dignorum , eumque nihilominus poſteà cum vxore ſua in propria vel adulteri domo deprehendens,vt tunc licitè ipſe,non per alium, adulterum perimere poſsit ſine periculo,id eſt,ſine pœna. Si verò in alio loco eum cum vxore fabulantem,& conuerſantem inuenerit, tunc eum quidem occidere prohibetur: ſed capere ad tradendum iudici poteſt,qui illum ex ſolo illo facto tanquam adulterum, nulla alia probatione perquiſita in odiũ ſpernentis denunciationes contra *l.abſentem ff.de pœnis* vltimo ſupplicio,ſiue ordinaria pœna afficiet.*V.ſi vero in alio.&c.*

Ex verſ.*niſi tamen nondum,&c.* ſcilicet in *V.niſi nondum amicabili compoſitione deciſa,&c.*aliqui Dd.colliguut de adulterio tranſigi poſſe contra *l.tranſigere.C. de tranſact.* Sed verior opinio Iohannis eſt, qui putat præſumptum adulterium, quod marito poſt tertiam denunciationem à confabulante cum vxore infertur,decidi poſſe,idque probatur ex ſubiecta materia;igitur falſum eſſe patet quod nonnulli cōtendunt *d. l. tranſigere* per hoc cap.eſſe correctam.

In alijs capitibus,quorũ hic explicationem omiſimus,agitur de diuor-

Digitized by Google

tij iuſtis cauſis,& de matrimonio ſolo conſenſu non ſoluendo,de quibus omnibus alias diximus.

DE AEQVALITATE AGNATICI ET COGNATICI IVRIS, ET DE SVCceſſionibus ab inteſtato. NOV. CXVIII.

HAEC conſtitutio iura ſiue differentiam agnationis & cognationis tollit,& prȩſcribit ab inteſtato ſucceſsiones.Omnis generis ſucceſſio tribus internoſcitur gradibus,deſcendentium, aſcendentium, & collateralium.

CAPVT I.

PRimo loco vocantur deſcendentes tam emancipati, quàm ſui, & parentibus præferuntur, etſi defunctus in poteſtate conſtitutus fuerit. *V.licet enim defunctus.* ratio enim naturalis quippe quaſi lex quædam tacita liberis parentum hæreditatem adijcit,ad debitam ſucceſſionem eos vocando. propter quod in iure ciuili eis ſuorum nomen inditum eſt, *l.7.ff. de bon.damnat.* Item liberis parentum debetur hæreditas propter votum & naturalem erga liberos charitatem *l.nam etſi parentibus,ff.de inoff.teſtam.* Liberorum autem appellatione,non tantum filij filiæve intelliguntur, ſed & nepotes,pronepotes,& cȩteri qui ex his deſcendunt *l.liberorum,ff.de verb.ſignific.* Quod autem diximus liberos defuncti filij parentes excludere,hoc intelligendum in eo ſcilicet quod parenti non adquiritur, vtpote ſunt bona aduentitia in quibus pater vſumfructum non habet, caſtrenſia, vel quaſi caſtrenſia. In alijs autem aduentitijs bonis vbi patri vſusfr.adquiritur, patri quoad proprietatem non quoad vſumfr. præiudicatur. In profectitio peculio pleno iure pertinet huiuſmodi peculium ad patrem.

Et ſi filij filiæve tantum extant, defuncto parenti in capita ſuccedunt: nam æquum eſt in capita æqualiter ſuccedere, qui in æquali parique gradu ſunt. Quod ſi verò cum filijs & filiabus ex filio præmortuo, filiaque præmortua, nepotes aut pronepotes extant, tunc hi etiamſi in ſecundo gradu exiſtant, tamen iure præſentationis cum liberis primi gradus ſuccedunt,ſed ita vt filij,filiæve in capita, illi in ſtirpes ſuccedant, id eſt, eam partem accipiant, quam eorum parens ſi vixiſſet habiturus fuiſſet, quod & iure ciuili obtinuit *§.cùm filius, inſt.de hæred. quæ ab inteſt.* Bart.putat ius repræſentationis vltra pronepotes non extendi, ita vt in ſtirpes ſuccedant in *l.1.§.ſi quis,ff.de ſuis & legit.hæred.* Nam poſito quod ſit locus repræſentationi, vti quaſi poſuimus, tamen vſque in infinitum quotcunque etiam fuerint,ſi cum filijs filiabus concurrunt,in ſtirpes ſuccedunt,hoc eſt,eandem partem accipiunt, quam eorum parens ſi ſuperfuiſſet,accepturus fuiſſet. Nam ſic textus loquitur:Et reliqui deſcendentes,&c.Hæc etiam in liberis ex diuerſis matrimonijs obtinent, ita tamen vt vtraque proles ſui parentis duntaxat dotem donationem propter nupt. aliaque bona accipiat, prout in nou.22.§.ſed neque illud. quid de liberis naturalibus & legitimatis n.18.diximus.vide Borchol.de feud.c.8.n.17.cum ſeqq.

Digitized by Google

CAPVT II.

DEficientibus deſcendẽtibus, hodiè locus fit ſecundo ordini, ſcilicet aſcendentibus iuxta gradus prærogatiuã *verſ. proximi gradu.* Nec enim in hoc ordine repręſentatio locũ habet, cum contra naturam ſit, vt auus repræſentet ſuum filium, id eſt, patrem defuncti, tãquam ab illo genitus eſſet. Qui igitur in eodem gradu ſunt, ex æquo diuidunt hæreditatem, ità tamen vt dimidiam accipiant à patre aſcendentes, alteram à matre, etiãſi diſpares ſint numero, *verſ. quanticunque fuerint*, quia quilibet ex ſua perſona ſuccedit. Olim parentes à collateralibus excludebantur, *l. vlt. C. com. de ſucceſſ. l. 7. ff. ſi tab. teſt. null. ext.*. Sed ex hac nou. omnibus collateralibus præferuntur exceptis fratribus & ſororibus vtrinque coniunctis, *verſ. ſi verò cum aſcendentibus &c.* qui cum proximis aſcendentibus ſuccedunt in capita, *verſ. diuidenda inter* quo caſu pater non habet vſumfructum, quia ex hac conſtitutione pro vſufructu partem hæreditatis iure dominij conſequitur, *verſ. quoniam pro hac &c.* Frater verò ex vno latere coniunctus defuncto, non ſuccedit cum patre in bonis fratris, *verſ. ex vtriſque parentibus &c.* niſi fortè cum ſuo & defuncti parente concurrat, *vt Schurff. conſil. 5. cent. 1.* An autem frater ex vtroque latere coniunctus præferatur auo, *gloſſa in auth. defuncto in verſ. proximis C. ad Tertull.* putat auum per fratrem defuncti repelli, idque ex cap. *ſeq. verſ. patribus reprobat*, vbi dicitur fratres cum patribus ſuccedere, item quia pater auum repellit, ergo & frater, *arg. l. de acceſſ. ff. de diuerſ. & tempor. præſcrip.* Sed hęc non videtur eſſe optima conſequentia. Nam pater gradus prærogatiua auum excludit, frater verò & auus de iure ciuili ſunt in pari gradu. neque fuit Imper. mens cum ſtatueret, vt fratres vtrinque coniuncti cum patribus ſuccederent, vt non extantibus parentibus ſoli ſuccedant. Nam textus dicit Aſcendentibus, non patribus.

CAPVT III.

POrrò deficientibus deſcendentibus, & aſcendentibus tranſuerſales, id eſt, qui ex latere veniunt ad ſucceſsionem admittuntur. Tranſuerſales ſunt fratres, ſorores, fratrum ſororumque liberi, nepotes & pronepotes, patrui, Auunculi, amitæ &c. Primò igitur in hoc ordine fratres ſororeſque ex vtroque latere coniunctæ ſuccedunt, quo olim fratrum ſororumque liberos excludebant, *§. hoc etiam & §. ſi plures inſt. de legit. agn. ſucceſſ.* ſed hi hodiè cum fratribus & ſororibus ex vtroque latere coniunctis ſimul admittuntur, ita tamen vt fratres & ſorores in capita, liberi verò fratrum & ſororum cum patruis & auunculis ſuis, id eſt, fratribus defuncti in ſtirpes ſuccedant, *verſ. ſi autem defuncto.*

Deinde fratrum ſororumque filij vtrinque coniuncti excludentes ex vno latere ſorores fratreſq; ſuccedunt *verſ. vnde conſequens eſt, &c.* Sed quomodò an in ſtirpes, vel in capita, & cum eo caſu ex proprio iure (non ex beneficio repræſentationis, quod vltra fratrum filios extra prædictum

Digitized by Google

caſum, nimium quando cum fratribus defuncti concurrunt, non porrigitur, niſi vno caſu ſcilicet ad excludendum patrium defuncti, *verſ. illud palam.*) ſuccedant, verior videtur eſſe Azonis ſententia, quam præter alios confirmauit, Carolus 5. in conſtit. editâ anno 1529. in comitijs Spirenſibus, quod ſcilicet in capita ſuccedant in *ſum. C. de legit. hæred. contra. Accurſium aliosque in Auth. ceſſante C. de leg. hæred.* Poſt hos admittuntur, fratres ſororeſque ex vno latere cum fratrumque ſororumque liberis ſimul ob identitatem rationis, *verſ. hic autem non exiſtentibus*, ita tamen, vt vterini in maternis bonis, cognati in paternis bonis præferantur *vt Matheſ. in tract. de ſucceſſ. nu. 97.* Poſt hos deniquè omnes à latere cognati ſecundum gradus prærogatiuā ad ſucceſsionem vocantur in capita, omni differentia ſexus, emancipationis, agnat. & cognat. ſublata, *verſ. ſed in omnibus ſucceſſ. &c.* vnde quoque regula quo hæreditas peruenit, eô & tutela redit. *l. quo tut. ff. de reg. iur.* non ſolum intelligenda de agnatis, ſicuti olim, verum etiam de cognatis, vt ſecundum ordinem gradumque illorum, quorum hæreditas ad illos, ſi ſine liberis, ab inteſtato morerentur, pertineret, prętores eſſe debeant, prout in c. 5. h. conſt. Imper. ſtatuit. Et hæc de ſucceſsione catholicorum *c. vlt. hoc tit. nou.*

VT DONATIO PROPTER NVPTIAS SPECIALIS CONTRACTVS ſit, & de alijs capitulis.

NOV. CXIX.

OLim donatio propter nuptias, ſicut aliæ donationes, ſi excedebat 500. ſolidos, requirebatur inſinuationem, *l. fin. c. de iur. dot. l. vlt. C. de don. ante nupt.* niſi in matremf. minorem collata fuiſſet, *l. minor. C. de don. ant. nupt. Bart. hic num. 1.* Sed hodiè neque ex parte viri, neque ex parte mulieris inſinuatione eget, *c. 1. h. n.*

CAPVT II.

HOdiè quoque exploſa l. Aelia ſententia & *§. fin. inſt. qui & quib. ex cauſ. man. lib. inoff.* quo ad ſubiectam materiam, mares & fœminæ ab ipſa ætate ex qua teſtari poſſunt, ſcilicet à 14. vel 12. *l. 3. ff. qui teſt. facere poſſunt,* quoque libertates relinquere.

CAPVT III.

LIcet vnum chirographum vel inſtrumentum faciat mentionem de alio, nihil tamen plenè probat, niſi originale eius edatur vel exhibeatur; *l. vlt. ff. de prob.* neque ſi exemplificatum fuerit, plenè probat, quia poſſunt eſſe in originali aliæ literæ & cancellationes, quæ non continentur in exemplo, *l. procurator C. de Edendo.* Et ille eſt ſenſus h. cap.

CAPVT IIII.

SI per iudicem, vel principem iudicem appellationis ſtet, quo minus cauſa intra legitimum tempus examinetur, fatalia non currunt: modò de non labendis vel lapſis fatalibus ſæpius proteſtatum fuerit, vti hodiè ſtyli eſt.

Digitized by Google

CAPVT V.

VT neque à principe appellatur, ſic nec à præfecto prætorio, qui vicem principis gerit, quamuis q. intra biennium poſtquàm depoſuit præfecturam, aduerſus eius ſententiam reuiſio peti poſsit, oblato principi libello, *l.1.C.de.præf.prætor.* quo caſu tamen ſententia executioni mandabitur, *verſ. ſancimus quoties &c.* licet ſi intra decem dies ſupplicant, ſententia aliter executioni non mandetur, quam victor de re reſtituenda, vt ſi ſententia ſubuerteretur, cautionem præbuerit.

CAP. VI.

SExtum caput eſt de reſtitutione in integrum, quæ datur hæredi minori 25.an. abſtinēdi cauſa, vt ſi hęreditatē minus lucroſam adquiſierit, *l. ait prætor §. ſed etſi ff. de minor. l. neceſſarijs ff. de acquir. hæred.* huius reſtitutionis formam tradit Imper. in h. cap. vt omnes creditores, ſi non ignorētur, nominatim citentur ad videndum minorem reſtitui in integrum, aduerſus aditam hæreditatem, quibus ſolenniter & rite à iudice reſtitutionis citatis, & intra tres menſes non comparentibus, minor ſine vllo periculo ab hæreditate abſtinendi habet poteſtatem, iudice prouidente, vbi & qualiter res hæreditariæ debeant cuſtodiri, quantitate earum in iſtis manifeſtanda, &c.

CAP. VII. cum ſeq.

IN hoc cap. & ſeq. agitur de præſcript. act. in rem, vt ſcilicet actiones in rem regulariter decennio inter præſentes, vicennio inter abſentes præſcribantur, idq; ſi poſſeſſor bonæ fidei fuerit, & dominus nō ignorauerit. Nam aduerſus dominum rei ignorantem, ſiue poſſeſſor bonæ, ſiue malæ fidei fuerit, nulla alia præſcriptio, quàm trigenaria currit, *verſ. non aliter c.7.* Præterea ſtatuit Imper. in c. 8. vt ſi initio decennij bonæ fidei poſſeſſor, vel is contra quem præſcribitur, partim præſens fuerit, & deinde abfuerit, tantum temporis ei ſupra decennium adijciatur, quantū fuerit abſens. v.g. ſi quis ab initio octennio præſens fuerit, & biennio abſens, tunc reuerſus expleto decennio, tantum temporis, quantum abfuerit ad implendam vel interrumpendam præſcriptionem conſequitur.

CAPVT IX.

IVſtinianus in *l. iubendus C. de teſt.* reliquis ſolennitatibus conficiendi iuſtè teſtamentum, hoc vnum adiecit, vt hæredes teſtatores ipſe, vel per teſtes, aut notarium ſcribere debeant. Sed cum multa ob huiuſmodi requiſiti omiſsionem teſtamenta ſubuerterentur, nequeuntibus vel teſtatoribus huiuſmodi ſubtilitatem ſeruare, vel nolentibus, vt aliqui ipſorum voluntatem cognitam haberent: quare, Imper. *d. l. iubemus hic corrigit & l. hac conſultiſsima C. de teſt.* iterum in vſum reuocat, vt ob huiuſmodi requiſiti omiſsionem nihilominus teſtamentum valeat, modò alia requiſita obſeruentur, &c.

DE ALIENATIONE ET EMPHYTEVSI RERVM ECCLESIASTICARVM.

NOV. CXX.

QVamuis ſingulariter cautum ſit, vt eccleſia maior conſtantinop. & ædes religioſæ quæ ſunt intra vrbem, vel intra eius territoriũ, vel ad eas pertinent, emphyteuſin perpetuam facere nequeant: tamen hoc in initio h. nou. limitatur, non procedere in monaſterijs, intra vrbem vel eius territorium ſitis, quæ ſicut aliæ eccleſiæ, prædiorum inuicẽ permutationem facere, & perpetuo iure emphyteutico prædia in alios conferre poſſunt, *vti ſup. in nou. ver. expoſuimus.* quibus omnibus hoc vnum addendum, non poſſe œconomos, vel alios adminiſtratores, vel cognatos, aut ad fines eorum vllo modo accedere, ad locationem, vel emphyteuſin, vel emptionem, quando alienatio permittitur *verſ. Atque Oeconomis & diſpenſatoribus* & chartularijs quarumcunque venerabilium domuum, &c.

VT PARTICVLARES VSVRARVM SOLVTIONES IN DVPLVM COMPVTENTVR.

NOV. CXXI.

De hac nou. infrà in nou. cxxx. dicemus.

EDICTVM DE FORMVLA ARTIFICVM.

NOVEL. CXXII.

OMnis artifex, aut mercenarius, aut mercator, aut pictor, ſutor, &c. ſecundum formulam præſcriptam merces vendere, aut operas locare debet, alioqui, ſi quid amplius acceperit pœnæ tripli ſubiacebit. In hanc pœnam ſæpè noſtri aurigæ incidunt, qui non obſtante ordinatione magiſtratus plus exigunt.

DE ECCLESIASTICIS, ET DIVERSIS CAPITVLIS.

NOV. CXXIII.

IN primo & ſecundo capite agit Imperator de Electione & confirmatione Epiſcoporum, quæ commodius in decr. tractari poſſunt. Saltem, non abs re erit hæc duo capita legere. nam pulchræ ſententiæ B. Baſilij & Greg. ibidem inueniuntur.

CAPVT V.

EPiſcopi & Monachi h. cap. prohibentur eſſe tutores, abrogata, *l. generaliter C. de Epiſc. & cler.* cæteri verò clerici non quidem cogi poſſunt, ſed volentes, tutores legitimi tantum eſſe poſſunt, ob rationem, quo tutela redit, eo & hæreditas peruenit.

CAPVT VII.

HOc loco ſtatuitur, Epiſcopos ad teſtimonium dicendum in ius vocari non poſſe, nec honore, nec lege, inquit *l. 7. C. de Epiſ. & cler.* id eſt, nec volentes, nec inuitos, ſed domum mitti, vt fit in *l. 2. §. ſin autem C. de iureiur.*

propt. calum. Aliud verò in clericis receptum eſt, *l. 8.C.d.t.* Nam ſi quidem non coguntur, niſi aliundè veritas haberi non poſsit, *c.3.§.item ſerui 4.queſt.* 3. ſed volentes admittuntur, quo caſu tamen oportet, vt hoc in actis ſcribatur. *Bart.in c.5.h.nou.*

Cætera capita vſque ad 21. ſunt de Epiſcopis & clericis, de quibus in decr. in ſuo loco dicemus, & ſunt intellectu facilia.

CAPVT XXI.

De iure nouellarum quidem Clerici in prima inſtantia coram iudice eccleſiaſtico conueniuntur, *verſ.ſi quis autem pro pecuniaria &c.* In criminali verò cauſa niſi crimen fuerit canonicum, *verſ.ſi autem eccleſiaſtici* in arbitrio actoris eſt, vel coram Epiſcopo ſiue ordinario, vel coram iudice ſeculari competente eos conuenire, quod tamē de iure canonico non procedit, *c.ſi diligenti de for.comp. vbi dicemus.*

CAPVT XXXVIII.

Præcedentia capita à XXI. vſque ad hoc, ſunt per ſe clara. Huius verò cap. ſenſus talis eſt, vt muliere vel viro cauſa religionis ingrediente monaſterium, res eius tacitè monaſterio competant, ſi liberi non exiſtāt, & nulla alia diſpoſitio facta ſit, *verſ.filijs non &c.* Liberis verò exiſtentibus, & nulla ante ingreſſum rerum ſuarum diſpoſitione facta, tunc nihilominus licebit inter liberos hæreditatem diſtribuere, nulli portione ſua deminuta, modò tamen monaſterio portionem virilem relinquat, *verſ.ſi vero omnem.* Hoc vnum hodiè non obſeruatur, cum emiſſo ſolenni religionis voto, monachi nec velle, nec nolle amplius habeant, ergo neque diſponere poſſunt. Eo autem mortuo vel morte præuento, filij ſuam portionem recipiunt, monaſterio reliqua ſubſtantia competente, *ſi verò in licet.* An autem hæc diſpoſitio habeat locum in aſcendentibus, gloſſa hic in *verſ.intrauerit*, tenet quod nihil eo caſu habere debeant parentes, quia inquit monaſterium eſt pro filio, *c.37.h.nou.* Bartolus verò contrarium tenet. Tu benè perpende verba textus, num Imperator eo caſu noluerit parentibus, legitimam competere, quaſi loco filij monaſterium haberetur, & ſic tanquā extantibus deſcendentibus ſcilicet filio, non ſit locus ſucceſſ. aſcend.

An autem filij poſsint patrem ingreſſum monaſterium cogere, vt bona diſtribuat? quod *gloſ.in verſ.in rer.perſ.* videtur negare. cum viuentis nulla ſit hæreditas. Ego verò facilè affirmarem, nam licet non omnis ſtatus commutatio ſit capitis deminutio: *Cuiac.in nou.de monach.* tamen quia ingrediens monaſterium abrenunciat ſeculo & omnibus eius bonis, ideo pro mortuo habetur, maximè cum emiſſo voto, vti dixi nec velle, nec nolle habeat *arg.l.Deo nobis in fin.§.2.C.de Epiſ.& cler.* At à morte ſtatim hæreditas peti poteſt, ergo niſi dicamus cum Alex. quod quo ad alimenta adhuc viuere dicatur.

CAP. XXXIX.

Si quis ſub tali conditione legauerit, ſi nuptias contraxerit, vel liberos

Digitized by Google

habuerit,centum do lego,huiuſmodi conditio expletur ſi monaſterium ingreditur, *verſ. talis condit.inualid.&c.* quia qui ingreditur monaſterium cõtrahere videtur. *Bart.hic.* Si quis verò legauerit ſi nuptias non contraxerit, &c. illa conditio quoque Monachatu expletur, & ideo ſtatim legati petitio eſt. Et ſubſtitutio precaria extinguitur, ſi ſub conditione contraria ſcilicet ſi ſine liber. deceſſerit, Oneratus ſit fideicommiſſo: nam monaſterium loco filij habetur. Sed hoc limitatur ſi in redemptionem captiuorũ, vel exhibitionem pauperũ ſubſtitutio fideicommiſſaria concipiatur, *verſ. ſi tamen in redemption.&c.* Hæc verò diſpoſitio non habet locum in ingrediẽte ſecularem eccleſiam, quia huiuſmodi clericus moriens non præſumitur cum liberis decedere, quia non certæ eccleſiæ, ſicuti monachus, alligatus eſt.

CAPVT XL.

HOc capite limitatur *l. 5. C. de ſponſ.& arr.* vt ſi quis propter ingreſſum religionis nõ velit ſponſalia ſeruare, non amittat arrhas eorum nomine datas, vel duplicatas, reddere teneatur.

CAPVT XLII.

PArentes filios, vel filij parentes, qui monaſterium ingrediuntur, veluti ingratos ſua hæreditate excludere nequeunt: nam per ingreſſum monaſterij omnis ingratitudo purgatur. Præterea interdicit parentibus, iure patriæ poteſtatis filios inuitos à monaſterio excludere *verſ interdum,* quod notandum. Quærit hic Accurſ. *in verſ. ingratos* num Monachus ſuccedat agnatis vel cognatis? videtur dicendum quod non, cùm monachus nullam cognationem habere videatur, *nou. quon. opor. monach.* Sed rectè concludit, quod ſuccedat, quia monachus capite non minuitur & ſic tam quoad ſucceſsionem, quàm quoad ſanguinem cognationem retinet, & monaſterium viuit, vnde ſint cauti cognati & proximi, vt faciant eos non ſolum bonis parentum, ſed & fratrum, omniumque cognatorum renunciare, renunciatio quippe ſtricti iuris eſt.

DE LITIGATORIBVS, ET DESPORTVLIS, &c.

NOV. CXXIIII.

VT iudicum puritas ſiue integritas magis eluceſcat, & litigatores largitionibus ll. circumſcribere nõ poſsint; Imper. præter iuſiur. calũ. quod partes poſt litem conteſtatam præſtans, *l. 2. Cod. de iur.cal. exigit,* vt initio cuiuſcunque litis coram quocunque iudice partes & hęredes ad quos inſtantia tranſit. *verſ. aut illos &c.* & curatores & tutores nomine pupillorum & minorum, *c. 1. h.nou.* iuſiurandum cogantur præſtare ſub hac forma, quod nihil iudicibus, alijſque iudicij perſonis, præter ſportulas & honoraria dederint, *verſ. exceptis ijs c. 1 h.nou.* Sed hoc moribus noſtris non obſeruatur.

CAPVT II.

Et ſi litigator cõfeſſus fuerit ſe pecuniã dediſſe vel promiſiſſe, & hoc probauerit, tunc ille quidem veniã meretur, ſed accipiens in triplũ eius quod datum, vel in duplum eius quod promiſſum eſt, punitur, idq; ſi ciuilis ſiue

pecuniaria cauſa fuerit. Nam ſi criminalis fuerit præter pœnam exilij etiam confiſcationem bonor. ſuſtinet.

CAPVT III.

HOc cap. eſt de ſportulis apparitorum & executorum de quibus ſatis in nou. 8. & 86. explicatum.

DE IVDICIBVS.

NOV. CXXV.

HAc nouella relationes iudicum tolluntur, quocunq; modo & tempore ad principem dirigantur: niſi pro defectu iuriſdictionis, *l. ſolem ff. de offic. proconſ.* vel pro dubitatione iuris fiant, *l. 1. C. de iud.* idque ne cauſæ in infinitum protrahantur, cùm iudices poſt longa litium certamina, & plurima litigatoribus illata damna demum ad principem relationibus vtentes, ſæpè cauſas in infinitum protrahere poſſent.

EXEMPLVM SACRAE FORMAE DE APPELL.

NOV. CXXVI.

PRincipium huius nouellæ pertinet ad principium *l. præcipimus C. de appellat.* Finis verò ad *l. iudicibus C. eod.*

VT FRATRVM FILII SVCCEDANT, &c.

NOV. CXXVII.

HAEc tota nouella eſt emendatio ſuperiorum, In primo capite corrigitur, *§. ſi igitur defunctus nou.* 118. olim fratrum filij cum aſcendentibus non ſuccedebant, ſed ex hac nou. non tantum fratres ex vtroque parente coniuncti, cum aſcendentibus defuncti ad ſucceſsionem vocantur, verũ etiam fratrum filij ex vtroque parente iuncti *verſ. hoc verò.* An autem fratrum filij admittantur vna cum aſcendentibus fratribus non extantibus: quod negandum videtur cum hic Iuſtin. coniungat aſcendentes & fratres, vt illis demum extantibus cum aſcendentibus ſuccedant. Sed verior eſt doctrina Bartoli, qui docet illos quoq; ſolos cum aſcendentibus ſuccedere. nam hoc rubrica h. nou. indicat neq; mens Iuſtiniani fuit, vt non niſi extantibus fratribus ſimul ſuccedere poſsint, ſed vt fratres, ſic & fratrum filij cum aſcendentibus, ad ſucceſsionem admitti debeant.

CAPVT II.

LIcet in nou. 119. ſancitum ſit, vt ſponſalitia largitas cuiuſcunq; quantitatis fuerit valeat ſine inſinuatione, hoc tamen hic partim corrigitur, vt ex parte mariti omninò inſinuatio requiratur, ſi pactum de lucranda dote excedat quingentos ſolidos, *verſ. ſi verò dotalium, &c.*

DE PVBLICIS TRIBVTIS EXPEDIENDIS, ET SOLVENDIS, NEQVE NON ALIIS CAPITVLIS.

NOV. CXXVIII.

HAc nouella cauetur, vt cuiuſcũq; diœceſeos deſcriptio cõtributorũ futuræ indictionis in Iulio vel auguſto, præfecto inſinuetur, qua de-

Digitized by Google

CAPVT II.

DEficientibus deſcendẽtibus, hodiè locus fit ſecundo ordini, ſcilicet aſcendentibus iuxta gradus prærogatiuã *verſ. proximi gradu.* Nec enim in hoc ordine repræſentatio locũ habet, cum contra naturam ſit, vt auus repræſentet ſuum filium, id eſt, patrem defuncti, tãquam ab illo genitus eſſet. Qui igitur in eodem gradu ſunt, ex æquo diuidunt hæreditatem, ità tamen vt dimidiam accipiant à patre aſcendentes, alteram à matre, etiãſi diſpares ſint numero, *verſ. quanticunque fuerint*, quia quilibet ex ſua perſona ſuccedit. Olim parentes à collateralibus excludebantur, *l. vlt. C. com. de ſucceſſ. l. 7. ff. ſi tab. teſt. null. ext.*. Sed ex hac nou. omnibus collateralibus præferuntur exceptis fratribus & ſororibus vtrinque coniunctis, *verſ. ſi verò cum aſcendentibus &c.* qui cum proximis aſcendentibus ſuccedunt in capita, *verſ. diuidenda inter* quo caſu pater non habet vſumfructum, quia ex hac conſtitutione pro vſufructu partem hæreditatis iure dominij conſequitur, *verſ. quoniam pro hac &c.* Frater verò ex vno latere coniunctus defuncto, non ſuccedit cum patre in bonis fratris, *verſ. ex vtriſque parentibus &c.* niſi fortè cum ſuo & defuncti parente concurrat, *vt Schurff. conſil. 5. cent. 1.* An autem frater ex vtroque latere coniunctus præferatur auo, *gloſſa in auth. defuncto in verſ. proximis C. ad Tertull.* putat auum per fratrem defuncti repelli, idque ex cap. *ſeq. verſ. patribus reprobat*, vbi dicitur fratres cum patribus ſuccedere, item quia pater auum repellit, ergo & frater, *arg. l. de acceſſ. ff. de diuerſ. & tempor. præſcrip.* Sed hęc non videtur eſſe optima conſequentia. Nam pater gradus prærogatiua auum excludit, frater verò & auus de iure ciuili ſunt in pari gradu. neque fuit Imper. mens cum ſtatueret, vt fratres vtrinque coniuncti cum patribus ſuccederent, vt non extantibus parentibus ſoli ſuccedant. Nam textus dicit Aſcendentibus, non patribus.

CAPVT III.

POrrò deficientibus deſcendentibus, & aſcendentibus tranſuerſales, id eſt, qui ex latere veniunt ad ſucceſsionem admittuntur. Tranſuerſales ſunt fratres, ſorores, fratrum ſororumque liberi, nepotes & pronepotes, patrui, Auunculi, amitæ &c. Primò igitur in hoc ordine fratres ſororeſque ex vtroque latere coniunctæ ſuccedunt, quo olim fratrum ſororumque liberos excludebant, *§. hoc etiam & §. ſi plures inſt. de legit. agn. ſucceſſ.* ſed hi hodiè cum fratribus & ſororibus ex vtroque latere coniunctis ſimul admittuntur, ita tamen vt fratres & ſorores in capita, liberi verò fratrum & ſororum cum patruis & auunculis ſuis, id eſt, fratribus defuncti in ſtirpes ſuccedant, *verſ. ſi autem defuncto.*

Deinde fratrum ſororumque filij vtrinque coniuncti excludentes ex vno latere ſorores fratreſq; ſuccedunt *verſ. vnde conſequens eſt, &c.* Sed quomodò an in ſtirpes, vel in capita, & cum eo caſu ex proprio iure (non ex beneficio repræſentationis, quod vltra fratrum filios extra prædictum

Digitized by Google

caſum, nimium quando cum fratribus defuncti concurrunt, non porrigitur, niſi vno caſu ſcilicet ad excludendum patrium defuncti, *verſ. illud palam.*) ſuccedant, verior videtur eſſe Azonis ſententia, quam præter alios confirmauit, Carolus 5. in conſtit. editâ anno 1529. in comitijs Spirenſibus, quod ſcilicet in capita ſuccedant in *ſum. C. de legit. hæred. contra. Accurſium aliosque in Auth. ceſſante C. de leg. hæred.* Poſt hos admittuntur, fratres ſororeſque ex vno latere cum fratrumque ſororumque liberis ſimul ob identitatem rationis, *verſ. hic autem non exiſtentibus*, ita tamen, vt vterini in maternis bonis, cognati in paternis bonis præferantur *vt Matheſ. in tract. de ſucceſſ. nu. 97.* Poſt hos denique omnes à latere cognati ſecundum gradus prærogatiuã ad ſucceſsionem vocantur in capita, omni differentia ſexus, emancipationis, agnat. & cognat. ſublata, *verſ. ſed in omnibus ſucceſſ. &c.* vnde quoque regula quo hæreditas peruenit, eô & tutela redit. *l. quo tut. ff. de reg. iur.* non ſolum intelligenda de agnatis, ſicuti olim, verum etiam de cognatis, vt ſecundum ordinem gradumque illorum, quorum hæreditas ad illos, ſi ſine liberis, ab inteſtato morerentur, pertineret, prętores eſſe debeant, prout in c. 5. h. conſt. Imper. ſtatuit. Et hæc de ſucceſsione catholicorum *c. vlt. hoc tit. nou.*

VT DONATIO PROPTER NVPTIAS SPECIALIS CONTRACTVS ſit, & de alijs capitulis.

NOV. CXIX.

OLim donatio propter nuptias, ſicut aliæ donationes, ſi excedebat 500. ſolidos, requirebatur inſinuationem, *l. fin. c. de iur. dot. l. vlt. C. de don.* ante nupt. niſi in matrem f. minorem collata fuiſſet, *l. minor. C. de don. ant. nupt. Bart. hic num. 1.* Sed hodiè neque ex parte viri, neque ex parte mulieris inſinuatione eget, *c. 1. h. n.*

CAPVT II.

HOdiè quoque exploſa l. Aelia ſententia & *§. fin. inſt. qui & quib. ex cauſ. man. lib. inoff.* quo ad ſubiectam materiam, mares & fæminæ ab ipſa ætate ex qua teſtari poſſunt, ſcilicet à 14. vel 12. *l. 3. ff. qui teſt. facere poſſunt,* quoque libertates relinquere.

CAPVT III.

LIcet vnum chirographum vel inſtrumentum faciat mentionem de alio, nihil tamen plenè probat, niſi originale eius edatur vel exhibeatur; *l. vlt. ff. de prob.* neque ſi exemplificatum fuerit, plenè probat, quia poſſunt eſſe in originali aliæ literæ & cancellationes, quæ non continentur in exemplo, *l. procurator C. de Edendo.* Et ille eſt ſenſus h. cap.

CAPVT IIII.

SI per iudicem, vel principem iudicem appellationis ſtet, quo minus cauſa intra legitimum tempus examinetur, fatalia non currunt: modò de non labendis vel lapſis fatalibus ſæpius proteſtatum fuerit, vti hodiè ſtyli eſt.

Digitized by Google

CAPVT V.

VT neque à principe appellatur, ſic nec à præfecto prætorio, qui vicem principis gerit, quamuis q. intra biennium poſtquàm depoſuit præfecturam, aduerſus eius ſententiam reuiſio peti poſsit, oblato principi libello. *l.1.C.de.præf.prætor.* quo caſu tamen ſententia executioni mandabitur, *verſ.ſancimus quoties &c.* licet ſi intra decem dies ſupplicant, ſententia aliter executioni non mandetur, quam victor de re reſtituenda, vt ſi ſententia ſubuerteretur, cautionem præbuerit.

CAP. VI.

SExtum caput eſt de reſtitutione in integrum, quæ datur hæredi minori 25.an. abſtinẽdi cauſa, vt ſi hęreditatẽ minus lucroſam adquiſierit, *l. ait prætor §.ſed etſi ff.de minor. l.neceſſarijs ff.de acquir. hæred.* huius reſtitutionis formam tradit Imper. in h.cap. vt omnes creditores, ſi non ignorẽtur, nominatim citentur ad videndum minorem reſtitui in integrum, aduerſus aditam hæreditatem, quibus ſolenniter & rite à iudice reſtitutionis citatis, & intra tres menſes non comparentibus, minor ſine vllo periculo ab hæreditate abſtinendi habet poteſtatem, iudice prouidente, vbi & qualiter res hæreditariæ debeant cuſtodiri, quantitate earum in iſtis manifeſtanda, &c.

CAP. VII. cum ſeq.

IN hoc cap. & ſeq. agitur de præſcript.act. in rem, vt ſcilicet actiones in rem regulariter decennio inter præſentes, vicennio inter abſentes præſcribantur, idq; ſi poſſeſſor bonæ fidei fuerit, & dominus nõ ignorauerit. Nam aduerſus dominum rei ignorantem, ſiue poſſeſſor bonæ, ſiue malæ fidei fuerit, nulla alia præſcriptio, quàm trigenaria currit, *verſ. non aliter c.7.* Præterea ſtatuit Imper. in c. 8. vt ſi initio decennij bonæ fidei poſſeſſor, vel is contra quem præſcribitur, partim præſens fuerit, & deinde abfuerit, tantum temporis ei ſupra decennium adijciatur, quantũ fuerit abſens. v.g. ſi quis ab initio octennio præſens fuerit, & biennio abſens, tunc reuerſus expleto decennio, tantum temporis, quantum abfuerit ad implendam vel interrumpendam præſcriptionem conſequitur.

CAPVT IX.

IVſtinianus in *l.iubendus C.de teſt.* reliquis ſolennitatibus conficiendi iuſtè teſtamentum, hoc vnum adiecit, vt hæredes teſtatores ipſe, vel per teſtes, aut notarium ſcribere debeant. Sed cum multa ob huiuſmodi requiſiti omiſsionem teſtamenta ſubuerterentur, nequeuntibus vel teſtatoribus huiuſmodi ſubtilitatem ſeruare, vel nolentibus, vt aliqui ipſorum voluntatem cognitam haberent: quare, Imper. *d.l.iubemus hic corrigit & l. hac conſultiſsima C.de teſt.* iterum in vſum reuocat, vt ob huiuſmodi requiſiti omiſsionem nihilominus teſtamentum valeat, modò alia requiſita obſeruentur, &c.

DE

DE ALIENATIONE ET EMPHYTEVSI RERVM ECCLESIASTICARVM.

NOV. CXX.

QVamuis ſingulariter cautum ſit, vt eccleſia maior conſtantinop. & ædes religioſæ quæ ſunt intra vrbem, vel intra eius territoriũ, vel ad eas pertinent, emphyteuſin perpetuam facere nequeant: tamen hoc in initio h. nou. limitatur, non procedere in monaſterijs, intra vrbem vel eius territorium ſitis, quæ ſicut aliæ eccleſiæ, prædiorum inuicẽ permutationem facere, & perpetuo iure emphyteutico prædia in alios conferre poſſunt, *vti ſup. in nou. ver. expoſuimus*. quibus omnibus hoc vnum addendum, non poſſe œconomos, vel alios adminiſtratores, vel cognatos, aut ad fines eorum vllo modo accedere, ad locationem, vel emphyteuſin, vel emptionem, quando alienatio permittitur *verſ. Atque Oeconomis & diſpenſatoribus* & chartularijs quarumcunque venerabilium domuum, &c.

VT PARTICVLARES VSVRARVM SOLVTIONES IN DVPLVM COMPVTENTVR.

NOV. CXXI.

De hac nou. infrà in nou. cxxx. dicemus.

EDICTVM DE FORMVLA ARTIFICVM.

NOVEL. CXXII.

OMnis artifex, aut mercenarius, aut mercator, aut pictor, ſutor, &c. ſecundum formulam præſcriptam merces vendere, aut operas locare debet, alioqui, ſi quid amplius acceperit pœnæ tripli ſubiacebit. In hanc pœnam ſæpè noſtri aurigæ incidunt, qui non obſtante ordinatione magiſtratus plus exigunt.

DE ECCLESIASTICIS, ET DIVERSIS CAPITVLIS.

NOV. CXXIII.

IN primo & ſecundo capite agit Imperator de Electione & confirmatione Epiſcoporum, quæ commodius in decr. tractari poſſunt. Saltem, non abs re erit hæc duo capita legere. nam pulchræ ſententiæ B. Baſilij & Greg. ibidem inueniuntur.

CAPVT V.

EPiſcopi & Monachi h. cap. prohibentur eſſe tutores, abrogata, *l. generaliter C. de Epiſc. & cler.* cæteri verò clerici non quidem cogi poſſunt, ſed volentes, tutores legitimi tantum eſſe poſſunt, ob rationem, quo tutela redit, eo & hæreditas peruenit.

CAPVT VII.

HOc loco ſtatuitur, Epiſcopos ad teſtimonium dicendum in ius vocari non poſſe, nec honore, nec lege, inquit *l. 7. C. de Epiſ. & cler.* id eſt, nec volentes, nec inuitos, ſed domum mitti, vt fit in *l. 2. §. ſin autem C. de iureiur.*

propt. talum. Aliud verò in clericis receptum eſt, *l. 8.C.d.t.* Nam ſi quidem non coguntur, niſi aliundè veritas haberi non poſsit, *c.3.§.item ſerui 4.quæſt. 3.* ſed volentes admittuntur, quo caſu tamen oportet, vt hoc in actis ſcribatur. *Bart.in c.5.h.nou.*

Cætera capita vſque ad 21. ſunt de Epiſcopis & clericis, de quibus in decr. in ſuo loco dicemus, & ſunt intellectu facilia.

CAPVT XXI.

DE iure nouellarum quidem Clerici in prima inſtantia coram iudice eccleſiaſtico conueniuntur, *verſ.ſi quis autem pro pecuniaria &c.* In criminali verò cauſa niſi crimen fuerit canonicum, *verſ.ſi autem eccleſiaſtici* in arbitrio actoris eſt, vel coram Epiſcopo ſiue ordinario, vel coram iudice ſeculari competente eos conuenire, quod tamẽ de iure canonico non procedit, *c.ſi diligenti de for.comp. vbi dicemus.*

CAPVT XXXVIII.

PRæcedentia capita à XXI. vſque ad hoc, ſunt per ſe clara. Huius verò cap. ſenſus talis eſt, vt muliere vel viro cauſa religionis ingrediente monaſterium, res eius tacitè monaſterio competant, ſi liberi non exiſtãt, & nulla alia diſpoſitio facta ſit, *verſ.filijs non &c.* Liberis verò exiſtentibus, & nulla ante ingreſſum rerum ſuarum diſpoſitione facta, tunc nihilominus licebit inter liberos hæreditatem diſtribuere, nulli portione ſua deminuta, modò tamen monaſterio portionem virilem relinquat, *verſ.ſi vero omnem.* Hoc vnum hodiè non obſeruatur, cum emiſſo ſolenni religionis voto, monachi nec velle, nec nolle amplius habeant, ergo neque diſponere poſſunt. Eo autem mortuo vel morte præuento, filij ſuam portionem recipiunt, monaſterio reliqua ſubſtantia competente, *ſi verò in licet.* An autem hæc diſpoſitio habeat locum in aſcendentibus, gloſſa hic in *verſ.intrauerit*, tenet quod nihil eo caſu habere debeant parentes, quia inquit monaſterium eſt pro filio, *c.37.h.nou.* Bartolus verò contrarium tenet. Tu benè perpende verba textus, num Imperator eo caſu noluerit parentibus, legitimam competere, quaſi loco filij monaſterium haberetur, & ſic tanquã extantibus deſcendentibus ſcilicet filio, non ſit locus ſucceſſ. aſcend.

An autem filij poſsint patrem ingreſſum monaſterium cogere, vt bona diſtribuat? quod *gloſ.in verſ.in rer.perſ.* videtur negare. cum viuentis nulla ſit hæreditas. Ego verò facilè affirmarem, nam licet non omnis ſtatus commutatio ſit capitis deminutio: *Cuiac.in nou.de monach.* tamen quia ingrediens monaſterium abrenunciat ſeculo & omnibus eius bonis, ideo pro mortuo habetur, maximè cum emiſſo voto, vti dixi nec velle, nec nolle habeat *arg.l.Deo nobis in fin.§.2.C.de Epiſ.& cler.* At à morte ſtatim hæreditas peti poteſt, ergo niſi dicamus cum Alex. quod quo ad alimenta adhuc viuere dicatur.

CAP. XXXIX.

SI quis ſub tali conditione legauerit, ſi nuptias contraxerit, vel liberos

Digitized by Google

habuerit, centum do lego, huiuſmodi conditio expletur ſi monaſterium ingreditur, *verſ. talis condit. inualid. &c.* quia qui ingreditur monaſterium cõtrahere videtur. *Bart. hic.* Si quis verò legauerit ſi nuptias non contraxerit, &c. illa conditio quoque Monachatu expletur, & ideo ſtatim legati petitio eſt. Et ſubſtitutio precaria extinguitur, ſi ſub conditione contraria ſcilicet ſi ſine liber. deceſſerit, Oneratus ſit fideicommiſſo: nam monaſterium loco filij habetur. Sed hoc limitatur ſi in redemptionem captiuorũ, vel exhibitionem pauperũ ſubſtitutio fideicommiſſaria concipiatur, *verſ. ſi tamen in redemption. &c.* Hæc verò diſpoſitio non habet locum in ingrediẽte ſecularem eccleſiam, quia huiuſmodi clericus moriens non præſumitur cum liberis decedere, quia non certæ eccleſiæ, ſicuti monachus, alligatus eſt.

CAPVT XL.

HOc capite limitatur *l. 5. C. de ſponſ. & arr.* vt ſi quis propter ingreſſum religionis nõ velit ſponſalia ſeruare, non amittat arrhas eorum nomine datas, vel duplicatas, reddere teneatur.

CAPVT XLII.

PArentes filios, vel filij parentes, qui monaſterium ingrediuntur, veluti ingratos ſua hæreditate excludere nequeunt: nam per ingreſſum monaſterij omnis ingratitudo purgatur. Præterea interdicit parentibus, iure patriæ poteſtatis filios inuitos à monaſterio excludere *verſ interdum,* quod notandum. Quærit hic Accurſ. *in verſ. ingratos* num Monachus ſuccedat agnatis vel cognatis? videtur dicendum quod non, cùm monachus nullam cognationem habere videatur, *nou. quon. opor. monach.* Sed rectè concludit, quod ſuccedat, quia monachus capite non minuitur & ſic tam quoad ſucceſſionem, quàm quoad ſanguinem cognationem retinet, & monaſterium viuit, vnde ſint cauti cognati & proximi, vt faciant eos non ſolum bonis parentum, ſed & fratrum, omniumque cognatorum renunciare, renunciatio quippe ſtricti iuris eſt.

DE LITIGATORIBVS, ET DESPORTVLIS, &c.

NOV. CXXIIII.

VT iudicum puritas ſiue integritas magis eluceſcat, & litigatores largitionibus ll. circumſcribere nõ poſſint; Imper. præter iuſiur. calũ. quod partes poſt litem conteſtatam præſtans, *l. 2. Cod. de iur. cal. exigit*, vt initio cuiuſcunque litis coram quocunque iudice partes & hęredes ad quos inſtantia tranſit. *verſ. aut illos &c.* & curatores & tutores nomine pupillorum & minorum, *c. 2. h. nou.* iuſiurandum cogantur præſtare ſub hac forma, quod nihil iudicibus, alijſque iudicij perſonis, præter ſportulas & honoraria dederint, *verſ. exceptis ijs c. 1 h. nou.* Sed hoc moribus noſtris non obſeruatur.

CAPVT II.

Et ſi litigator cõfeſſus fuerit ſe pecuniã dediſſe vel promiſiſſe, & hoc probauerit, tunc ille quidem veniã meretur, ſed accipiens in triplũ eius quod datum, vel in duplum eius quod promiſſum eſt, punitur, idq; ſi ciuilis ſiue

pecu-

Digitized by Google

pecuniaria cauſa fuerit. Nam ſi criminalis fuerit præter pœnam exilij etiam confiſcationem bonor. ſuſtinet.

CAPVT III.

HOc cap. eſt de ſportulis apparitorum & executorum de quibus ſatis in nou. 8. & 86. explicatum.

DE IVDICIBVS.

NOV. CXXV.

HAc nouella relationes iudicum tolluntur, quocunq; modo & tempore ad principem dirigantur: niſi pro defectu iuriſdictionis, *l. ſolent ff. de offic. proconſ.* vel pro dubitatione iuris fiant, *l. 1 C. de iud.* idque ne cauſæ in infinitum protrahantur, cùm iudices poſt longa litium certamina, & plurima litigatoribus illata damna demum ad principem relationibus vtentes, ſæpè cauſas in infinitum protrahere poſſent.

EXEMPLVM SACRAE FORMAE DE APPELL.

NOV. CXXVI.

PRincipium huius nouellæ pertinet ad principium *l. præcipimus C. de appellat.* Finis verò ad *l. iudicibus C. eod.*

VT FRATRVM FILII SVCCEDANT, &c.

NOV. CXXVII.

HAEc tota nouella eſt emendatio ſuperiorum, In primo capite corrigitur, *§. ſi igitur defunctus non.* 118. olim fratrum filij cum aſcendentibus non ſuccedebant, ſed ex hac nou. non tantum fratres ex vtroque parente coniuncti, cum aſcendentibus defuncti ad ſucceſsionem vocantur, verũ etiam fratrum filij ex vtroque parente iuncti *verſ. hoc verò.* An autem fratrum filij admittantur vna cum aſcendentibus fratribus non extantibus: quod negandum videtur cum hic Iuſtin. coniungat aſcendentes & fratres, vt illis demum extantibus cum aſcendentibus ſuccedant. Sed verior eſt doctrina Bartoli, qui docet illos quoq; ſolos cum aſcendentibus ſuccedere. nam hoc rubrica h. nou. indicat neq; mens Iuſtiniani fuit, vt non niſi extantibus fratribus ſimul ſuccedere poſsint, ſed vt fratres, ſic & fratrum filij cum aſcendentibus, ad ſucceſsionem admitti debeant.

CAPVT II.

LIcet in nou. 119. ſancitum ſit, vt ſponſalitia largitas cuiuſcunq; quantitatis fuerit valeat ſine inſinuatione, hoc tamen hic partim corrigitur, vt ex parte mariti omninò inſinuatio requiratur, ſi pactum de lucranda dote excedat quingentos ſolidos, *verſ. ſi verò dotalium, &c.*

DE PVBLICIS TRIBVTIS EXPEDIENDIS, ET SOLVENDIS, NEQVE NON ALIIS CAPITVLIS.

NOV. CXXVIII.

HAc nouella cauetur, vt cuiuſcũq; diœceſeos deſcriptio cõtributorũ futuræ indictionis in Iulio vel auguſto, præfecto inſinuetur, qua de-

declaretur quantum in quacunque prouincia ſiue vrbe inferre iugorum vel centuriarum nomine,ſecundum regionis morem in auro,argento, & ſpecie oporteat.De hac nou.ſup.diximus.

DE TRANSITV MILITVM
NOV. CXXIX.

IN hac nouella conſtituitur, vt expeditionis tempore ſint delegatores certi,qui prouideant annonæ militari.

DE VSVRIS NAVTICIS.
NOV. CXXX.

HAc conſtitutione agitur de vſuris nauticis ſiue maritimis,quæ traiectitiæ in *l.1.ff. de naut. fœn. appellantur*. Traiectitia pecunia dicitur quæ trans mare periculo creditoris vehitur, *d.l.1.* quæ quidem periculi ſuſceptio facit, vt creditor paciſci poſsit vſuras ſortis, ſi ea ſalua permaneat, non modo legitimas, ſed etiam centeſimas, *l.fin. C. de naut. fœn.* & infinitas *Cui c.lib.3.c.35.* cuiuſmodi conuentiones & conſuetudines non improbantur: *verſ. nos igitur, & ipſa &c.*dummodò duplum ſortis non excedant. Nam vſuræ ſupra duplum non debentur,id eſt altero tanto ſorte amplius, *l.ſi non ſortem §.1.ff.de cond.ind.nou. CXXI. & ibi Cuiac.*

DE ECCLESIAST. CANONIBVS, ET PRIVILEGIIS
QVAE SACROSANCT. ECCLES. RESPIC.
NOV. CXXXI.

IN initio cap.1.Imperator quatuor concilia,ſcilicet:Nicænũ,Chalcedonenſe,Conſtantinopolitanum, & Epheſinum approbat,tanquam quatuor Euangelia,*c.1.§.inter cætera diſt.15.* vt leges cuſtodiri iubet. vide *l.4.C. de ſum.trinitat.* Agnoſcit præterea ſummum pontificem,pro primo ſacerdote & capite Eccleſiæ.

CAPVT II.

IVſtinianus hic ſecutus canonem, *1. & 3. diſt.88.* vult omnes perſonas eccleſiaſticas, & eccleſias reſque earundem eſſe immunes ab omnibus muneribus,angarijs, præſtationibus onerum & tributorum, quod & nouiſsimè *Trid.conſ cautum eſt. ſeſſ. 25.c.2. vide Fachin.lib.1.contr.91.*

Idem Imperator hic ſtatuit in bonis curialium, vt ſi horum bona aliqua ad eccleſiam peruenirent,etiam immunia ſint. Erat olim lex,vt ſi curialis quid donaret,quarta eius curiæ relinqueret,*l.pen.C.de ſacroſ.eccleſ.* ſed illa lex per hoc cap.abrogatur.

CAPVT VI.

HOc cap. ait Cuiac. notabile eſſe & congruere cum *l. quæ conditio §. vlt. ff. de cond. & dem.* hic ait Iuſtin. Si quis in nomine domini Ieſu Chriſti non adſcripto certo loco iuſſerit quid in rempiam fieri,in ea eccleſia fiat, vbi teſtator domicilium habuit. Simili modo ſi quis legauerit ali

quid

Digitized by Google

quid pauperibus non adiecto loco, tunc illi pauperes rem legatam conſequuntur, vbi teſtator domicilium habuit, dummodo ſint catholici vnde ſi quid tali modo relictum ſit ab hæretico nihilominus pauperibus catholicis applicandum erit.

CAPVT. VII.

SEnſus huius capit. eſt, vt iuſſus oratorium, vel pium locum ædificare, intra quinquennium adimpleat. *V. oratorium quidem &c.* niſi ſit orphanotrophium, xenodochium, &c. huiuſmodi quippe loca debent intra annum ædificari. nam maiorem celeritatem requirunt. nam minus his ædificijs carere poſſumus, quam oratorijs, cum ſufficientes eccleſiæ ad orandum ſint.

Pæterea, ſi teſtator diſpenſatorem, quem nos vulgo executorem teſtamenti nuncupamus (*vide l. 17. de leg. 2.*) elegerit, per Epiſcopum cogi debet, vt voluntatem teſtatoris exequatur.

CAPVT. VIII.

HOc capite coercetur contumacia & fruſtratio iuſsi, nomine teſtatoris pro redemptione captiuorum quid præſtare, ſcilicet, ſi ſecundo ob officiali ſiue epiſcopo monitus, voluntati teſtatoris, non paruerit, vt omne lucrum quod ſibi à teſtatore relictum perdat, illudque cum rebus ad pias cauſas deputatis, cumque fructibus medij temporis perceptis, & percipiendis epiſcopo vindicetur, qui voluntatem teſtatoris adimpleat. *V. ſi autem qui hoc facere, &c.*

CAPVT IX.

HAERES ſi ſi in legatis pijs præſtandis fruſtrator fuerit, & intra ſex menſes continuos ab inſinuatione ſiue publicatione teſtamenti numerandos. *V. ſi autem intra, &c.* piam voluntatem non executus fuerit, ad fructus, intereſſe & vſuras tenetur. *V. ſi diſtulerit.* idque in pœnam, & præterea falcidiam amittit.

CAPVT XI.

HOc capite confirmatur *l. ſi quis 10. Cod. de hæret.* quod tamen illa fiſco, hoc Iuſt. adijcit Eccleſiæ.

Præterea ſtatuit, vt ſi quis hæreticorum vel Iudęorum ſpeluncam fidei ſuæ auſus fuerit exædificare, huiuſmodi domum loci eccleſia ſibi vendicet.

CAPVT XII.

Hoc vlt. cap. confirmatur l. 32. orphan. C. de epiſc. & cler.

EDICT. DE FID. CONSTANTINOPOL. NOV. CXXXII.

HAEC per ſe clara eſt, & nihil tractat, quod ad forum noſtrum aptari poſſit.

DE MONACHIS ET ASCETRIIS &c. NOV. CXXXIII.

DE monachis ſatis diximus Nou. 5. & alijs pleriſque locis in decr. dicemus.

Digitized by Google

DE VICARIIS SEV LOCVM TENENTIBVS, ITEM DE MVLIERIBVS ADulterium &c. NOV. CXXXIV.

Huius nouellæ duo priores §§. in nou. explicati ſunt.

CAPVT II.

QVomodo aduerſus reum latitantem procedendum, hoc cap. docetur, quod in tit. ff. de requirendis reis diximus.

CAPVT IV.

EST titulus Cod. ne filius pro patre & *l. 5. C. eod.* vbi cauetur ne filius vt filius, non vt hæres, pro patre conueniantur; qua de cauſa hic prohibet imp. filium ob æs alienum patris incarcerari vel arreſti nexu detineri, & ſi creditor hoc facere præſumpſerit, cauſa cadet, & tantundem filio vel eius parentibus ſi fuerit filiusf. præſtabit. Imò quoque l. Iulia de vi priuata tenebitur *V. & iubemus &c.*

CAPVT VI.

IVſtinianus propter ſexus pudorem iniuriæ cuſtodum ac captiuorum obnoxium, ſanciuit, ne mulieres cuſtodiæ tradantur *V. vt non per huiuſmodi &c.* vnde ſi citatæ ex criminali cauſa non compareant, vel per alium ſe defendant, fideiuſſoribus vel iuratoriæ cautioni (ſi fideiuſſores præſtare non poſſint) cõmittuntur. *V. ſi vero iurauerit.* niſi grauiſſimum crimen ſit, quo caſu in monaſterium conijci debent. Mulierum appellatio non tantum vxor, vidua, ſed & virgo continetur. *V. & ſi vidua.*

CAPVT. VII.

COnſtantinus Imperator in *l. quamuis 30. C. de adulter.* referens crimen adulterij inter capitalia ſanciuit, vt ſacrilegi nuptiarum gladio puniantur. hanc pœnam in marito valere Iuſt. hic confirmat. *V. iubemus &c.* & præter capitis pœnam ſtatuit, vt ſi vxorẽ habuerit donat. prop. nup. & dotem amittat, & quartam in dotatis vxoribus debitam *V. de ſubſtantia,* & cætera bona poſt tertium gradum non extantibus liberis vel parentibus fiſco applicentur *V. reſiduam verò &c.* Mulier verò adultera mitius punitur, quod mirum videtur, cùm propriè mulieres adulterium committant, & quod in illo ſexu delictum turpius atque frequentius ſit, & magis publicè & priuatim pernitioſum propter confuſionem familiarum, ſed Iuſtinianus ſtatuit, vt mulier adulterij rea tantum in monaſterium conijci debeat, vbi ſi maritus eam intra biennium non repetierit, perpetuo manere cogitur. dicta lex quamuis hodiè iux. ordinationem Imperij in vtroque ſexu eſt confirmata.

C. VLT.

POſtremo generaliter de pœnis conſtituit, non poſſe vllum ita damnari, vt vtraque manus vel vterque pes abſcindatur, vel ſoluantur artus. Item ſi delicti qualitas membri abſciſsionem requirat, vtpote fugitiuo pes vnus *l. 3. C. de ſeru. fugit* falſario ſc. notario manus vna) vt tantum vnus pes vna manus amputetur *V. ſi verò &c.* cui nõ abſimilis eſt *l. ſi quis 71. C. de pœn.* In vlt. parte h. cap. excepto crimine læſæ maieſt. abrogato iure veteri, reorum condemnatorum bona confiſcari vetat ſi ſuperſint liberi, & aſcendentes vſque ad tertium gradum *V. vt autem non ſolum.*

Digitized by Google

NE QVIS COGATVR CEDERE BONIS.

NOV. CXXXV.

De beneficio ceſſionis bonorum alibi in ff. diximus.

DE ARGENTARIORVM CONTRACTIBVS. NOV. CXXXVI.

ARgentarij ciues Romani, qui tum Romæ, tum in prouincijs rei nummariæ negotiationis exercebant. vnde & numularij, & menſarij nominantur. Nam ad eos duabus de cauſis pecuniæ deferebantur, quemadmodum ex Vlpiano intelligimus *in l.24.§.4 ff.de rebus author iud.poſſid.* aut enim deponebantur ſine fœnore, propter fidem publicam duntaxat: id eſt, vt tutiore loco quàm priuatis in ędibus aſſeruarentur. nam in æde Caſtoris recondebantur. *Plautus in Curcul.* Aut ſub vſuris ipſis pecuniæ credebantur, quas deinde fœnori collocabant. Hinc conſtat quamobrem Vlp. in *l.* 10.*ff.de edendo* ſcribat, Argentariorum officium ac miniſterium habere publicam cauſam. Licet hodiè fideiuſſores niſi excuſſo reo non conueniantur: argentarij tamen, ſi hoc malit creditor, priores conueniuntur. *Nou.*4. Sed non viciſſim argentarijs licebat prius acceſſiones conuenire. Verùm cùm hoc inæquale & contra ius eſſet. *arg.l.2.ff.mand.* qua de cauſa Iuſtinian. hac nou. id ita moderatur, vt ex pacto argentarijs quoque ſi velint, liceat prius acceſſionem, quàm reum principalem conuenire.

DE EPISCOPIS ET CLERICIS. NOV. CXXXVII.

Hic repetuntur quædam ex nou.6.& 123.

DE INTERPRETATIONE A PRINCIPE FACTA, ET VT VSVRAE particulatim ſolutæ. &c. *NOV. CXXXVIII.*

De hac conſtitutione ſup. diximus.

REMISSIO POENAE ILLICITAE CONTRACTARVM NVPT.

NOV. CXXXIX.

DE pœna inceſtarum nuptiarum in nou. 12. diximus, cuius gratiam & remiſſionem facit hæc Conſtitutio habitantibus in Tyro & Sundyos pago.

VT SOLO CONSENSV SOLVATVR MATR.

NOV. CXL.

HAEC Conſtit. eſt per ſe clara. Sed hoc vnum notandum monet Cuiac. quod hæc nou. ſit Iuſtini non Iuſtiniani, qui noluit nudo vtriuſque conſenſu matrimonia diſſolui nou.117.

EDICTVM DE HIS QVI LVXVRIANTVR CONTRA NATVRAM.

NOV. CXLI.

SCrinigerus admonet hoc Edictum non eſſe Iuſtiniani, ſed Iuſtini potius qui regnauit poſt Iuſtinianum, & loquitur de peccato Sodomitico, ſcilicet de ſtupro maſculorum. *vide l.cùm vir nubit, C.de adulter.*

DE HIS QVI EVNVCHOS FACIVNT. *NOV. CXLII.*

EX *l.1.C.de Eunuc.* ſerui caſtrati publici fiebãt, videlicet ſi ſuos quis caſtraſſet: nã ſi alien. dom. reddebantur, & erat in caſtrantẽ actio in 4.*l.ſi ſeruus,*

De hac nou.in C.de infantib.expoſ.diximus.

DE HIS QVI IN OSDROENA ILLICITAS NVPTIAS CONTRAHVNT. NOV. CLIV.

VT MATRES ETIAM TVTELAE RATIONIBVS OBNOXIAE SINT. NOV. CLV.

PRior nouel.eſt per ſe clara: Alterius ſenſus huiuſmodi eſt, quod liberi aduerſus matres (quæ quod tutelam aut curationem geſſerunt filiorum, rationibus reddendis obnoxiæ ſunt, præſertim ſi iterũ nubant) reſtitutionem in integrum petere poſſunt non obſtante *l.vlt.Cod. qui & aduerſus quos.*

DE PROLE PARTIENDA INTER RVSTICOS. NOV. CLVI.

De hac nou.in nou.162.dicemus.

DE RVSTICIS QVI IN ALIENIS PRAEDIIS NVPT. CONTRAHVNT. NOV. CLVII.

NATI ex adſcriptitio, adſcriptitiaque patrem ſequuntur, non matrem. Sed hæc nou. de præterito tempore loquitur, non de futuro, & Meſopotamiæ tantum, & Oſdroena.

VT IVS DELIBERANDI ETIAM IMPVBERES TRANSMITTAT. NOV. CLVIII.

LEX *Cum in antiquioribus*, *C.de iure deliber.* generaliter definit hæredem poſt delatam ſibi hæreditatem, habere annum deliberandi, & intra eum annum decedentem transmittere ius ſiue arbitrium deliberandi in hæredes ſuos. vnde ſi mater deceſsit relicta filia impubere, quæ & patrem iam antè amiſerat, mox poſt mortem matris intra annum nondum agnita hæreditate, quoque filia deceſsit, relicto auunculo & amita, transmittit ius deliberandi iure nouo ad auunculum & amitam. & illa eſt ſpecies h.conſtit. Cui non obſtat, *l.ſi infanti C.d.tit.* nam illa l.intelligenda de infante, qui poſt annum moriens, ſibi delatam hæreditatem per tutorem non agnitam, non tranſmittit in hęredes.

DE SVBSTITVTIONE FACTA IN FAMILIAM MORIENTIS, VSQVE AD quotum gradum valeat. NOV. CLIX.

EX hac nou. duo potiſsimum notanda. primo iuſtin.in V.nos igitur legis &c. definit interdicta alienatione filijs hæredibus, vel ſi ſub fideicommiſſo precario inſtituti fuerint, ſcilicet.ſi ſine liberis deceſſerint, natis liberis finiri prohibitionem, & nepotes poſſe bona extra familiam alienare, id eſt, huiuſmodi prohibitionem ſiue fideicommiſſum precarium non vltra filios extendi, quia non præſumitur alienationis interdictum vltra filiorum vitam extendere voluiſſe, neque ſi relictis filijs decederent maiore cura perquiſiuiſſe, cui aut quomodo relinqueretur. Secundo ſancitur, prohibitionem factam hæredibus de non alienando non extendi vltra quartam generationem, etiamſi teſtator ſic dixiſſet : hæredes

Digitized by Google

meos graui vt illum fundum Cornelianum perpetuo in familia retineant, & ſi vnquam vendant, volo vt reuertatur ad meam familiam. Et hoc in multis locis obſeruatur, & non caret ratione. Cuiacius hic putat non prohiberi per h.nou.in infinitum ſubſtituere; *l.fin.C.de vb.* ſed tantum vltra quartum gradum fideicommiſſum non extendi, ſi extraneus extiterit hæres per medium impuberem, vt mater in hac propoſita ſpecie per abnepotem in pupillari ætate decedentem, ſed tu cogita. Eſt & alius modus, quo res alienari prohibita poteſt alienari, puta ſi omnes de familia alienationi conſentiant *l.quoties C.de fidei.com.* quia prouiſio in fauorem familiæ eſt facta cui poſſunt renunciare: *arg.l.pen.C.de pact.* quamuis ille modus non tutiſsimus ſit, cùm eorum liberi qui alienationi conſenſerint, poſsint reuocare, vt *Sichard.ad d.l.quoties n.5.gloſſ.in l.cum proponas 1.Cod.de pact.* Vt autem quis poſſit prohibere rem alienari, requiritur, vt illud ex cauſa aliqua tacita vel expreſſa fiat *per l.filiusf.§.diui de leg.3.* ſed dubitari poteſt, cùm teſtator in genere prohibet rem aliquam extra familiam alienari, de qua familia intelligatur: an de teſtatoris, an hæredis ſiue legatarij familia intelligatur; Ad hoc reſpondet Salicetus *in d.l.quoties*, quod familiam eius cui prohibuit intelligat: alij teſtatoris familiam intelligant, *arg.l.cum acutiſsimi C.de fideicom.*

Hæc nou eſt valdè perplexa & obſcura, cuius ſpeciem facti ſi libet ſcire, legatur D.Cuiacius

EXEMPLVM SACRAE PRAGM. FOR. DE VSVR. NOV. CLX.

ETſi vſuræ pecuniæ ſupra duplum non debentur: tamen reditus ędium fundi, duplo non finitur.

DE PROVINCIARVM PRAESIDIBVS. NOV. CLXI.

Hæc nou.non eſt in vſu, & eſt per ſe clara.

SACRA FORMA TRANSMISSA DOMINICO GLORIOSISS. PRAETOR. ILLYrici præfecto. & de diuerſis capitulis. NOV. CLXII.

HVius Nou.duo ſunt capita. primum eſt de donatione inter vir.& vxor. quæ ex oratione Antonini confirmatur morte. ſed tum demum quando traditio ſubſecuta fuit. verùm quia ex Conſtitutione Iuſtiniani donatio nudo conſenſu perficitur, ſicut emptio, *ſi quis argentarium §.vlt, C.de donat.* ideo hodiè ex hac nouel. donatio inter coniuges ſola morte confirmatur, licet res tradita non fuerit. Nec videtur maritus rem donatam vxori pignori obligando, mutare voluntatem, quod hic quoque nouiter ſtatutum eſt cótra *l.ſi maritus 2.C.de don.inter vir.& vxor.* altero capite agitur de adſcriptitijs. Si adſcriptitia mea tuo adſcriptitio nupſerit, & liberos procreauerit, qui quoque adſcriptitij dicuntur; quæſitum fuit vtrum patrem liberi, an matrem ſequantur, id eſt, an tuo, an meo dominio ſubiecti ſint; & ex h.nou. quæ nou. CLVI. iuxta Cuiac. ibid. tempore præceſsit, ſoboles diuiditur in æquales partes, ſi pari numero conſtat. Si autem vnus tantum na-

Digitized by Google

ſcatur, vel numerus inęqualis, ſiue impar ſit, qui ſuperat matrem ſequitur *nou. C L V I.*

Cæteræ tres ſequentes nouellæ non ſunt Iuſtiniani, neq; vſuales; ideo quoque earum explicationem omiſsimus.

FINIS.

IOANNIS PHILIPPI STEINHAVSEN IC. IN VSVS FEVDORVM EPITOME.

PROOEMIVM EPIT. FEVD.

QVAMVIS feuda quæ nihil aliud ſunt, quàm conſuetudines, pro diuerſitate temporum & locorum ſæpe varientur, maximè cùm conſuetudines feudorum vſu hominum introductæ, facilè quoque contrario vſu tolli poſſint. *§. ex non ſcripto, inſt. de iur. natur. &c.* ita quod vix in hac materia feudali certa poſſit tradi regula. tamen quia hi duo libri feudorum authentici habētur. *arg. l. de quibus ff. de ll. Duar. in conſuetudine feud. 1. cap. 1. Fach. lib. 7. contr. c. 2.* huiuſmodi conſuetudines vbique, dummodo nulla alia legalis conſuetudo reperiatur, tanquam generales leges, tam in foro eccleſiaſtico, quàm ſeculari ſeruantur. *Sonsbeck. in Com. ad vſus feud. part. 1. n. 22. Canoniſtæ & Panorm. in c. nouit ext. de iudic.* nec obſtat quod à priuatis hominibus Oberto de Orto, & Gerardo Cayagiſti nullam habentibus condendæ legis authoritatem. conſcriptæ ſint. nam ab Imperatoribus poſtea comprobatæ. *prætor ait. ff. de iud. c. 1. de alien. feud. c. 1. quid iuris qui poſt alienat.* Ad façiliorem & vberiorem itaque ſingulorum capitum: horum librorum feudalium intellectum, decreui de hac materia ſummarie pręcipua vt ſcitu dignisſima tractare, illudque vt cōmodius fieri poſſit in 9. capita congerere. primo, vnde feudum dictum, 2. de eius origine. 3. de definitione. 4. de diuiſione. 5. de natura feudi. 7. de acquiſitione. 7. de inueſtitura. 8. de amiſſione. 9. de actio feudi. & coram quo iudic. agend.

CAPVT I.

FEudis operam daturum prius noſſe oportet, vnde nomen feudi deſcendat. *arg. l. 1. de iuſt. & iur.* rectius autem à Longobardica vel Germanica voce, faida, nomen habet, quæ inimicitiam, hoſtilitatemq;, ſiue bellū ſignificat. *Hott. lib. 5. obſ. 28.* Datur quippe feudū vaſallo, vt domino tēpore belli pręſtò ſit, & à Domino iniuriā propulſet, eūq; in iure iuuet, & defendat *c. vnic. de nou. for. fid. Iac. Columb. in c. vnic. de his qui feud. dar. poſſ.* vnde feudoſus

id eſt, inimicus, & diffidare, id eſt, litem aut bellum alteri denunciare, quamuis communiter feudiſtæ, quos ſequitur Cuiac. *in com. ſuo de feud.* à fidelitate dictum putent. *C. vnic. §. fin. per quos fiat inueſt. vide latius Borchol. de feud. c. 1. per tot.* Sed alijs ab alimentis, ſcilicet à Germanica voce feuden, dictum videtur: quod & ipſum verum ac probabile puto. nam & militaris annona in his libris ac tractationibus feudiſticis atque hiſtorijs, ſolet dici fodum. Solent enim feuda in pratis, prædijs, ac paſcuis conſiſtere, vnde militibus annona præbetur. Sumitur hoc Feudi verbũ trifariã: primò pro ipſo iure ſiue beneficio, vulgo **ein lehn** / ſecundò, pro prædio in feudum dato, **ein lehngutt**. tertiò, pro ipſo negotio, re ſiue contractu, quod in diſputatione plerumque intelligimus. Non abs re erit hic aliqua vocabula feudiſtarum exponere. Et imprimis occurrit allodium, quod opponitur feudo. Eſt autem allodium cuiuſque proprium patrimonium. *Laudenſ in c. vnic. n. 4. de allod.* Homagium eſt fidelitas, quam Vaſallus ſuo domino præſtat. *c. fin. de reg. iur.* Feloniæ verbum extat *in c. vnic. §. domino ſi de feudo defunct.* & dicitur perfidia, ingratitudo. Sacramentales quorum mentio fit *in c. vnic. §. cùm autem, ſi de inueſt. feud. cont. fur.* Sunt qui iurantem ſuo ſacramento iuuant, & extra omnem ſuſpicionem ponunt. Pares curiæ ſunt conuaſalli qui ab eodem domino ſiue domo feuda tenent. *c. 1. §. 1. ſi de inueſtit. inter domin. & vaſall.* Breue teſtatum eſt inſtrumentum publicum. *c. 1. §. 1. quia ſit inueſtit.*

CAPVT II.

NVnc ad feudi originem gradum couuertamus. Sed de vera deſcriptione eius orginis tam apud veteres, quàm apud recentiores iuriſconſultos controuertitur: quorum 5. ſunt præcipuæ ſententiæ, vna, feuda ex antiquo Romanorum iure originem ſumpſiſſe: altera à tempore Iuſtiniani cœpiſſe. tertia ex militijs, quarum fit mentio in iure Romano profectas eſſe: & nihil aliud feudum eſſe, quàm militiam. Quarta, à Gallis veniſſe ad Germanos feuda, Italos, Hiſpanos, & alios Europæ populos. Quinta ex Longobardis regibus initium accepiſſe: & inde conſuetudines feudales emanaſſe: & hanc cęteris probabiliorem eſſe iudico. de quibus ſingulis *Fach. lib. 7. Cont. C. 1. Borcholt. de feud. c. 2. per tot. tractant.* Sed parui eſt momenti. Ego quidem exiſtimarem feuda à Romanis, atque Zaſius in prima *parte ſui tract.* feuda putauit, originem ſumpſiſſe. ſed non inueſtigandum duco ab exemplis, vt dominus Zaſius, ſed ex cauſa, quare feuda inuenta fuere, quæ elegantiſsimè deſcribitur à Lothar. Imperatore in *c. 1. de prohib. feud. alie. per Lothar. in c. 1. de prohibi feud. aliena. per Frideric.* qui in effectu feudum dari docet & eſſe inuentum, vt ad imperium defenſandum ſtrenuus & exercitatus haberi miles poterit: certè is haberi nequit facile gratis, vt lubens nemo ſuis militat ſtipendijs. Tales ergo Principes priſci, vt ſibi deuinctiſſimos haberent, ſeruitioque paratiſsimos; tum fideliſsimos, donatis aliquot fundis, ſeu territorio, vel ſimilibus fidelitatis

iuramento ſibi aſtrinxere,ne maiore quantitate pecuniæ ab alijs fortè il lecti & corrupti (vt omnia pecuniæ obediunt,Saluſtio teſte,& ferè fit)aliquando exercitato tali milite deſtituerentur? Sed vnde, quæſo originē traxit?certe à priſcis Romanis,qui non ſecus ſtrenuos viros fundis, iugeribus,& id genus ſimilibus inuitare conſueuere: huius exemplum claret in Coclite Horatio, cui ob factum illud memorabile in exercitū Hetruſcorum, ſeu Porſennæ regis præſtitum, tantum fuit agri publicè datum, quantum vno die circumarari potuit. Liuius lib.2.decad.primæ. is miles ſtrenuus non horruit etiam ſolus pro ponte ſublitio inter mortuorum cumulata cadauera conſiſtere, ſolus hoſtium aciem ſuſtinere,donec ponte rupto Romanorum res ſalua eſſet,ſe pro Republica in Tibrim ſaucium deijciens. Accedat huic nobilis ille Mut.Scæuola Cordus,qui quoque vitæ periculum nō formidando, pro republica Romana purpuratum Quæſtorem pro rege Porſenna interficere non expauit. Quare prata trans Tibrim & illi data, atque ſtatua eius honoris gratia, in virtutis perpetuæ memoriam ædificata. Halicar. lib. 3. antiquitatum,& Liuius dicto loco. Quid de Marco Curio Dentato adferam, cui ob benè merita de republica,agri iugera quingenta publicè data fuere. Plinius de viris illuſtribus in Marco Curio Dentato. Vt hic omittam Lælium Fabium, Marcum Petreum, Affranium,Labienem,Hannibalem,& id genus ſtrenuiſsimos. Nō quoque ignotum eſt,Tribunis,Præfectis,Comitibus,& Ducibus, qui militia pro augendo Imperio conſenuerant,agros,villas, & ſimilia dari ſolere,ante Conſtantinum Imperatorem,neceſſaria vt ſuppeterent, quoad viuerent,quas Parochias appellabant,quas ille etiam ad eorum hæredes tranſmitti ſanxit,vt magis ſibi deuinctos haberet & obnoxios. Author Pomponius Lætus in compend.Roma.hiſtoriæ in Conſtantino, Conſtantij Pij filio. At hic obijciet quis, facilè ſtatim donatos quidē fuiſſe hos iugeribus,villis & territorijs,nuſquam tamen haberi, ſub fidelitatis iuramento hoc fieri ſolere,vt hodiè in feudis acceptandis conſpicimus. His ego reſpondeo, olim nudam fidem apud Romanos plus valuiſſe, quam hodie fortè etiam iuramentum: vt apud Halica.lib.2. antiquitatum in fine videre licet. Et certè quàm fuerit tum graue fidem fallere, exemplo eſt ille Romanus AttiliusRegulus, mori morte crudeliſsima qui maluit, hoſti quàm fidem fallere.*Cic.lib.1.offic. Eutro.lib.2. rerum Romanorum.* Rurſum Marcus Curius Dentat. qui rapis lignea ex patina veſci maluit, hoſtium quam ſplendidiſsimis donis argenteis corrumpi. Plinius de viris illuſt. in M.Curio Dentato *Val. Max. lib.4.cap.3.* Hanc fidem cum poſteritas inuenire nequiuit,neceſsitate tandem coacti iuramento (datis etiam territorijs) ſibi illos deuinciuit.Omnia enim tum patriæ defendendæ & ſaluandæ gratia fiebant,hodiè nihil non pecuniæ habendę cauſâ.Quis enim nūc pro patria,vt Curtius Romanus ille in hiatum ſe conijceret,*Valer. lib.5. ca. 6.* Vt quoque de Ancharo Midæ regis Lydiorum filio. Calliſthenes in hi-

ſtoria tradit, quis ſe vt Phileni, viuum pro patria in terram defodi ſineret? Quis nunc Traſibulum, Codrum, Athenienſes, AElium Prætorē, Publium Decium inueniret? quorum meminit Valerius eodem loco. Quis propriam filiam inculpatā pro patriç ſalute, vt Caius Marius, Conſul Romanus, ſacrificio mactandam traderet? Author Doroth. Græcus lib. 3. Italicarum rerum: Quis vt Mutius Scæuola, patriæ amore manu propria ad Principem plenè in exercitu ſolus interficiendum iam ire tentaret? Halicar. lib. 3. antiquit. Quis Coclitis Horatij iam factum pro ſaluanda patria ſubire vellet. Liuius li. 2. decad. 1. Plin. de viris illuſtribus. Halicar. dicto loco, non maximè antè ſtipendiatus? Certè nemo: Paucis ergo, vt ad propoſitum redeam, à Romanis feuda ſumpſiſſe originem, rectè exiſtimarem, ac tum incepiſſe, cum Romanum imperium in tantum eſſet adauctū, vt in prouincijs Præſides conſtituere, & in limitibus Limenarchas, ſeu Marchiones neceſſe haberent: eo tum mittebantur Duces, quorum pars prouinciæ illis aſsignata, Ducatus poſtea dici cœpit à Duce, vt Marchionatus Marchioni, Comitatus Comiti aſsignata, vt infra alio loco latius. Hæ tamen partes, vt olim ad vitam tantum abſque ſucceſsione concedebantur, vt ex Pomponio Læto ante recenſuimus, ita quoque poſtea tractu temporis ſolum ad vitam in feudum Ducibus, Comitibus, Marchionibus, Ducatus, Comitatus, Marchionatus tradebantur, nec abſque graui ratione, vt arbitror. Nam intereſt Imperatoris & Regis, non quemlibet habere in ſuis territorijs Præfectum, Ducem, Comitem, vel Marchionem. Et quanquam hodiè aliter vſurpatur, nempe quod illis ſuccedatur, contra rationabilem vſum, Vt inquit text. in c. 1. in fi. de alie. feud. (vbi gloſſa malam illam primam conſuetudinem fuiſſe aſſerit) contra text. ibidem. Putarem tamen illam fuiſſe rationabiliſsimam, vt ipſe text. refert, & hoc ob duo potiſsimum: Primò, ne quemlibet Princeps habeat Ducem, Comitem, vel Marchionem, aut Præfectum, vt ſupra diximus, quod fieret haud dubiè, ſi ſucceſsio admiſſa fuiſſet. Nam tunc contingeret Principi aliquando ignauus Dux, aut Comes vecors, pro ſolerti & exercitato, quibus Imperium defendere, patriam ab hoſte tueri, in pace omnia & tranquillo ſeruare, impoſsibile quaſi eſſet; quæ omnia ſecus ſe habebunt. Princeps ipſe ex multis (primo mortuo) ſubdeligere quēlibet poterit ac ſurrogare. Secundò, ne Ducatus, Comitatus, Marchionatus redderetur in nihilum. Nam Ducatu, Comitatu, Marchionatu per ſucceſſores diuiſo ſæpius, tandem in nihilum redigeretur, vt multis in Germaniæ Comitatibus indies cernimus: Hinc præterquam quod ſtemmata & gentilitates perirent, ipſum quoque territorium hoſte magis interno quam externo feriretur. Quis quæſo principatus ibi erit, vbi tot capita regnant, præſunt, atque gubernant? Quis naſci bella inteſtina & odia indies ibi inficiari poteſt: vbi poteſtate æquali, eorum quilibet dominandi libidine rapitur præ alio? Quis non hoſtis extraneus illam facilè euertet pa-

triam? Et quod ſummum eſt, quis tandem ciuis, imò ruſticus aliqualiter etiam diues, his Comitibus ſic depauperatis, multa ſucceſsione diuiſioneque crederet, aut regi ſe ab ijs pateretur? Quæ, quæſo, vaſallorum quantitas cum Duce euocato à Principe, ad expeditionem prodiret, quos expectaret ſtrenuos & exercitatos milites? Certè nullos: nam depauperati illi, nec equos alere, nec arma emere, multò minus ſe in futurum ad expeditionem exercere poſſent. Hæc certè proſpicientes & ſimilia, ad hæredes tranſmitti non patiebantur, & rectè: non enim ignorabant Politiam optimam eſſe, quæ à paucis conſeruaretur, difficillimam & periculoſam quæ à pluribus, *Plato lib. 16. de Regno: Ariſt. in Politicis, &c.* Metaphyſicorum. Quo tamen id minus fieret, (licet poſtea vſurpatum fuit, vt ſimul omnes ſuccederent) *d. c. 1. in fine, de alien. feudi, iuncto c. 1. §. firmiter. verſi. præterea. de prohib feudi alie. per Fred.* multis in locis rurſum conſuetudine ab illa deſitum eſt, vbi ſolùm maior natu filius, vel alius vnus ex omnibus in Ducatu, Comitatu, vel Marchionatu ſuccedit, vt vnus maneat, quem ſubditi tanquam caput reuereantur, & per quem gentilitatis ſtemma per omnia cóſeruetur: Nec minus ipſe quoque Imperator Fredericus poſtea inhibuit, ne feuda regalia, à quibus ita territoria dependent, de cætero diuiderentur. *in d. c. 1. §. firmiter. verſi. præterea, de prohib. feudi Halien. per Fredr.* illam ſecundam malam vſurpationem (de qua ſupra) derogans, ſucceſsionem tamen non emendando, ſed ſolum diuiſionem, iudicans & quaſi præcipiens, penes vnum ſolidè manere debere, atque is vt cohæredibus alijs ex patrimonialibus ſeu allodialibus tantundem pro rata percipere ſineret, *argu. c. 1. verſic. paternum de natu. ſucc. feud.* quod in aliquibus etiam patrijs obſeruari cernimus. atque ita *d. §. firmiter. verſic. præterea, de prohibi. feudi alien.* per Fred. intelligendum cenſeo. Et hæc obiter de feudi origine dixiſſe ſuffecerint: Nunc ad feudi ipſius definitionem properemus,

CAPVT III.

NVnc ad feudi definitionem aggrediamur. A definitione ſeu deſcriptione feudi, (cognita origine) iam auſpicari hanc partem optimum fuerit, vt Cicerone teſte, intelligatur quid ſit, & quale, de quo poſtea ſumus dicturi. Feudum ergo à nobis in hunc modum deſcribitur, Quod ſit beneuola rei immobilis, vel æquipollentis conceſsio alicui facta, ſuiſq; hæredibus, maſculis, legitimis, per inueſtiturã, cum vtilis dominij tranſlatione, retenta proprietate, ſub fidelitate & exhibitione ſeruitiorum honeſtorum. Hæc definitio ſeu deſcriptio Oberti autoritate probatur. *in c. 1. §. huius autem generis in quibus cau. feud. amitt.* Alij alias adferunt deſcriptiones, nos iſta vulgari deſcriptione contenti erimus, quã cómuniter Dd. ſequuntur, vt *Afflict. in quæſt. 4. teſtatur.* de horum ſingulorum verborum explicatione vide Borcholt. *c. 1. de feud.* An autem feudum ſit contractus

Digitized by Google

controuertitur? hoc alij affirmát. *vide Zaſ. de feud. par. 1. Curtius par. 9.* Sed Hottom. *lib. 5. obſ. 28.* exiſtimat feudum non eſſe contractum, idque his argumentis probat. Primum, quia feudum eſt beneficium: beneficium autem eſt donatio, ſed donatio ſemper à contractu diſtinguitur, *l. Ariſto ff. de donat.* Secundum argumentum eſt, quia res in quibus feuda verſantur, ſæpè ſunt regna & principatus: at contractus ſunt tantum priuatarum & earũ quæ pecunia æſtimantur, *l. 36. ff. de fideic. libert. l. 63. inter ſtipulantem ff. de v. o.* Tertiò Contractus ab initio quidem ſunt voluntatis, ſed poſtea iam facti ſunt neceſſarij, *l. 5. C. de obl. & act.* feuda autem ab initio & poſtea ſunt voluntatis, & à vaſallo ab initio accipi, & poſtea refutari poſſunt.

CAPVT IV.

Feudum aliud eſt proprium, aliud improprium, tamen ne nouus videar, equidem etiam aliquot ſpecies enumerabo, vt & alij Dd. fecere. Primò ergo, feudum aliud nouum, aliud paternum, ſeu antiquum dicitur. Secundò, feudum aliud eccleſiaſticum, aliud ſeculare. Tertiò, feudum aliud regale, aliud non regale. Quartò, feudum aliud nobile, aliud ignobile. Quintò, feudum aliud ligium, aliud non ligium. Sextò, feudum aliud maſculinum, aliud fœmininum. Septimò feudum aliud francum, aliud non francum. Octauò, feudum aliud de Camera, aliud de Cauena. Nonò, feudum dicitur aliud eſſe in Curte domini, aliud extra Curtem Domini. Decimò, feudum aliud emptitium, aliud gratuitum. Vndecimò, feudum aliud certorum ſeruitiorum, aliud incertorum. Duodecimo, feudum aliud Guardiæ, aliud Caſtaldiæ. Decimotertiò, feudum aliud, quod pro mercede datur, aliud quod ita datur, vt vaſallus, vel eius hęredes, vel quibus dederit, habeant. Decimoquarto, feudum aliud Soldatæ, aliud habitationum. His contentus ero. Nouum feudum dicitur reſpectu antiqui ſeu paterni, & dicitur nouum, quod de nouo acquiſitum fuit. Et habet initium à perſona inueſtiti, nec prouenit per ſucceſsionem à maioribus, *c. 1. qui teſtes ſunt neceſſ. ad proband. nouam inueſt.* Paternum propriè dicitur, quod a patre, vel ab aliquo aſcendentium vſq; ad quartum gradum incluſiuè obtentum eſt, *c. 1. §. de feud. ſucceſſ.* Antiquum verò propriè, quod à maioribus etiam ſupra quartum gradum acquiſitum fuit. Hodiè tamen promiſcuè paternum, vel antiquum dicimus, quod ab vno ex maioribus noſtris prouenit, *c. 1. de ſucceſſ. frat. & grad. ſucceden. in feud. & c. 1. §. paternũ, de natura ſucceſſ feud.* Feudum eccleſiaſticum tripliciter dicitur, Primò, vel quod ab Eccleſia, vel Epiſcopatu, vel Abbatia, vel ſimilibus datur. *c. 1. de ijs qui feud. dare poſſunt. c. 1. Epiſcopum, vel Abbatem c. 2. extra de feudis.* Secũdò, quod ab Eccleſia, Abbatia, Epiſcopatu, vel alio pio loco ſuſcipitur, dum tamen id fiat ab aliquo Abbate, Epiſcopo, vel Eccleſia, vel ipſo Papa. quæ duo mera eccleſiaſtica vocantur. Tertiò, quod datur vel ſuſcipitur à Clerico, vel eccleſiaſtica perſona, non tanquam ab Eccleſia, ſed de ſuis proprijs patrimonialibus bonis, quod tamen ſeculare dici poteſt, *c. 1. de cleri. qui inueſt. facit.* Seculare dici-

tur,

tur, quod à ſeculari principe, vel domino accipiatur, ſiue à laica ſiue eccleſiaſtica perſona, reſpectu Eccleſiæ Abbatiæ, vel Prælaturæ, Nam hi poſſunt etiam à laico feuda accipere, *c.1.§.fin.de capit.Conrad. c. 1. de ijs qui feud. dare. poſſunt.* Feudum regale dicitur, quod à rege vel Imperatore recognoſcitur, habens annexam dignitatem, vt feudum Ducatus, Comitatus, Marchionatus, *c.1.de feud. March.* Et hi qui ita ſuſcipiunt, Duces, Comites, & Marchiones dicuntur, & regni Capitanei, *c.1.quis dicatur Dux, Comes, Marchio. c.1.de ijs qui feud.dare poſſunt.* Nam regale dicitur, quod vel ab inferioribus à principe recognoſcitur, ſeu Rege, vel à Rege quidem, non tamen habens ita annexam dignitatem, *c.1.de ijs qui feud. dare poſſunt. vbi Aluero. & alij, & c 1. verſi.qui verò à principe, quis dicatur Dux, Comes.March.* Feudum nobile dicitur, ab eo, quod accipientem nobilitat, veluti cum ab Imperatore, Rege, vel Papa confertur, *c.1.quis dicatur Dux, Comes, Marchio, & ibi doctores.* Et hi regni Capitanei dicuntur, *c. 1. de ijs qui feud. dare poſſunt; vt ante diximus.* Nobilitantur quoque, qui ab ijs rurſum infeudantur, qui ab Imperatore, Rege, vel Papa habuere primum, veluti à Ducibus, Marchionibus, Comitibus, minus tamen quàm principales. Et hi propriè regni Valuaſores, & Capitanei tantum dicuntur, text.in. *d.c.1.de ijs qui feuda, dare poſſunt, & d. c. 1. quis dicatur Dux, Comes, Marchio.* Rurſum, qui ab ipſis iterum infeudantur, per hoc nobilio res fiũt, ſi antiquitus aliquid nobilitatis habuere. de quo Aluer. *in d.c.1. quis dicatur Dux, Comes, Marchio.* Et hi propriè dicuntur minores Valuaſores, *c.1.de ijs feu.dare poſſunt.c.1.quis dicatur Dux, Comes, Marchio. vbi Doct.* Ignobile dicitur, quod minoribus Valuaſoribus, vel à priuatis in feudũ cõceditur. *d.c.1.de ijs qui feu. dari poſſunt* inquit enim Bald. in *d. c. 1. de ijs qui feuda dare poſſunt.* ruſticũ poſſe feuda dare, dummodo ſuarum rerum adminiſtrationem habeat, *c.1.§.noui.* per quos fiat inueſtitura: iſti tamen per hoc non nobilitantur. Latè *de his alibi Dd. & maximè Aluer. in c.1.§.cæteri, quis dicatur Dux, Comes, Marchio.* Non tamen dubito, ſi ruſtici ſuo cum Vaſallo, ſub Principe egregiè militarent, quin fierent nobiles: reſpectu enim militiæ nobilitas acquiritur & contingit. vt optimè ſentit quodam loco Alciatus in ſuo tract. de ſingular. certami. Non enim proſapia, ſed virtutis egregia facta, nobilem efficiunt, quæ nõ ſecus à ruſtico, quam ab alio quolibet fieri queunt, vt clarè patuit in Lucio Quintio Cincinnato, quem miſsi legati nudum trans Tibrim arantem Dictaturæ inſignijs, reiectis raſtris, ligone, cæteriſque ruralibus inſtrumentis decorauere, vide *Liuium lib.3. dec.1. Vall.Max.lib.4.cap.* 4. quàm is verum egerit militem, cæteriſque in re militari præcelluerit, nemo eſt qui ex hiſtorijs ignorat. vt hic non opus ſit Vegetium adferre, qui ex agris dicit potiſsimum milites eſſe deligendos, ac ſtrenuiſsimos fore atteſtatur. Feudum ligium dicitur, quando iuratur fidelitas ſuper feudo contra omnem hominem mundi, nullo excepto. Et iſtud non ſuſcipitur, niſi ab Imperatore, vel Rege, qui ſuperiorem non agnoſcunt. Dicitur enim homo ligius, quaſi ſuo domino planè alligatus, ita alibi *gloſſ. in Clemen. paſtoralis de*

 re iudic.

re iudic. quæ ſolum de eo mentionem facit, & alio loco Speculator, *in §. quoniam verſi. 1. de feud.* & huius quoq; fit mentio *inf. c. ſi quis inueſtitus, in tit. de feud. & benefic. conſtit. Imper. in extraord.* Non ligium dicitur, quando in iuramento fidelitatis, prior ſeu antiquior dominus excipitur, *c. 1. de noua for. fidel. c. 1. §. fi. de prohib. feud. alie. per Fred. c. 1. in fi. hic finitur lex, dein. conſue. regni incip.* Feudum maſculinum dicitur dupliciter, vel quod ad maſculos tantum tranſmittitur, non ad fœminas. *c. 1. §. 1. verſi. hoc autem notandum, de ijs qui feud. dare poſſunt, c. 1. §. filia, de ſucceſſ. feud.* vel quod ſolum à maſculis prius acquiſitum eſt, licet ea conditione, vt quoque ad fœminas tranſeat, *c. 1. de eo qui ſibi hæred. ſuis maſcu. & fœm. inueſt. accep.* Fœmininum quoque dicitur dupliciter, vel quod ad fœminas tranſit, licet à maſculo prius acquiſitum eſt, *d. c. 1. de eo qui ſibi &c.* vel quod à fœmina prius acquiſitum eſt. *c. 1. de feud. fœminæ*, feudum francum dicitur, quod ita vaſallo datur, vt ab omnibus ſeruitijs ſit immunis. Francum enim (gallico idiomate) liberum dicimus. Cùm ergo in inſtrumento feudali vel inueſtura inuenitur hoc modo: Titius conceſsit tale caſtrum, territorium, vel ſimile Petro, in feudum liberum ſeu francum: hæc conceſsio importabit feudum omni ſeruitio eſſe liberum. Et licet de iſto feudo in iuribus his noſtris feudalibus mentio non fiat, alibi tamen meminit textus huius. in *c. ſi cui militi, in tit. de feud. & benefic. conſtit. imperial. in extraord. quem ponit Aluer. in fi. comment ſuorum, de feud.* Feudum de Camera dicitur, vel etiam Canena, cùm aliquid annuum ex Camera fiſcali, vel ex aliquo alio loco, vtpote Theſaurario, vel ex Vectigalibus, vel mēſa argentariorum, vel ſimilium, in feudum confertur. *Mart. Laudem. in c. 1. §. item ſi fuerint, quib. mod. feu. amitt. tit. 1. Aluer. & alij in c. verſi ſciendum de feud. cogn. & Zaſ. in vlti. parte 8. concluſio.* & huius fit mentio in *c. 1. verſi. ſciendum, de feud. cog. & in c. 1. § ſi verò vaſallus, quid ſit inueſt.* Feudum in Curte Domini dicitur, quando dominus habet dominium, vel poſſeſsionem totius villę, vel territorij alicuius ita quod omnes ruſtici & coloni, d. villæ recollectos fructus villæ neceſſe habent deferre ad domum dominicalem, hoc eſt, ipſius domini exiſtentem, in dicta villa, quæ domus propriè Curia ſeu Curtis domini dicitur. Et ergo ſi dominus concederet partem illius villæ alicui in feudum, dicitur ille qui ab illo accepit vaſallus ex Curte domini, & feudum in Curte domini eſſe. *Aluerotus in proœmio in 14. ſua diuiſione, & Zaſius in prin. 11. partis & fit huius mentio in c. 1. §. fine. in fine, quibus modis feud. amitt. & in c. 1. §. ſi quis de manſo. ſi de inueſt. feu. controfuerit, vbi etiam Dd.* Extra Curtem feudum eſſe dicitur, quando dominus non habet dominium totius villæ, ſed poſſeſsiones pro maiore parte ſunt ruſticorum, vel aliorum & dominus ſolum poſsidet ibi modicum, puta, duas vel tres poſſeſsiones, ita quod propterea ibi Curiam vel domum nō habeat, tunc ſi dictas poſſeſsiones, quas ibi habet, daret alteri in feudum, iam diceretur vaſallum habere extra Curtem ſuam, & feudum eſſe extra Curtem ſeu Curiam domini, *c. 1. §. penult. & vlt. quibus modis feud. amitt. tit. 1.* Sed paucis putauerim feudum in

Digitized by Google

Curte domini tunc dici, cùm dominus ibi ſolum habet Curiam iuriſdi ctionalem, reſpectu feudi illius, etiamſi ibi nullas alias poſſeſsiones re tineat, quod innuit textus alibi ſatis. *in c. 1. §. præterea, verſi. ſimiliter quibus modis feud. amitt. tit. 1. in verbis & Dominus* diſtrictum habuerit vel alium ho norem, vbi prohibetur libelli nomine alienare propter ſolum diſtri ctum vel alium honorem, etiam cùm non eſt in curte domini feudum, & ſic à ſimili. Feudum emptitium dicitur, quod pecunia, vel alia aliqua re acquiſitum eſt. Gratuitum, quod gratis collatum eſt. Feudum certorum ſeruitiorum dicitur, quod ad certa aliqua ſeruitia præſtanda datur, veluti, vt vaſallus ſit ſuper re præſcripta, vt puta vxori ſuæ vt præcedat, eam expectet, vel ſeruiat, vel ſimile agat. Feudum incertorum ſeruitiorum dicitur, cùm nullum certum ſeruitium deputatur, ſed ad ſeruitia in genere feudum confertur. Feudum Guardiæ dicitur, quod dominus alicuius caſtri vel territorij pro cuſtodiendo caſtro vel territorio alicui concedit. Nam Guardia dicitur cuſtodia, & Guardiani, cuſtodes. Feudum Caſtaldiæ dicitur, quod dominus eligendo rerum ſuarum gubernatorem, pro gubernatione ei aſsignat, vt in feudum habeat: Caſtaldia enim dici tur gubernatio, & Caſtaldi gubernatores, de his duobus feudis *Dd. in c. 1. de feu. guar. & Caſtald.* Feudum quod pro mercede datur, dicitur, quod dominus pro officio aliquo vili, vtpote Coci, vel ſimili alicui, aſsignat. de quo in *c. 1. vbi Dd. de feud. Guard. & Caſtald.* Feudum quod ita datur, vt vaſallus, vel eius hæredes, vel quibus dederit, habeant, dicitur quod dominus alicui confert; dando poteſtatem eo faciendi quod lubet, de quo in *c. 1. de feud. non habent. propriam. nat. feud.* Feudum Soldatæ, eſt præſtatio quædam annua gratuita in mobilibus conſiſtens & dicitur ideo Soldatæ, quod plerunque in ſolidorum donatione conſiſtat, quandoque etiam in vino, butyro & ſimilibus conſtituitur. de eo habetis in *c. 1. in fi. quibus dica. Dux, Comes, March.* Solent enim talia feuda aſsignari nobilibus depauperatis pro vitæ ſuſtentatione. *Dd. in d. c. 1.* Feudum habitationum dicitur, quando dominus alicui habitationem in feudum largitur, de eo quanquam nihil in noſtris iuribus feudalibus habeatur, fit tamen eius mentio alibi, *in c. feuda habitationum, in tit. de feud. & benefic. conſt. Imperatoris in extraor. Et hæc ſuffecerint, quod ad hoc quartum caput, de feudi diuiſione, eiuſque ſpeciebus.*

CAPVT DE NATVRA FEVDI.

CAPVT V.

HIc operæ pretium eſſe putaui breuiter exponere & quaſi repetere feudi proprias cauſas & conditiones naturales. Quarum prima eſt,

vt ſit beneficium militare. Secunda prædij, Tertia cum lege fidei & operę. Quarta ſolenni ritu datum & conſtitutum, quem ritum vulgò vocant inueſtituram, de qua infra. Quæ quatuor notæ feudi ſunt propriæ & eſſentiales, ſiue ad feudi eſſentiam conſtituendam neceſſariæ, ex quibus aliæ conſequuntur & pendent. Prima, feudum pertinere ad ſolos hæredes legitimos, non ad teſtamentarios, vel aſcendentes, *c.1.de ſucceſſ.feudi.* Altera, quòd feudum non ad fœminas, ſed ad mares tantum, qui officium militare præſtare poſſunt ſpectet: vnde nec clerici, nec muti, & ſurdi à natura feudorum capaces ſunt. Tertia, quod ſicut nec feudum ſine conſenſu Domini alienari poſsit, *c.1.de prohi.feud.alien.* ita non poſsit à domino alienari ſine conſenſu vaſalli. Quarta, quod vaſallus regulariter in præiudicium legitimorum hæredum teſtari non poſsit, *d. c.1.de ſucceſſ. feudi.* Quinta, vt feudum domino inuito poſsit reſtitui, id eſt, refutari, *c.1.de alien.feud. pater.* Sexta, vt hominium iuratò promittatur, *c.1.§.ſed & per quos fiat inueſtit.* Sunt & alia feudi iura, quæ ad hæc capita referri poſſunt. Et hæc omnia obtinent, niſi aliter pacto cautum: pacta quippe dant legem contractui, *l.1.§.ſi conuenit ff. depoſiti.* vnde feudi iura regulariter pactis immutari poſſunt. dixi regulariter. nam quæ ad ſubſtantiam pertinent, vt ſunt hæc duo, potiſſimum, plena poſſeſsio, ſiue quaſi dominium, & hominium, pactis tolli non poſſunt, feudo manente. quemadmodum & alia negotia pactis mutari non poſſunt quo ad ſubſtantiam, ſed tantum quo ad acceſsiones, ſiue accidentia, *l.72.pacta ff.de contrah. empt.l.5. §. nunc videndum ff. de commod.* vnde ſi inter emptorem & venditorem conuentum ſit, vt ad emptorem res vendita non tranſeat, hæc emptio eſt contra ſubſtantiam emptionis, & proinde eam mutat in aliud negotium, puta locationis, aut aliud &c. *l. 80.cum manu.§.vlt.ff.de contr.empt.* Ad eundem modum etſi feudum detur ea lege vt ſine hominio, prædium poſsideat, vel ſine quaſi dominio, vel pleno iure dominij poſsideat, illud non eſt feudum, ſed aliud feudum. Quod autem ad alia feudi iura attinet, ea partis conuentionibus mutari poſſunt, maximè principio dandi feudi, vt vulgò loquuntur, in ipſa inueſtitura adiectis, vt & in alijs negotijs & donationibus, *l.7.§.quinimò ff.de pact.* v.g. vt aliquos facta breuiter exponamus, valet pactum, vt hominium ſine iureiurando præſtetur: poteſt enim iuramentum fidelitatis remitti, *c.1.§.1.fin.* per quos fiat inueſt. non autem quod iuramento continetur, aliud eſſet pactum contra ſubſtantiam feudi. Item vt vaſallus ſeniori ſeruiat & operam militarem præſtet ſuo ſumptu, quem ſine pacto ſenior ſiue dominus ei præſtare tenetur, *arg.l. 23. ff. de oper. libert.* tertiò valet pactum, vt feuda etiam regalia, ſiue ſumma diuidantur, vel non diuidantur inter plures hæredes vaſalli. quamuis enim ex conſtitutione Imper. Friderici feuda ſint indiuidua, moribus tamen paſsim inductum eſt, vt ea diuidantur, *c. 1. de feud. Marcb. vel Ducatus, &c.* Sic valet feudum, vt liberi naturales, legitimati, & fœminæ, ſuccedant, in feudo, quæ alioquin

non ſuccederent. *c. 1. §. naturales ſi de feud. defuncti controverſ.* Sic valet pactum vt frater in nouo feudo, vel frater fratri in feudo paterno non ſuccedat, qui aliàs ſuccederet. *c.1. § 1. de ſucceſſ feud.* Hæc & alia huiuſmodi pacta varia in feudis conſtituendis adhiberi ſolita, diligenter obſeruanda ſunt. & hoc eſt, quod vulgo feudiſtæ aiunt, tenorem inueſtituræ diligenter eſſe ſpectandum, & tenorem inueſtituræ eſſe potiorem ipſa conditione & natura feudorum. *Tyraq. ad l. ſi vnquam, in V. ſi libertus, C. de reuoc. donat. Curtius de feud. part. 1 quæſt. 6. n. 29. c. 1. §. quin etiam Epiſcop. vel Abbat. feud. dar.*

CAPVT DE CONSTITVTIONE ET ACQVISITIONE FEVDI. VI.

NVnc de feudi Conſtitutione, deinde de eius acquiſitione. Expoſita definitione, diuiſione, ac feudi natura, iam ratio ordinis poſtulat, vt reliqua nunc explicentur, quibus modis id ius adquiratur & conſeruetur & amittatur. Sed prius de feudi Conſtitutione explicandum, quia & ea quodammodo pertinet ad feudi naturam. Conſtitutionis feudi tres ſunt partes conſiderandæ, quarum prima in perſonis, altera in rebus, tertia in modis eſt poſita. De perſonis eſt duplex conſideratio, vna dantium feuda, altera accipientium. Et primum quidem de ijs qui feudum conſtituere poſſint. Perſonarum autem à quibus feudum conſtitui poteſt ſummo genere, duplex eſt ordo. vel enim ſunt eccleſiaſtici, vel laici, ſiue ſeculares. Hæc enim diſtinctio Chriſtianorum in clericos & laicos eſt peruetuſta, teſte Tertulliano. Eccleſiaſtici igitur feudum conſtituere poſſunt. Primò Pontifex Maximus. Deinde Epiſcopi, Tertiò Abbates & Prælati & Præpoſiti. de quibus videatur titulus, qui feud. dar. poſſ. Inter eos autem eſt obſeruanda hæc differentia, quod Pontifex cuiuslibet Eccleſiæ feuda conſtituere poſſit, reliqui non niſi ſuæ. ita Canoniſtæ, & potiſſimum Felinus *ad c. audientiam, ext. de reſcript. Præpoſitus ad c. 1. qui feud. dar. poſſ.* Poſſunt igitur Eccleſiaſtici feudum conſtituere illis, de quibus modis dictum. Sed res ſolitas infeudari etiam ſine conſenſu Capituli. *arg. c. 1. §. in clericorum, ſi de inueſti. inter dom.* His autem quæ dicta ſunt, obſtare videtur, quod dicitur *lib. 2. tit. 9.* vbi videtur inhiberi Clericis, ne res Eccleſiaſticas in feudum dare poſſint, ſed hoc nonnulli tantum de Mediolanenſi accipiunt, alij de illis qui res Eccleſiæ dilapidant, & proinde in feudum eas dare prohibentur *arg. c. vlt. ext. de accuſat.* Hinc & quæſtio exiſtit, an Epiſcopus poſſit ſuis agnatis res Eccleſiæ in feudum dare, de qua quæſtione latè Curtius *part. 2. quæſt. 6.* & obtinuit, hodiè poſſe. quamuis Imperator Iuſtinianus *nou. 90.* interdixit œconomis eccleſiarum, ne ipſi ſuis liberis aut agnatis res Eccleſiæ dent in emphyteuſin, à qua Emphyteuſi ad feudum ſolet argumentum duci. *vide Borchold. de feud. c. 3.* Quęritur quoque, an vacante Eccleſia poſſit Capitulum res Eccleſiæ infeudare, & plerique aiunt poſſe. *Panorm. ad c. 1. ne ſed ſi vac. Fel. latè ad c. edoceri de reſcript.* Planè inferiores Prælati, vt & Abbates illi, non poſſunt infeudari, ſine conſenſu Capituli *Dd. ad c. 1. qui feud. dar. poſſ.* Obſeruanda hic eſt diſtinctio noui & veteris feudi. Nam in veteri plus licet Epiſcopis

Digitized by Google

& Prælatis, atq; in nouo. Vnde ſine cōſenſu capituli Epiſcopus noua feuda dare nō poteſt: antiqua cōcedere poteſt, & ſic videtur fortè intelligendus *Zaſ. de feudis c.5.n.47.& ſeqq.* ratio differētiæ eſt, quia primo caſu infeudatio eſt quędā alienatio, quę alienatio in reb. eccleſiaſt. nō temerè eſt cōceſſa, vt ſup. in *non.S.* monuimus. In caſu tamē neceſſitatis poteſt epiſcop' cū capituli cōſenſu noua feuda cōſtituere. *Bald. in d.c.1. qui feud. dar. poſſ. c. ad noſtrā ext. de reb. eccl. nō alien.* Qđ aūt ad bona propria epiſcoporū & prælatorū attinet de his ius eſt certū, & conſtat inter oēs poſſe eos iſta in feudū dare cuilibet, quia quoad hæc bona ꝑ laicis habētur, *c.1. de cler. qui inueſt. &c.* Etſi autē vt dictū, vetera iura epiſcopi cōcedere poſsint, atq; ita alios de his denuo aſſumere vaſallos, tamē innouare in pręiudiciū eccleſiæ nō poſsūt v.g. vetera feuda maſculina, nō poſsūt noua inueſtitura facere muliebria *ita feudiſt. add. c.1. & c.1. § ſimiliter de l. Conrad.* eā ſententiā multis argumētis cōprobat *fulgoſ. conſ.10.* quāuis eius ſententiam Ioan. Calder. impugnet *conſ.11.* Quæritur hoc loco an feudū ab anteceſſore epiſcopo alicui promiſsum ſed nondū traditū, ſucceſſor epiſcopi confirmare teneatur & de eo vaſallū inueſtire, maximè ſi ꝓmiſsū ſit etiānum ſuperſtite priore vaſallo: mos .n. inualuit vt hęc beneficia & petātur & cōcedantur alijs, ſuperſtite licet adhuc vaſallo, ſed iā ætate cōfecto, & vltimo ſui generis. de quo *init. tit. lib.1.t.2.* Hic notandū eſt, per Vrban. II. vel ſyn. Placent. conſtitutū eſſe nō licere amplius epiſcopis, vel alijs pręlatis prædia eccleſ. iterū in feudū dare. de cuius cōſtitutione *eſt t.6. lib.1. & c. nullus, quod eſt Vrb. diſt.80.* Quod aūt attinet ad munera & beneficia eccleſ. ſiue dignitates, vt epiſcopatus, abbatias, præpoſituras, olim quidē earū dignitatū inueſtituras à principe petebāt eccleſiaſtici, vt videre eſt in ll. Carol. magn. *t.2.c.6. & in francicis lib.4.c.49.* Sed per Greg. VII. id grauiter interdictū. *c. ſi quis deinceps 16.q.7.* Qua in re adhibēda eſt hęc diſtinctio, vt regalia quæ epiſcopi nihilominus habēt, vel ſibi deberi contēdant, ea ab Imp. petāt, vt alij duces Imperij *lib.1 feud.t.14. & lib.2.t.34.c.2.* ſic .n. tandē inter Pontif. & Imp. res eſt tranſacta. De qua cōpoſitione inter Henric. & Pontif. Calixt. videatur *Crant. lib.5. ſaxoniæ c.43.* atq; hæc de clericis ſiue perſonis eccleſiaſt. qui feudū dare poſsint. Nunc de laicis videamus. & primo de Imp. itēq; de Cæſare ſiue Rege Roman. de quibus cōſtat eos feuda cōſtituere poſſe nō modo de priuatis predijs ſuis, ſed etiā de imperialibus *c.1. quis dicatur dux vel march.* princeps .n. horū beneficiorū militariū fons eſt & author. Idē eſſe in alijs principibus ſiue ſummis regibus qui ſuperiorē nō agnoſcūt, certū eſt, ſed feudorū ſiue beneficiorū genera quæ princeps cōſtituit, alia dicūtur regalia, alia nō regalia. illa ſolus Imp. quive par titulo & ſummā inter ſuos imperij vim cōſtituere poteſt *c.1. de feud. marchiæ.* Cuius generis ſunt regna, ducatus, marchionatus, comitatus quibus par eſt Baronatus. In his feudis regalibus ſiue ex eorū numero erāt olim & eccleſiaſtica beneficia tā ſecularia, vt epiſcopatus, q̄ religioſa, vt abbatiæ & monaſteria de quibus copioſè *Hott. diſp. de feud. c.10.*

Digitized by Google

ſed hodie *ex c.ego ext.de iurei.* nõ Imperatori ſiue principi, ſed Papæ iurãt fidelitaté Epiſcopi,excepto principatu & feudo ciuili ꝙ eccleſiaſtici tenẽt à principe.Ciuilia igitur feuda hęc ſumma,quæ vocãtur regalia,dat ſolus Imp.ſiue princeps.Nã eius eſt vnũ & plures,& marchiones & comites cõſtituere:ducis aũt nõ eſt,*t.1.lib.1.*Poteſt aũt etiã Imp.minora feuda cõſtituere,quæ ſunt ſine dignitate,huiuſmodi ſunt ea quæ nobiles tenẽt. Nos vocamus huiuſmodi vaſallos Landtſeß/ & eorũ feuda Landſeſſorias. In libris feudorũ triplex eſt ordo.alij.n.Capitanei dicũtur;alij Valuaſores,alij Valuaſini.Et hi oẽs feudũ cõferre poſsũt.*t.10. lib.2.* Capitanei ſunt Duces, Marchiones,Burgrauij,Pfaltzgrauij &c. Valuaſores dicuntur qui ab ipſis feudũ accipiũt *t.1.lib.1.*per cõſequens Valuaſini,qui à Valuaſoribus feudũ accipiũt.An aũt hi minores, vt moribus noſtris, ſimplices nobiles feudũ cõſtituere poſsẽt:& dubitatur poſſe,quia militũ poteſtas nõ eſt penes hos minores Vaſallos ſiue Valuaſinos, ſed penes Imp. quãuis moribus fuerit receptũ, vt & maiores Vaſalli militẽ conſcribãt, minores tamẽ id ius nõ habẽt,& proinde nulla eſt ratio cur feuda cõſtituere poſſint.Sed in his libris Feudorũ,quia Vaſallorum ordo eſt triplex,Capitanei,Valuaſores,& Valuaſini,de duobus prioribus nõ dubitatur, de infimo verò ordine ſcribũt Feudiſtæ olim quidẽ nõ potuiſſe eos Feuda cõſtituere,id tamẽ moribus poſtea inualuiſſe,*tit.10.lib.2.* Nã eo peruentũ eſt,vt feuda ſaltẽ minora, quędã ſint quaſi patrimoniola.Et hinc eſt,quod quilibet etiã priuatus paterf.qui vel liberã ſuorũ bonorum adminiſtrationem habet,ea in feudum dare poſſe dicatur,*arg.c.1 §.noui per quos fiat inueſtit.*etiam ruſticus,*Bart.in §.marchio in fin.de his qui feud.dar.poſſ.* quod probatur præpoſ.& alijs feudiſtis, quos omnes adducit Tiraquel.*de nobilit. c.7.n.15.* Dixi(liberam ſuorũm bonorum)Ex quo patet pupillum,furioſum,prodigum,ſine tutore & curatore, feuda conſtituere non poſſe,cùm infeudatio ſit quædam alienatio,*l.vlt.C. de pact.inter emptor.& vend.*at illi nullam ſuarum rerum liberam habent ſine tutore & curatore adminiſtrationem:ideoq́ue ne quidem authore tutore id poſſunt ſine decreto, quia ſine decreto prædia pupillaria alienari non poſſunt.*tot.tit.Cod.de prædijs minor. Aluer.arg.c.1.qui feud.dar.poſſ.*quod tamen de feudo nouo accipiendum *d.c.1.§.noui.* nam vetus feudum etiam à pupillo concedi poteſt,quia hæc renouatio eſt conceſſio tantum feudi & non alienatio. ita ſentit Zaſius *part.5.n.87.Bald, Aluerot & alij ad d.c.1.§.noui.* Ab his tamen diſſentit Sonsbeck *tract.de feud.par.6.num.19.& ſeqq.*quo in loco contendit, neque à pupillo, neque ab adoleſcente vetus feudum concedi poſſe ſine conſenſu & authoritate tutoris vel curatoris. eius hoc potiſſimum eſt argumentum,quia pupillus nil gerere poteſt ſine tutore,niſi conditionem ſuam faciat meliorem *init. tit. inſt. de auth.tutor. l.obligare, §.pupillus,ff.eod.* Non ſatis eſt, inquit, non facere rem ſuam deteriorem hac conceſſione, ſed hoc amplius etiam meliorem facere debet,at concedendo,ſiue renouando non facit quidem deteriorem , ſed nec meliorem. Sed reſponden-

Digitized by Google

ff. de excuſat. tutor. Res igitur ſoli in feudum dari poſſunt, ſiue ſolo cohærentes, quas ſolo cohærentes interdum diſtinguunt à rebus ſoli, v.g. vt fundus ſit res ſoli, ſed villa in domo, vel quælibet domus aut ſuperficies, ſit ſolo cohærens. nam & in iure ſolo cohærere dicuntur ædificia, *l.1.§.2.& 4.ff. de vi & vi armata l.10. quia ff. quod vi aut clam.* Sunt quoque & res quæ licet propriè ſint mobiles, tamen immobilium iure cenſentur, vt ſunt penſiones annuæ, vel annonæ ciuiles, zinßſteur jairliche/ renthen/ *Noio. 7. vbi Bart. & nos diximus.* vide *Hottom. lib.1. obſ. c. 9.* Harum itaque rerum receptum eſt, vt feuda quoque conſtitui poſsint, vt inquam iura & obuentiones annuæ in feudum dentur. Quæritur an vſusfructus in feudum dari poſsit? & videtur non poſſe, quia ius iuris & vſusfr. ſeruitutis eſſe non poteſt, *l. 1. ff. de vſufr. leg.* verius tamen videtur & vſumfr. in feudum dari poſſe, & maximè moribus, cum vſusfructus iu multis caſibus pars dominij eſſe videatur, *l. 4. & 5. de vſufr. leg.* An autem decimæ in feudum dari poſsint? illud breui diſtinctione explicandum, vt ſcilicet dotę & à laicis poſſeſſæ ante ſynodũ Laterranenſem ab Alex. 3. habitam Romæ, imperante Friderico primo, poſsint ab illis poſsideri, & alijs quoque in feudum concedi, ſed ante eã ſynodum non datæ, non poſsint vlli in feudum dari, *c. cum apoſtolica ext. de his quæ fiunt à prælato.* Atque ita hac ætate à laicis decimæ poſsidentur ſub illo colore, quod ante eam ſynodum ſibi conceſſæ fuerint, quod præſumitur, ſi poſſeſsionem eam quæ memoriam hominum excedit, demonſtrare poſſunt. vide *Gregor. ſyntag. lib. 5. c. 8. n. 8. vide latius Borchold. ſuper hoc cap.*

DE MODIS ADQVIRENDI FEVDA, ET DE INVESTITVRA. CAP. VII.

NVnc quibus modis adquiratur feudum. Qnamuis nonnulli ſubtiliter differentiam faciant inter conſtitutionem & adquiſitionem feudi, cum aliud ſit conſtituere, aliud conſtitutam ſeruitutem adquirere; tamen cum ijſdem ferè modis conſtituantur, quibus adquirantur; ideo breuitatis ergò promiſcuè conſtitutionem & acquiſitionem ſumemus.

Adquirendi modos tres tradunt vulgo, Inueſtituram, præſcriptionem, & ſucceſsionem, *c.1.§.1. de fundi cognit.* Hottomanus putat, ſex eſſe modos adquirendi feudi, donationem, emptionẽ, permutationem, ſucceſsionem, præſcriptionem, & inductionem in poſſeſsionem, ſiue inueſtituram. Ego puto feudum, ſicut ſeruitus, vel inter viuos conſtitui ſiue adquiri, vel vltima voluntate ſiue per mortem. Inter viuos, vt donatione, emptione, pactis, inueſtitura, præſcriptione &c. vltima voluntate, vt ſucceſsione. Hos tres poſteriores modos explicare ſtatuimus, cæteri nulla explicatione indigent, videatur *tit. inſtit. & ibi interpp. de ſeruitut.* Inueſtitura, quæ ſignũ neceſſarium eſt feudi & ſine qua feudum nullo modo conſtitui poteſt, *c.1. quibus mod. feud. conſt. poteſt.* eſt duplex, propria & abuſiua *c.1. quid ſit inueſtit.* Propria inueſtitura, vt Obertus de orto definit, nihil aliud eſt quã poſſeſsio,

Digitized by Google

ſiue rei corporalis detentio, hoc eſt, propria inueſtitura eſt, quando dominus vaſallum, vel alium eius nomine, in feudi poſſeſsionẽ inducit. *Borch. c.7.nu.5. de feud.* Abuſiua verò inueſtitura eſt, quando haſta, vel aliud corporeum porrigitur vaſallo à domino pro inueſtitura, *d.c.1.quid ſit inueſtit.* Sed per abuſiuam inueſtituram poſſeſsio non transfertur, ſi res præſens non ſit, quamuis dominus vaſallum abuſiuè inueſtiens dixerit, ſe vaſallo poſſeſsionem tradere *Bald.in d.c.1.quid ſit inueſtit.* vnde neceſſe eſt, vt vaſallus abuſiuè inueſtitus, agat ad traditionem rei feudalis, *c. vnic.§. ſi facta de feudo defuncti ſit controuerſ.* quo caſu dominus præciſè ad tradendum obligatur, nec liberatur præſtando id quod intereſt, *d.§. ſi fact.* Hæc inueſtitura noui feudi peti debet præſentibus duobus paribus curiæ, *d. c. 1. quid ſit inueſtit.* Sed quo tempore, hoc in feudalibus, conſtitutionibus non eſt deciſum, intra quod tempus noui feudi inueſtitura peti debeat, ſed hoc tantum traditũ eſt, vaſallum cui dominus feudum promiſit, ad requiſitionem domini fidelitatis iuramentum præſtare debere: quod ſi vaſallus ter admonitus, fidelitatem domino facere recuſauerit, dominus poſtea vaſallum inueſtire non tenetur *c.vnic.§.1.quæ fuit prima cum beneficij,&c.* Antiqui verò feudi renouatio intra annum & diem peti debet, *c. 1.§ fin.de probib feud.alien.* quòd in priuatis vaſallis intelligunt. Milites autẽ vaſallos tradunt, intra annũ & menſem petere poſſe inueſtiturã, *c. 1. quo tempore miles.* quorum ſententia non probatur Cuiacio ibidem, qui verbum (menſem expungendũ putat, quaſi miles ibi pro vaſallo ſumatur, quamuis libenter Doctiſsimi Cuiac. ſententiæ inhærere vellem, ſciens quod ſæpè miles pro vaſallo ſumatur: tamen quia non facilè expungenda ſunt verba, ideo verba textus ſequi cogor. Porro facta inueſtitura tenetur vaſallus fidelitatem domino præſtare, *c.1.§.fin.de noua forma fidelit. præſt.* feudum enim propter fidelitatem & ſeruitia datur. *c.vnic.§.fin.per quos fiat inueſtit.* Si tamen inter dominum & vaſallum ab initio conuenerit, ne fidelitas prẹſtaretur, rata habebitur conuentio, poteſt namque pacto fidelitatis iuramentum remitti, d.§.fin. Formula autem iuramenti triplex in conſuetudinibus feudalibus reperitur: prima proponitur ſub titulo, qualiter iurare debeat vaſallus domino fidelitatem: ſecunda ſub titulo de forma fidelitatis: tertia ſub titulo de noua forma fidelitatis: & in effectu dictæ tres formulæ in vnum idemq; recidunt.

De præſcriptione feudi illud primò eſt intelligendum, feuda poſſe vſucapi, id eſt, vſu adquiri; ſed tria neceſſaria ſunt, primò poſſeſsio 30. annor. ſecundò animus vaſalli, tertio vt ſeruitium ſemel atque iterum præſtiterit, *c.1.§ ſi quis per 30. annos Mynſ.cent. 4.obſ.29.* Sicut autem vaſallus ita feudum adquirit poſſeſsione longiſsimi temporis: ita & contrà dominus contra vaſallũ adquirit ius, ſi quis ab aliquo tot annos receperit ſeruitia tanquã à vaſallo *Mynſ.d.obſ.29.* Quæritur de directo dominio feudi, id eſt, de proprietate feudi, an vaſallus eam vſucapere ſiue adquirere poſsit? & certum eſt non poſſe: quia vaſallus prædium feudale poſsidet nõ pro ſuo, ſed pro

alieno, ita autem poſsidens non vſucapit. *l.2.C.de præſcrip.30.annor.* vt notum eſt de Emphyteuta, de creditore, de colono &c. *l.10.de adquir.rer.dom.l.naturaliter 12.de adquir. poſſeſſ.* Sed de extraneo quæritur, cui vaſallus feudum vendidit vel donauit, an is feudum vſucapere poſsit, id eſt, vtile & directum dominium, prædium 30. annis poſsidendo, & dicendum quod non; quia feudorum alienatio vaſallo interdicta, ergo quo ad extraneum videtur vſucapi nō poſſe ob vitium rei. De ſeniore ſiue domino quæritur, an ab eo id vſucapi poſsit, puta eo caſu, quando vaſallo mortuo ſeruitium & fidelitatem recuſante, ad ſe feudum reuerſum eſt. Et quamuis cōmunis opinio neget à domino feudum vſucapi poſſe, excepto eo caſu, quando ſeruitiū à vaſallo per dominum poſtulatum fuerit, & non præſtitum; *arg.§.licet tit. 26. lib.2.* tamen zaſij affirmantis ſententiam in *Epit.feud.c.6.n.33.* Domini in Camera confirmarunt, vt ſc. à domino Agnati poſt curriculum 30. annorum repelli poſsint, teſtibus *Mynſing.cent.4.obſ.28.& Gail lib.2.obſ.60.*

Nunc de ſucceſsione feudi. Videndum autem primo, quid ſit ſucceſsio feudalis, id eſt, ſitne iuris, vel corporis, ſiue vniuerſitatis, ſiue ſingularis, vt empt. donat. legat. qui in iure dici ſolēt corporū ſucceſſores, non verò iuris vt eſt hæres. Nā videtur ſucceſsio feudalis nulla eſſe iuris, ſiue vniuerſalis, ſed corporis duntaxat, hac ratione; quia feudum non hæreditate, ſed beneficio ad vaſallum pertinet, inſtar quartæ arrogato debitæ, quę quarta non cenſetur pars hæreditatis arrogatoris, ſed vt æs alienum & arrogato debitum ex beneficio Imperatoris D.Pij, *l.8.§.ſi quis impubes ff.de fam.erciſc.* exemplo quoq; partis ex bonis liberti patrono debitæ, qui domino, vt & libertus vaſallo comparari ſolet. in qua parte patronus non eſt hæres ſiue iuris, ſed corporis ſucceſſor, *l.1.§.hæc actio ff.ſi quid in fraud.patron.* Item beneficium eſt militare, datur enim propter operam militarem, vt ſup. monuimus; in beneficijs autē perſonalibus nulla eſt ſucceſsio, *l.priuilegium de requi. reis.* Quare & olim nulla in feudis fuit ſucceſsio, *c.1.de feudi ſucceſſ.* quamuis verò poſtea paulatim cœpit eſſe ſucceſsio in feudis, ex antiquo tamen remanſit hoc primò quod tantum eſt ſucceſsio deſcendentium & collateralium, non ſuperiorum ſiue aſcendentium. Imò in aliquibus prouincijs, vt in terra Saxoniæ quoq; collateraliū nulla eſt ſucceſsio. quāuis igitur ſucceſsio ſit, nihilominus nō eſt hæreditaria, ſed vt ita dicā gentilitia, ex quo id ſequitur. primò, quod ad debita hæreditaria in feudo ſucceſſor nō teneatur, *niſi feudū ſit hæreditariū, & ſi ius ſit ſucceſſor, Mynſ.cent.3.obſ.63.& D.Gail li.2. obſ.154. Andr.de Hernia ad d.c.1.§.ſed hoc quoq; de ſucceſſ.feudi.* Sed hodiè omnia feuda principū, ſūt quaſi allodialia; ideo optimi agnati ſucceſſores æs alienū quandoq; maximè ob alimētationē factū, ſoluere nō recuſant, maximè ſi ex neceſsitate & vtilitate ſuadente, non dolosè ſiue in fraudem ſucceſſoris, contractum appareat, & ita tales principes ſemper creditores paratos inuenient. Eſt inueſtituræ ſiue conſtitutionis feudi ratio inprimis ſpectanda, etiam in hoc iure ſucceſſionis. Nam iure ciuili eſt duplex ſucceſsio, partem ex teſtamento, partim lege ſiue ab inteſtato.

cui moribus addita eſt tertia ſcilicet conuentionalis, quæ in feudis & a-ctibus matrimonij eſt vſitata. Et primo breuiter de teſtamento. Et conſtat in feudis locum non eſſe teſtamento, id eſt de feudo vaſallum teſtari non poſſe, *c.1.tit.8.lib.1.* quia feudum eſt beneficium, & res quædam gentilitia, & quaſi æs alienum agnatis aut familiæ debitum, quod ijs inuitis adimi non poteſt. Cur autem vaſallus poſsit feudum alteri inter viuos, & non teſtamento dare poſsit. Ratio eſt perſpicua, quia inter viuos plerumque alienatio conceditur facilius quàm morienti *inſt.d.l.ſuſ.can.toll.* Item reſoluto iure dantis, reſoluitur ius accipientis, vt infra. Sed de nouo conſenſu domini teſtari poteſt, hac ratione illo namque caſu liberis vel agnatis nullum ius eſt quæſitum. vnde quoque vni ex liberis feudum prælegari poteſt. huius regulæ de feudo vaſallum teſtari non poſſe duas adferunt interpp. exceptiones, vnam in feudo nouo, alteram in feudo alienabili, quodque vaſallus pro arbitrio alienari poſsit, *Zaſius in Epit. feud. c.8. in fin.* Proximum igitur, vt de feudi legitima ſucceſsione explicetur. Huius autem ſucceſsionis tres præcipuè ſunt ordines, parentum, liberorum & cognatorum. Quod ad parentes attinet, breuis eſt tractatio. hi enim nõ ſuccedunt in feudo, *c.1. de natur. ſuc. feudal.* ratio hæc eſt, quia hæc eſt mens ſenioris, ſiue domini feudum concedentis, vt mortuo ſine liberis vaſallo, idẽ feudum ad illum redeat, cumque ſit præter naturæ ordinem, vt parentes liberis ſuccedant, ideo de eorum ſucceſsione, cum feudalis ſucceſsio ſit ſtrictè interpretanda, non videtur cogitatum. Excipiuntur duo caſus, quibus pater liberis ſuccedit; primo ſi pater accepto feudo, id filio remittat & renuntiet, iſque filius ante patrem moritur, quo caſu morte filij feudũ ad patrem redijt, quia patris quodammodò feudum remanſit, *Mynſ. cent.3. obſ.93.* 2. quãdo filius reſpectu patris ob bene merita patris fuit inueſtitus, tunc quoque filio decedẽte, ſine hærede maſculo, pater in feudo ſuccedit. *Aluarot. in c.1. n.7. de ſuc. feudi.* Nunc de liberis, de quorum ſucceſsione latius diſſerere poſſemus, ſed nos beneuolum lectorem ad interpp. & præcipuè Borchold. remittentes, vno verbo dicimus, liberos tã per ſubſequens matrimonium, *Andr. de Her. in c.1. §. naturales n.8. ſi de feud. defuncti,* oblationem curiæ (& hoc ſi poſtquam pater filium curiæ obtulit, feudum adquiſiuit. *Sonſbek in com. feud. part.9. verſ. ſexto legitimati*) & per ſcriptum principis (ſi hoc nominatim actum ſit, *interpp. ad d. §. naturales*) legitimatos, quam legitimos & naturales ſimul (non legitimos tantum) tam conſanguineos, quam germanos parentibus in feudo ſuccedere, hoc ordine, vt puer gradu excluſis tamen fæminis, niſi aliter cõuentione vel moribus cautum, potior ſit iure, ſicuti in ſucceſsione ciuili in nou. 118. diximus. Nec obſtat, *c.1. §. naturales. ſi de feud. defuncti cont.* nam textus ille loquitur de naturalibus filijs, qui poſt delatam ſucceſsionem fiunt legitimi, illi in feudis non ſuccedunt. Sic etiam clerici & Monachi, licet poſtea deſinant eſſe monachi aut clerici, in feudo non admittuntur, vt doctiſsimus Cuiac. *in d. §. naturales docet.*

Digitized by Google

Nunc videamus quomodo collaterales in feudo ſuccedant. Sed hoc ſub triplici cōditione intelligendum eſt, primùm ſi fuerint agnati tranſuerſales, ſoli enim agnati in feudo ſuccedunt remotis cognatis. *c. 1. de nat. ſuc. feud.* propterea quod dominus, qui feudum vaſallo concedit, eligit familiam generoſam & fortem, & vult, vt qui ex illa familia ſunt, feudum habeant, excluſis ijs qui ſeorſim à familia naſcuntur. *Cuiac. ad c. vnic. de his qui feud. dar. poſſeſſ.* Secunda conditio, ſub qua tranſuerſales in feudo ſuccedunt, eſt, ſi feudum fuerit paternum ſiue antiquum, non etiam ſi fuerit nouum: etenim in feudo nouo tranſuerſales ſuccedere non poſſunt *c. vnic. §. fin. de ſuc. feud. c. 1. §. ſi duo fratres de feudo Marchiæ.* Denique tunc tranſuerſales agnati in feudo ſuccedunt, quando deſcendunt ab eo, qui primus feudum acquiſiuit. *c. 1. ſi capitanei de feudo March.* Et ſicuti in allodialibus ex diſpoſitione iuris communis, proximiores primò vocantur, excluſis remotioribus: ita quoque ſecundum conſuetudines Feudorum proximiores primo loco vocantur. *Rolandus à valle conſ. 67. n. 13.* & ſic deinceps iuxta iuris communis diſpoſitionem, præterquam quod frater germanus ſiue eorumque liberi, non excludant fratrem conſanguineum eiuſque liberos *Aluar, & communiter Feudiſt. in c. 1. §. his verò deficientibus de ſuc. feudi.*

DE MODIS AMITTENDI FEVDVM.

CAPVT VIII.

SOnsbeck ſeptem modos amittendi feudi adfert, alij plures, alij pauciores, vt Zaſius. Veri autem eius mihi hi eſſe videntur modi amittendi. Primus, mors vaſalli, ſecundus, vſucapio, tertius, rei ſeu prædij feudalis interitus, quartus comparatio dominij ſiue conſolidatio, quintus ceſſio ſiue refutatio, ſextus alienatio, ſeptimus deterioratio ſiue abuſio feudi, octauus prætermiſſio petendæ inueſtituræ ſiue renouandæ, nonus inficiatio ſiue abnegatio feudi, decimus ingratitudo, vndecimus crimen publicum, duodecimus vitium ſiue inhabilitas perſonæ, quæ eſt quaſi mors quædam ciuilis. Primum igitur morte feudum amittitur, vel potius finitur ex priſtino & antiquo iure & natura feudorum, quo feuda non erant perpetua, ſed ad vitam duntaxat, vt vſusfr. & alia perſonarum beneficia *l. 1. C. de vſufu. l. 1 ff. de iur. immunit. l. priuilegia ff. de reg. iur.* Hodiè autem quia feuda ſunt perpetua prima hæc cauſa non amplius habet locum, niſi in nouo feudo vaſallo ſine liberis mortuo. Altera cauſa amittendi eſt vſucapio, ſi dominus feudario prædio, vt proprio & allodiali, longiſſimo tempore, tacente vaſallo vſus fuerit, vt ſupra demonſtrauimus. Tertia cauſa nobis eſt interitus, ſicut in vſufr. & emphyt. *§. fin. inſt. de vſufr. l. 2. C. de iur. emphyt.* cuius fortè ideo à feudiſtis nulla fit mētio, cùm in feudo duplex ius conſideretur, perſonæ vt obſequium, rei vt vſusfr. & proinde videri poterat, extincta licet re feudali, tamen nō extinctum eſſe planè feudum quoad ius perſonæ. Sed quia ob rem præſtatur officium, ideoque ad officium & operam vaſallus non videtur amplius teneri re extincta. Quarta

Digitized by Google

cauſa eſt conſolidatio proprietatis, nimirum ſi vaſallus rei proprietatem conſequatur, vel vſucapione, donatione, emptione, alijsque modis quibus dominium adquiri poteſt, quemadmodum & in vſufructu & emphyteuſi accidere ſolet. Quinta cauſa, eſt ceſsio ſiue refutatio, quamuis enim vſufructuarius cedendo extraneo nil agat, *§. finitur, inſtit. de vſufr.* tamen aliud eſt in feudo receptum. ſiue enim quis domino ceſſer t, vel alteri feudum inuito domino refutauerit, feudi amiſsione plectitur: quamuis ſi feudum fuerit antiquum, noceat refutatio tantiſper, donec refutans viuit, & mortuo refutante feudum ad agnatos vel eius liberos rurſus deuoluitur: reſoluto enim iure dantis, reſoluitur ius accipientis *Zaſ. in epitom. de feud. part. 10. numer. 88.*

Ratio differentiæ eſt, quia refutatio eſt alienatio, quæ eſt ſexta cauſa amittendi beneficij, at per alienationem dominus contemni videtur, *capite 1. in principio, quæ fuit prima cauſa beneficij amittendi.* vnde ſi quis ſine conſenſu tacito vel expreſſo domini rem efficaciter alienauerit, plectitur amiſsione feudi *capite 1 de vaſallo qui contr. conſtit: lothar. benef. alien. Iul. clarus. in §. feudum, quæſtione trigeſima prima, numero ſeptimo. vide ad longum Borcbold. de feud. capite octauo.*

Septima cauſa, eſt deterioratio, ſiue abuſio feudi, ſi vaſallus feudo abuſus fuerit. *c. Fredericus § quicumque* aduocatiam de pac. tenenda. *Zaſius in epitom. par. 10. concluſione octaua.* abutitur verò vaſallus feudo, ſi male tractet ſubditos, ſi deſtruat, & diſsipet bona feudalia, ſi arbores fructiferas incidat. *Matth. de Affl. deciſione 265. numero 72. cum ſeq.*

Octaua cauſa, eſt prætermiſsio inueſtituræ petendæ, aut renouandæ intra tempus præfinitum, quod regulariter eſt annuum, vnde ſi vaſallus mortuo ſeniore, feudi renouationem prætermiſerit petere intra annũ & diem, poſtquam ſciuit dominum eſſe mortuum, vel ſi vaſalli ſucceſſores inueſtituram intra illud tempus petere neglexerint, feudo cadunt *c. 1. quæ fuit prima cauſa benef. cap. 11. V. præterea titul. 55. lib. 2.* Ratio huius cauſæ eſt, tum quia dominum contemnere, tum quia feudum ſibi vſurpare & inficiari videtur. excipitur pupillus *d. V. præterea* de minore quæritur: & vulgo obtinuit poſſe, quia minoribus non currunt tempora *l. vlt. C. de temp. in integ reſt.*

Sunt & aliæ cauſæ, quibus vaſallus excuſatur de non petita intra præſcriptum tempus renouatione feudi, vt inimicitia capitalis, abſentia reipubl. cauſa, mors ſiue ſenioris, ſiue domini. v. g. ſi dominus à quo eſt petenda inueſtitura intra annum moriatur, vel ipſe vaſallus qui petere debebat, tunc integer annus ad petendam competit, excepto feudo nouo, in quo acceſsio temporis locum habet, id eſt: ſi pater inueſtitura dilata ſex menſibus moriatur, non integer annus, ſed ſex menſes reliqui filio conceduntur ad pet. inueſtit. *vide Gail. lib. 2. obſeru. 150. & c. 1. quo temp. miles.*

ſunt

Digitized by Google

ſunt & aliæ, vt peſtilentia, bellum, &c. vide latius Borchold *in c. 8. in h.tract.* Nona cauſa, eſt abnegatio feudi, hoc eſt, ſi vaſallus neget ſe eſſe vaſallum, & feudum ſibi vendicet, vt allodium & patrimonium. *c, 2. §. vlt. de leg. Conradi.* ad quam cauſam pertinet quoque recuſatio operæ & hominij. hæc enim ferè concurrunt, inficiari & negare dominium, hominium & operam. Ratio huius cauſæ eſt perſpicua & iuri ciuili conſentanea, quo inficiatio & mendacium variè puniri ſolet, *l. vlt. ff de rei vendic. l. Neratius §. hæc actio, ff. ad l. Aquil. l. 1. §. 1. ff. de depoſ. auth. contra, C. de fideiuſſ.* inficiator enim furi comparatur. *l. inficiator 52. ff. de furt.* Decima cauſa eſt ingratitudo. Sunt autem multæ ſpecies ingratitudinis: quarum prima eſt, ſi vaſallus non imprudens manus in dominum intulerit, puta ſi dominum pulſauerit, occiderit, vulnerauerit. *c. 1. tit. 57. lib. 2.* Secunda eſt, impugnatio ſiue obſeſſio arcis in qua dominus eſt *c. 1. tit. 5. lib. 1. tit. 57. lib. 2.* tertia eſt deſertio domini, aut ſi dominum mortiferè aut lethaliter vulneratum dimiſerit in prædio. *c. 1. quib. mod. feud. amitt. c. 1. § fin. de feud.* ſiue culp. non amitt. vel ex carcere cùm potuerit, non liberauerit, *c. 1. V. ſi cognouerit quæ fuit prim. cauſa benef.* Quarta ſpecies eſt, ſi domino inſidiatus fuerit, vel coniurationem ab alijs in dominum factam, ei non indicauerit, *tit. 57. lib. 2. & tit. 51. ſi voluerit lib. 2.* Quinta eſt amicitia & conſpiratio cum inimicis domini, *capit. 1. quot teſtes ſunt.*

Sexta eſt accuſatio domini in cauſa capitali. ſeptima eſt teſtimonij fictio contra dominum in ſimili cauſa *tit. 34. §. 4. lib. 2.* Octaua eſt iniuria ſiue contumelia verborum, multoque magis libelli famoſi & reales iniuriæ, vt in prima ſpecie d. Nona eſt enunciatio arcani ſibi à domino commiſſi *tit. 5. lib. 1.* quod crimen in re militari eſt capitale, vt ſi quis hoſtibus ſecreta renunciet. *l. 6. ff. de re milit.* Decima eſt contumacia, id eſt, ſi vaſallus euocatus in ius non velit ſe ſiſtere, quod Feudiſtæ appellant iuſtitiam non facere, *t. 5. lib. 1.*

Vndecima ſpecies ingrati vaſalli eſt, attentatio pudicitiæ domini, vxoris, filiæ, ſocrus, & nurus, &c. quod à Feudiſtis cucurbitatio dicitur. *c. 1. tit. 5. & §. 2. tit. 2. lib. 1.* & hoc ad ſororem domini ſiue virginem quæ adhuc in capillo eſt, id innuptam porrigitur. *c. 1. §. 2. quæ fuit prim. cauſ. benef. amitt.* ad viduam domini idem producitur, ſed tantum intra annum ſiue tempus luctus. *Zaſ. part. 10. numer. 27.* quæ reſtinctio non videtur ſatis iuri conſentanea, quo vidua toto viduitatis tempore iure prioris mariti fruitur, & quaſi de eius familia eſſe cenſetur. *l. vlt. C. de bon. mater. l. filij, §. vidua, ff. ad l. municip.*

Duodecima ſpecies eſt, ſi filium qui domino grauem iniuriam intulit, ad dominum deprecandi, vel excuſandi cauſa non adduxerit: Nam hoc caſu vaſallus pater ipſe iniuriam feciſſe videtur, *Sonsbeck parte 12. numer. 72. & ſequentibus.* At hæc de ſpeciebus ingrati vaſalli.

Vnde-

Iam de act. patroni, cui inprimis competit actio operæ. *l. 1. ff. de bonis libert. l. 2. ff. de oper. liber.* Altera eſt actio ingrati, ex crimine ingrati, cuius nomine malè volunt condictionem ob cauſ. competere, cum illa non domino (nemo enim rem ſuam condicit, niſi à fure, *§. ſic itaq; inſt. de act.*) ſed non domino competat, alij rei vindicationem vtilem dandam putant. *Duar. in cap. 19.* ſed quia per exceptionem doli aut in factum repelli poteſt, *arg. l. 1. §. 2. ff. de ſi perſ.* ideo dicendum eſt, actionem ingrati ad reuocandum feudum, eſſe inſtituendam, exemplo donat. *l. his ſolis, C. de reuoc. donat.* An autem hæc actio competat hæredi, & in hæredem: puta, ſi ſenior ſcienter feudum ob crimen commiſſum non reuocarit, an hæres eius reuocare poſſit. vel ſi à Vaſallo non ſit reuocatum, an ab eius hærede reuocari poſſit: & conſtat actiones ad vindictam tendentes, ſicuti actio iniuriarum morte extingui *l. 1. C. de reu. don. l. 2. C. de coll.* Aliquando quoque rei vindicatio domino competit, vt ſi dominus dicat prædium planè non eſſe feudale, ſed ſuum; poſſeſſor autē contra, aut ſuum eſſe dicat. aut feudale. *vide Sonsb. p. 13. n. 73. Iſer. in c. 1. t. 42. lib. 2.*

Nunc de altero membro, quod eſt de iudice ſiue foro competente. de quo valdè interpretes diſputāt, *Curt. p. 7. Zaſ. par. 11. Duar. c. 20. Sonsb. p. 14. Mynſ. c. ext. 5. obſ. 5. Cuiac. ad tit. 13. & ſeq. lib. 2.* nos breuiter dicamus cauſarum feudalium ſeniorem, tam laicum inter Clericos, quàm clericum inter laicos, *c. ex tranſmiſſa. ext. de for. comp.* iudicem competentem eſſe, non autem aliarum cauſarum, quarum non ſenior. ſed ordinarius iudex eſt, *§. ſi fuerit. tit. 34. li. 2.* vt ſi duo inter ſe litigent, quorum alter allodium, alter feudum eſſe contendat, *vt Zaſ. p. 11. n. 10. & conſ. 8. n. 13. lib. 2. Innoc. & alij Canoniſtæ ad c. cæterum, ext. de for. comp. Mynſ. cent. 1. obſ. 99.* Si verò controuerſia oriatur inter dominum & vaſallum de iure feudi, num ſit feudum nouum, vel vetus, non ipſe dominus erit iudex, quia nemo ſibi ius dicere poteſt. *tot. tit. eod. ne quis in propria ſua cauſ. &c.* ſed pares curiæ, qui **Lehnmenner** appellantur, *lib. 1. tit. 10. & tit. 22. §. 3. lib. 2. Mynſ. cent. 5. obſ. 75. n. 1. & cent. 1. obſ. 99. Punor. ad d. c. cæterum.* Nō autem omnes pares curiæ iudices ſimul ſunt, ſed dominus ex paribus eligit vnū, duos, vel tres; vel etiam plures ſi voluerit, & deinde Vaſallus totidem eligit, *c. 1. de contr. feudi apud pares. Iul. clar. in § feudum. q. 90. n. 2. Gail lib. 2. obſ. 34.* Numerus tamen parium in arbitrio domini eſt *Hart. Hart. pract. obſ. de feudis, obſ. 23.* Quod ſi verò pares curiæ aliquo modo fuerint ſuſpecti, & cauſa ſuſpicionis ſit rationabilis, tunc iudices non erunt inter dominum & vaſallum, ſed ordinarius cognoſcet, quia in feudis in defectum parium, Ordinarius eſt iudex ſubſidiarius. *Bald. in c. vnic. An apud iudic.* Atque hactenus de altero membro. Nūc ad tertium, quod eſt de probationibus. Sed circa hoc multa iura ſingularia obſeruātur. Primò etſi ferè de iure duo tantū ſint genera probationum, teſtes & inſtrumenta; tamen hoc iure ſunt & alia, iuſiurandum, exploratio quæ fit per flammam, vel per aquam gelidam, ſiue feruentem, &c. ſed hæc ſunt potius defenſiones, & exploratio per Lo

SVMMA

IVRIS CANONICI,

IN LIBROS QVINQVE DECRETALIVM GREGORII IX. PONTIFICIS.

AVTHORE

IOHANNE PHILIPPO STEINHAVSSEN, I. V. D.

Cum Indice Titulorum Rubricæ Decretalium.



COLONIAE AGRIPPINAE,

In Officina Balthaſaris Clypei, ſub ſigno Arboris.

ANNO M. DC. IIII.

Digitized by Google

TITVLORVM QVINQVE LIBRORVM DECRETALIVM GREGORII, INDEX ALPHABETICVS.

A

ACcuſationibus, inquiſitionibus, & denũciationibus, lib. 5. tit. 1
Adulterijs & ſtupro lib. 5 tit. 16.
AEtate, & qualitate, & ordine præficiẽdorum lib 1. tit. 14
Alienatione iudicij mutandi cauſa facta lib. 1. tit. 42.
Appellationibus, recuſationibus &c. lib. 2. tit. 28
Apoſtatis & reiterantibus baptiſma lib. 5 tit. 9
Arbitris lib. 1 tit. 43
Auctoritate & vſu pallij lib. 1. tit. 8.

B

BAptiſmo & eius effectu lib. 3. tit. 42
Bigamis nõ ordinandis. lib. 1. tit. 21

C

CAlumniatoribus lib 5. tit. 2
Capellis monachorum, &c. lib. 3. tit 37
Cauſa poſſeſſionis & proprietatis. lib. 2. tit 12
Celebratione miſſarũ & ſacramento Euchariſtię, & diuinis officijs lib. 3. tit. 41
Cenſibus, exactionibus, & procurationibus. lib. 3 tit 39
Clandeſtina deſponſatione l. 4. tit. 3
Clericis peregrinis lib. 1. tit. 22.
Clericis peregrinantibus li. 2. tit. 29
Clericis coniugatis lib. 3. tit. 3.
Clericis non reſidentibus in eccleſia vel præbenda lib. 3. tit. 4
Clericis pugnantibus in duello li. 5. tit. 14
Clerico ægrotante vel debilitate l 3 tit. 6
Clerico venatore lib. 5. tit. 24
Clerico percuſſore li. 5 tit. 25
Clerico excommunicato, depoſito, vel interdicto miniſtrante lib. 5 tit. 27
Clerico non ordinato miniſtrante lib. 5. tit. 28
Clerico per ſaltum promoto lib 5. tit. 29
Cognatione ſpirituali. lib 4. tit 11.
Cognatione legali lib. 4 tit 12
Cohabitatione clericorum & mulierum lib. 3 tit. 2
Colluſione detegenda. lib. 5. tit 22
Commodato lib. 3 tit. 15
Conceſſione præbendæ & eccleſiæ non vacantis lib. 3. tit. 8
Cõditionibus appoſitis in deſponſatione, vel in alijs contractibus. lib. 4. tit. 5
Confeſſis lib 2. tit. 18
Confirmatione vtili, vel inutili l 2. tit. 30
Coniugio leproſorum lib 4. tit. 8
Coniugio ſeruorum li. 4. tit. 9
Conſanguinitate & affinitate l. 4. tit. 14
Conſecratione eccleſiæ vel altaris. lib. 3. tit. 40
Conſtitutionibus lib. 1. tit. 2
Conſuetudine lib. 1. tit. 4
Conuerſione coniugatorum lib. 3. tit. 32
Conuerſione infidelium lib. 3. tit. 33
Corpore viciatis ordinandis, vel non lib. 1. tit. 20
Crimine falſi lib 5. tit. 20
Cuſtodia Euchariſtiæ, chriſmatis, & aliorum ſacramentorum lib. 3. tit. 44

D

DEcimis, primitijs, & oblationibus lib. 3 tit 30
Delictis puerorum lib. 5. tit. 23
Depoſito lib. 3. tit. 16
De deſponſatione impuberum l. 4. tit. 2
Digamis lib. 1. tit. 21
Dilationibus lib. 2. tit. 8
Diuortijs lib. 4. tit. 19
Dolo & contumacia lib. 2. tit. 14
Donationibus lib 3 tit. 24
Donationibus inter virum & vxorem, & de dote poſt diuortium reſtituenda lib. 4. tit. 20

Eccle-

E

ECcleſijs ædificandis vel reparandis lib 3.tit.48
Electione & electi poteſtate. lib.1.tit.6
Emptione & venditione lib.3.tit.17
Eo, qui mittitur in poſſeſſionem cauſa rei ſeruandæ li.2.tit.15
Eo, qui duxit in matrimonium, quam polluit per adulterium lib.4. tit 7
Eo, qui cognouit conſanguineam vxoris ſuæ, vel ſponſę lib.4.tit.13.
Eo, qui ordinẽ furtiuè ſuſcepit l.5.tit.30
Exceptionibus lib.2.tit.25
Exceſſibus prælatorum &c.lib.5.tit.31

F

FErijs lib.2.tit.9
Feudis lib.1.tit.20
Fide inſtrumentorum lib 2.tit.22
Fideiuſſoribus lib 3 tit.22
Filijs presbyterorum ordinandis, vel nō lib.1.tit 17
Foro competenti lib.2.tit.2
Frigidis & maleficatis,&c.lib.4.tit.15
Furtis lib.5.tit.18

H

HAEreticis lib.5.tit.7
His,quæ vi metuſve cauſa fiunt lib.1.tit.40
His quæ fiunt à prælato ſine conſenſu capituli lib.3.tit.10
His quæ fiunt à maio.parte &c.l. 3.tit. 11
His qui filios occiderunt.lib.5.tit.10
Homicidio voluntario vel &c. libr. 5. tit.12

I

IMmunitate eccleſiarum, cœmeterij & rerum ad eas pertinentium. lib.3. tit. 49
Infantibus & languidis expoſitis l. 5. titul. 11
In integrum reſtitutione lib. 1. tit 12.
Iniurijs & damno dato lib.5.tit 36.
Inſtitutionibus.lib.3.tit 7.
Iudæis & Sarracenis, & eorum ſeruis li. 5.tit.6
Iudicijs lib.2 tit.1
Iuramento calumniæ lib.2.tit.7
Iureiurando lib.2.tit.24
Iure patronatus lib.3 tit 38

L

LIbelli oblatione lib.2 tit.3
Litis conteſtatione lib.2.tit.5
Locato,& conducto libr.3.tit 18.

M.

MAgiſtris, & ne aliquid exigatur pro licentia docendi libr.5.tit.5
Maioritate & obedientia libro 1. tit 34
Maledicis lib.5.tit.26
Matrimonio contracto contra interdictum eccleſiæ lib.3.titul.16
Mutuis petitio.li.11 tit.4

N

NAtis ex libero ventre lib.4.titul 10
Ne clerici vel monachi ſecularibus negocijs ſe immiſceant. libr. 3. titul.1
Ne prælati vices ſuas vel eccleſias ſub annuo cenſu concedant lib.3.tit.4
Ne ſede vacante aliquid innouetur lib. 3.tit.9
Noui operis nunciatione libr. 5. titul. 32

O

OBligatis ad ratiocinia ordinandis, vel non lib.1.tit.19
Obſeruatione ieiuniorum lib 3. titul. 46
Officio archidiaconi lib 1.titul.23.
Officio archypresbyteri libr.1.tit24
Officio primicerij libr.1 tit.25
Officio ſacriſtæ li.1.tit.26
Officio cuſtodis lib.1 tit.27.
Officio vicarij lib.1.tit.28.
Officio & poteſtate iudicis delegatis lib. 1.tit.29.
Officio legati lib.1.tit.30
Officio iudicis ordinarij lib.1.tit.31
Officio iudicis lib.1.tit.32
Ordinatis ab epiſcopo, qui renunciauit epiſcopatui lib.1.tit.13
Ordine cognationum lib.2.tit.10

P

PActis lib.1 tit.55
Parochijs & alienis parœchianis lib. 3 tit.29
Peculio clericorum.lib.3.tit.25
Pignoribus & alijs cautionib.lib.3.tit.21
Plus petitionibus.lib.2.tit.11
Pœnis lib.5.tit.37.
Pœnitentijs & remiſſionibus lib.5.tit.38
Poſtulando lib.1 tit 37
Poſtulatione prælatorum lib.1.tit.5
Præbendis & dignitatibus lib 3 tit.5
Precarijs lib.3.tit.14
Presbytero non baptizato lib 3 tit.43
Præſcriptionibus lib.2 tit.26
Præſumptionibus lib 2.tit.23
Priuilegijs & exceſſibus priuilegiatorum lib.5.tit 33
Probationibus lib.2.tit,19
Procuratoribus lib.1.tit.38
Purgatione canonica lib.5.tit 34
Purgatione vulgari lib 5 tit.35
Purificatione poſt partum lib.3.tit.47

Q

QVi clerici vel vouentes matrimoniũ contrahere poſſunt.lib.4.tit.6
Qui matrimonium accuſare poſſunt,vel contra illud teſtificari.lib 3 tit.18
Qui filij ſint legitimi.lib.4 tit.17

R

RAptoribus,incendiarijs, & violatoribus eccleſiarum lib 5.tit.17
Rebus eccleſiæ alienandis.&c.lib 3.tit.13
Regularibus & [illegible]ibus &c. l.3 tit.31
Regulis iuris lib 5.tit.40
Religioſis domibus.vt epiſcopis ſint ſubiectæ lib 3.tit.36
Reliquijs,& veneratione &c.lib.3.tit.45
Renunciatione lib.1.tit 9
Rerum permutatione libr 3.tit.19
Reſcriptis lib 1.tit.3
Reſtitutione ſpoliatorum lib.2 tit.13

S

SAcramentis non iterandis lib 1.tit.16
Sacra vnctione lib 5.tit.15
Sagittarijs lib.5.tit.15
Shiſmaticis.l.5.tit.8
Scrutinio in ordine faciendo lib. 1.tit.12
Secundis nuptijs lib.4 tit.21
Sententia & re iudicata lib.2.tit 27
Sentententia excommunicationis. lib.5. tit 39
Sepulturis lib.3.tit 28
Sequeſtratione poſſeſſionum & fructuũ li.2.tit.17.
Seruis non ordinandis,&c.lib.1.tit 18
Simonia,& ne aliquid pro ſpiritualibus exigatur vel promittatur lib.5.tit 3
Solutionibus.l 3 tit.23
Sortilegijs.l 5.tit.21
Sponſalibus.& matrimonijs lib 4.tit.1
Sponſa duorum lib.4.tit.4
Statu monachorum,&c.l.3.tit.35
Succeſſionibus ab inteſtato lib 3.tit.27
Summa trinitate,& fide cath.lib 1.tit.1
Supplenda negligentia prælatorum lib. 1.tit.10
Syndico & actore lib.1 tit.39

T

TEmporibus ordinationum &c. lib. 1.tit.1
Teſtamentis , & vltimis voluntatibus lib.3.tit 26
Teſtibus & atteſtationibus. lib.2.tit. 20
Teſtibus cogendis,vel non lib.2.tit.21
Torneamentis.lib.5.tit.13
Translaction lib.1.tit.36
Translatione epiſcopi l.b.1.tit.7.
Treuga & pace.l.1.tit.34

V

VErborum ſignificatione l.5.tit. 40
Vita,& honeſtate clericorum. lib. 3 tit.1
Voto,& voti redemptione lib.3 tit.34
Vſuris lib.5.tit.19
Vt eccleſiaſtica beneficia ſine deminutione conferantur lib.3.tit.12
Vt lite non conteſtata non procedatur ad teſtium receptionem , vel ad ſententiam definitiuam lib.2.tit 6
Vt lite pendente, nihil innouetur lib. 2. tit.16

F I N I S.

Digitized by Google

PROOEMIVM DECRETAL. EPISTOL. GREGOGORII PAPAE IX.

1 *Canonicum vnde dictum.*
2 *Ius Canonicum quid.*
3 *An Imperator ſit ſubditus iuri Canonico.*
4 *Differentia inter finem Iuris Ciuilis & Canonici.*
5 *Cuius iuſſu hi libri compoſiti.*
6 *Quinam libri Iuris Pontificij authentici habeantur.*

IVRI Canonico daturum operam noſſe oportet, vnde talis
denominatio deſcendat,& quid illud ſit,quod ea denomina-
tione continetur. *Lancel.in inſtit.tit.1 lib.1.* Et quidem ius genera-
le eſt nomen:Canonicum verò dicitur à verbo Græco κανὼν,
quod latinè idem ſignificat quod regula. *c.canon, & c.regula, diſt.*
3. & quidem per Antonomaſiam regula eccleſiaſtica. *c.1.ext.de conſtit.* vnde
ius Canonicum vulgò dicitur, † quā denominationem ex eo accepit,quod 1
ex regulis priſcorum Patrum ad rectè viuendum inſtitutis collectum &
coaceruatum ſit. *c.2 diſt.3.* Eſt igitur ius Canonicum, † quod ciuium actio- 2
nes ad finem æternæ beatitudinis dirigit. *Lancel.d.tit.* Etſi canonis nomen
in iure variè accipiatur & vſurpetur. *c.fin.ext.de loc.l.fin.§.neceßitatem.C.de iur.*
Emphij: attamen vbi ſimpliciter Canonis mentio fit, neque ſubiecta mate-
ria aliud ſuadet,intelligimus canonem eccleſiaſticam conſtitutionem. *c.*
1.de conſtit.l.priuilegia.12.C.de ſacroſ.eccl. idque ob quandam excellentiam, vt de
iure ſuo ciuili loquitur Iuſt. *in § & populus.inſt.de iur.nat.gent.& ciu.* Dixi ciuiū,
hoc eſt,Chriſtianorum vel fidelium. nec enim regulariter infideles Papæ
aut iuri canonico ſubijciuntur,cum de his quæ extra nos ſunt, nihil ad nos
c.multi 2.quæſt.1. Sed an hæc appellatio † ciuiū includat etiam Imperatorē? 3
& non videtur,cum non ligetur coactiuè legibus. *l.Princeps ff.de ll.* ſed in cō-
cernentibus animam etiam Imperator vt & quilibet alius priuatus etiam
non ſubditus iuri Canonico & Pontifici ſubijcitur. *c.omnes de maior. & obed.*
c.duo ſunt.diſt 96.Nou 131.§1. vbi Iuſt.ait,Sancimus vicem legum obtinere ſan
ctas eccleſiaſticas regulas,quæ à ſanctis Concilijs expoſitæ aut firmatæ ſūt.
Nicæno ſcilicet,Conſtantinopolitano,Epheſino,Calcedonenſi.Prædicta-
rum enim quatuor Synodorum dogmata, ſicut ſanctas ſcripturas accipi
mus,& regulas ſicut leges obſeruamus. Huc quoque facit teſtimonium
Caroli Magni Imper.quod extat *in c.memoriam.diſt.19. & apud Nauclerum vol. 2.*
gent.28.& Can.nourom.in præm. inſt. ſuar. In memoriam, inquit, B. Petri Apoſt.
honoremus ſanctam Romanam & Apoſtolicam Sedem, vt quæ nobis Sa-
cerdotalis mater eſt dignitatis,eſſe debeat Eccleſiaſtica magiſtra rationis.
Quare ſeruanda eſt cum manſuetudine humilitas: vt vix licet ferendum
ab illa ſancta ſede imponatur iugum,tamen feramus & pia deuotione to-

4 Ieremus.Dixi æternæ beatitudinis. Ex quo patet differentia † inter finem
iuris ciuilis,& finem iuris Canonici: quia licet vtrunque ius intendat,
inducere homines ad bonum comune, differunt tamē in modo inducēdi,
Nam ius ciuile intendit hominem inducere in bonum cūmune,ſecundum
quod congruit humanæ ſocietati ciuiliter ac temporaliter viuenti:ſecun-
dùm quem modum ad ſuum finem promoueri poteſt per legalem iuſtitiā
& ciuilem amicitiam. Ius verò Canonicum intendit dirigere hominem
ad bonum commune ſecundum quod congruit humanæ ſocietati, non ſo-
lùm ciuiliter, ſed etiam Chriſtianè viuenti, & vitam aliam æternam ex-
pectanti:Et hunc finem non poſſunt homines conſequi per ſolam legalem
iuſtitiam & ciuilem amicitiam,ſed vlterius requiritur cœleſtis amicitia,
ſine qua non poteſt homo in Deum tendere.Sicut ergo potiſſima virtus,ad
quam conatur ius ciuile,eſt legalis iuſtitia & ciuilis amicitia : ita potiſſi-
ma virtus, ad quam conatur ius Canonicum, eſt ipſa cœleſtis amicitia,
quæ charitas appellatur. Eſt ergo ius canonicum quoddam mixtum, par-
tem capiens à iure ciuili,in quantum tractat de temporalibus, ſine quibus
ſpiritualia diu eſſe nequeunt,1.quæſt.3.c.ſi quis obiecerit partem ex Theo-
logia;in quantum ſcilicet intendit in finem æternæ beatitudinis, & ſpiri-
tualia ex parte ſpeculatur.Panormitan.in conſcrip. procem. decret. & in
c.qualiter & quando 2.ext.de Accuſ. *His præmiſſis, nunc ad ipſam rem
tranſeamus.*

5 Hi quinque libri Decretalium de mandato † Gregorij IX.per fratrem
ſeu magiſtrum Raymundum Capellanum & pœnitentiarium ſuum com-
poſiti ſunt.Cum enim Gratianus volumen illud ſuum Decretorum in lu-
cem edidiſſet circa annum milleſimum centeſimum quinquageſimum,
tanto plauſu ab omnibus,qui tum iuri operam dabant,exceptum eſt,vt re-
lictis Iſidori, Burchardi, Iuonis, & cæterorum decretis, ſolùm iam tum
6 Gratiani volumen præ manibus haberi cœperunt.Sed cum † aſſidua Sedis
Apoſtolicæ iuriſdictio & audientia, nouas quotidiè ederet Conſtitutio-
nes,nouaque conſilia quòd maximè ſub Alexandro tertio accidit, & quæ-
dam etiam à Gratiano viderentur ex antiquis Concilijs, & decretalibus
omiſſa; quidam Bernadus tunc præpoſitus,poſtea autem Epiſcopus Papien
ſis,nouas illas Decretales in vnum corpus redegit,& in libros & titulos
diſtinxit,additis & inſertis multis antiquorum Canonibus & epiſtolis, vt
Gregorij primi & aliorum.vt ex ipſius in eum librum præfatione liquet.
Illa vocata eſt compilatio prima à priuato tunc homine ſine mandato
vllius Pontificis facta,Secuta eſt deinde ſecunda compilatio à Magiſtro
Ioanne Galenſi, priuato etiam homine facta; à duobus antea Magiſtris
Gilberto & Alano tentata & inchoata.& hæ quidē duæ priores compila-
7 tiones vſque ad Innocentij tertij tempora pertingunt. Secuta eſt deinde †

tertia

tertia compilatio, primum quidẽ à Bernardo Archidiacono Compoſtelano priuata auctoritate tentata, & compilatio Voniana dicta, quod is eã Romæ feciſſet, poſtremũ à Petro Beneuentano ſubdiacono & Inocentij tertij notario, ipſius Innocentij iuſſu & mandato perfecta, vt ex ipſius Innoc. ad eam præfatione intelligitur. Scripſerunt quoque in illas tres compilationes, gloſſas eruditiſſimas veteres iuris interpretes, Laurentius, Vincẽtius, Alanus, Rogerius, Iacobus, Tancredus, qui copioſiſſimè omniũ is Bononienſis Archidiaconus fuit floruitque ſub Honorio tertio apud quem maximo fuit in honore. Vixerunt autem hi ante Iruerij & ſimilium qui ius ciuile illuſtrarunt, tempora. Cum autem tertia illa compilatio eas tantum conſtitutiones haberet, quas Innocentius vſque ad duodecimũ ſui Pontificatus annum ediderat, quemadmodum ipſemet Innoc. in illa compilatione præfatur; ſederit autem octodecim annos, Menſes ſeptem poſterioribus ſui Pontificatus temporibus diuerſas ad diuerſos epiſtolas conſcripſerit, omni iuris Doctrina, vt erat vir acerrimi ingenij, ſummæque doctrinæ, refertas; conuocauerit etiam Laterranenſe cõcilium, Pontificatus ſui anno decimo octauo: aliud quoque volumen poſterioribus eius Conſtitutionibus & Laterranenſis Concilij deputatum eſt. Hæc fuit quarta, eamque à Tancredo factam autumo. Poſtremo denique quinta compilatio acceſſit ab illo Honorio tertio, hoc eſt, eius iuſſu & mandato confecta, de ipſius Honorij conſtitutionibus. Declarat id epiſtola eiuſdem Honorij ad Tancredum ſuperius memoratum, in ipſius quintæ compilationis principio collocata. Nouiſſimè verò Gregorius nonus ipſius Honorarij tertij proximus ſucceſſor, præfatas quinque compilationes ſeu volumina, cum ſingula iterum volumina quinque libris diſtincta eſſent, in vnum volumen, idque quinque libris diſtinctum redigi iuſſit per Raymundum capellanum ſuum, eique volumini conſtitutiones à ſe editas adijci curauit, ſicuti in præfatione eiuſdem voluminis expoſuit. Hæc fuit ſexta & poſtrema compilatio, quæ breuiter, omnia, quæ intra octoginta plus minus annos à varijs Pontificibus Romanis decreta ſunt, complectitur, ab Alexandro tertio in quo deſinit Gratianus, ad Gregorium nonum. Hæc Contius in præfat. Decretal.

Hoc itaque volumen quinque libris diſtinctum cum Iuſſu Gregorij noni ſit per Raymundum confectum, rectè dici poteſt Codex Gregorianus, ſicut dicitur Codex Iuſtinianus, quia omnia noſtra facimus quibus auctoritatem noſtram impartimur. *Si apoſtolicæ de præb. in 6.* Communius tamen & magis propriè vocatur liber decretalium, quia quæ ab apoſtolicis & ſanctis patribus decreta ſeu ſancita ſunt, in eo continentur vt in ipſo patebit: vel quia maior pars ipſius libri in decretalibus epiſtolis conſiſtit. Hic commodè quæri poteſt quinam ſint libri iuris pontificij, ſiue quinam authentici habẽtur. Et reſpondendũ eſt cũ Canoniſtis, Inprimis cõpilatio

Grego-

DE SVMMA TRINITATE, ET FIDE CATHOLICA.

TIT. I.

1 *Continuatio.*
2 *Quid Chriſtiano credendum.*
3 *Fides quot modis ſumatur.*
4 *Fides quid.*

CVri operam daturo † & proficere deſideraturo, primo de fide agendum eſt, quia in maleuolam animam non introibit ſapientia, nec in corpore peccatis ſubdito habitabit. Primò etiam iubemur in fide inſtrui, vt ſic ad baptiſmum ſapientiæ creduli veniamus, *c. ante baptiſmum de conſec. diſt.* 4. Quare antequam Pontifex de iure canonico incipit tractare, prius præmittit hunc titulum, quo docemur quid Chriſtiano homini credendum ſit. 1

Et inprimis loquitur de ſumma Trinitate, quam omnes credere debent. Firmiter, † inquit Innoc. 3. in Concilio generali, quod Romę in Laterano Concilio celebratum eſt anno Chriſti 1215. aſſidentibus & Hieroſolymitano, Conſtantinopolitano, Patriarchis, & totius ferè vrbis Epiſcopis, principibus, legatis: Credimus & ſimpliciter confitemur, quod vnus ſolus eſt verus Deus, immenſus, & incommutabilis, incomprehenſibilis, omnipotens, & ineffabilis, pater, & filius, & Spiritus ſanctus: tres quidem perſonæ, ſed vna eſſentia, ſubſtantia, ſeu natura ſimplex omnino: pater à nullo, filius à patre ſolo, ac Spiritus ſanctus pariter ab vtroque: abſque initio, ſemper, ac ſine fine: pater generans, filius naſcens, & Spiritus ſanctus procedens: conſubſtantiales & coæquales & coomnipotentes, & coęterni, &c. 2

Fides etſi multis modis ſumatur, vti † apud Hoſt. *in ſum. h. t.* videre licet: tamē hic pro collectione articulorum qui in ſymbolo Athanaſij habentur, accipitur 24. *quæſt.* 1. *c. hæc eſt fides.* & eam ſic deſcribit Paulus in Epiſtola ad Hebræos 11 *c.* dicens. Fides eſt ſubſtantia † ſperandarum rerum, argumentū non apparentium. Verùm hæc propriè eſt fides Catholica, quam Romana tenet Eccleſia, & quæ in ſymbolo continetur. 24. *quæſt.* 1. *c. hæc eſt fides.* quæ firmiter eſt credenda, & ſimpliciter confitenda, 23. *diſt. c. Epiſcopus.* Extra quam nullus omnino ſaluatur. In qua idem ipſe Sacerdos eſt ſacrificium Ieſus Chriſtus: cuius corpus & ſanguis in ſacramento altaris ſub ſpeciebus panis & vini veraciter continentur, tranſſubſtantiatis pane in corpus, & vino in ſanguinem poteſtate diuina, vt ad perficiendum myſterium vnitatis, accipiamus ipſi de ſuo, quod accepit ipſe de noſtro. *c.* 1. *§.* 1. *ext. h. tit.* De hac ſancta fide non eſt turbis coadunatis publicè diſputandum *l. pen. nemo in princ. C. eod.* nec enim magiſtris & cuſtodibus canonum fas eſt inire certamen cum hominibus alienæ communionis. 23. *quæſt* 3. *c. cum q[illegible]m in* 3 4

fin. Quod verum eſt, ſi cauſa tumultûs & perfidiæ defendendæ diſputetur *d.l.pen.* Cæterum vt ſimplices in fide inſtruantur 10.*quæſt.1.c.placuit.c.confundendi ext.de hæret.* & ad confuſionem hæreticorum, & ad clarificandam veritatem diſputare licet, *Innocent. in c.2.ext.h.t.D.Thom.4.quæſt.1.art.7.* Præterea Sancta Romana Eccleſia à Saluatore noſtro, vſque in hunc diem ſemper immaculata permanſit, domino prouidente, & Beato Petro opem ferente, in futuro manebit ſine vlla hæreticorum inſultatione, atque firma & immobilis omni tempore perſiſtet *Hieron.ad Damaſum in c.hæc eſt fides* 13 24. *quæſt.1. De articulis fidei & quot ſint, vide latius Hoſt.in ſum.h.tit.n.4. & Theologos D.Thom. ſecunda ſecundæ quæſt.3 art.9.mihi de hac re amplius diſſerere non licet, ne videar in alienam meſſem falcem immittere.*

De CONSTITVTIONIBVS.
TIT. II.

1 *Diuiſio iuris Canonici.*
2 *Continuatio.*
3 *Quomodo conſtitutio capiatur.*
4 *Conſtitutionum diuiſio.*
5 *Canonum diuiſio.*
6 *4.Concilia, & eorum effectus.*
7 *Concluſiones.*

1 COnſtat Ius Canonicum† aut ſcripto, aut ſine ſcripto: Quæ ad ius ſcriptum pertinent, ea deſumpta ſunt vel ex iure diuino, vel ex decretis conciliorum, vel ex ſententijs patrum. Non ſcripto traditiones & conſuetudines continentur *c.5.&c.8.diſt.11.* Gregorius antequam tractaret de iure
2 canonico,† præmiſit tit.de ſumma trinitate pro ſui operis fundamento, quia vbi fundamentum deficit, ſuper nihil ædificari poteſt. *c.cum paulus.1.qu.1.* Hic autem quia omne ius conſtat ex ſcripto & non ſcripto *.§. conſtat. inſt.de iur.nat.gent.* ius autem ſcriptum eſt certius, & de eo prius agit Iuſt. in inſt.d.tit; ideo quoque Pontifex præmiſit de iure ſcripto ſc.de conſtit. *Panor. & Hoſt.in rubr.h.t.* Conſtitutio capitur ſtricte & largè† primo modo con-
3 ſtitutio proprie ſumitur, quando princeps ſtatuit vt in c.conſtitutio 2. dict. Large vero ſumitur pro omni iure ſcripto etiam inferioris, & ita ſumitur hic. nam ſub hac rubr. author tractat non tantum de ſtatutis principum, ſed etiam inferiorum, vt c.cum omnes ext.h.tit.

4 Conſtitutiones, ſunt placita principum† ſecularium *§.ſed et quod principi. inſt.de iur.nat.gent.& ciu.* aliæ ſunt generales, aliæ ſpeciales, de quibus Caniſ. *in inſt.iuris canonici lib.2.tit.1.* In generalibus placitis ſiue conſtitutionibus id cuſtodimus, vt poſteriores de eadem re conſtitutiones ad priores trahantur, & è contra declarandi vel ſupplendi cauſa *l.non eſt nouum 25.& ibi gloſſ.de ll.* niſi inter ſe contrariæ ſint, quo caſu prior conſtitutio ſemper reuocata intelligitur, etiam nulla ipſius mentione facta *c.1.h.t.in 6.* Quod tamen interpp. iuris ciuilis adhuc diſputant. vt dicam alias. Licet diuerſum obtineat in ſtatutis & conſuetudinibus locorum: ſicut diſertis verbis à Boni-

facio

facio VIII. expreſſum eſt *in d. c.11.* Quod ſupra dixi ius ſcriptum conſtare
decretis Conciliorum, hoc hic altius repetendum eſſe putaui.

Canonum alij ſunt decreta †Conciliorum, alij Pontificum, alij dicta 5
ſanctorum. Conciliorum verò alia ſunt vniuerſalia, alia prouincialia, a-
lia verò Epiſcopalia. Vniuerſalia ſunt quæ ſancti Patres ex vniuerſo or-
be in vnum conuenientes iuxta fidem Euangelicam & Apoſtolicam con-
diderunt. *Panor. in c. nimis, in fin. de præbend.* Quorum celebrandorum initium
poſt ſanctiſſimos Apoſtolos. *Act. Apoſt. 15.* à temporibus Conſtantini magni
cœpit: ipſe enim primus, cum feruente perſecutione docendarum plebi-
um commoditas minimè daretur, Chriſtianis vt liberè congregarentur,
facultatem præſtitit, ita vt hodiè conſenſus Imperatoris aut vllius prin-
cipis ſecularis non requiratur. *Panor. in c. cùm ceſſante, ext. de app.* Et horum qua- 6
tuor † celebriora & prima recenſentur, Nicænum, Conſtantinopolita-
uum, Epheſinum, & Calcedonenſe, quæ ab Eccleſia Catholica tanquam
quatuor Euangelia probata & recepta ſunt. *c.1. §. inter cætera, diſt. 15. l. 4. §. nos
reddentes, Cod. de ſumm. Trinit.* de quibus & ſub quibus Imper. & quomodo &
quando fuerint celebrata, *vide per tot. gloſſ. apud Lanc. in inſt. iur. can. tit. 3. lib. 1.* Non
minorem tamen vim & poteſtatem habent & reliqua Concilia vniuer-
ſalia auctoritate ſummi Pontificis congregata & confirmata. *c. 3. diſt. 15.* In
quibus autem S. Pontificis auctoritas deſideratur, non tam Concilia cen-
ſenda ſunt, quàm conciliabula ſiue improbata conuenticula. *c. 1. 2. 5. diſt. 17.*
Prouincialia Concilia ſunt, quæ propter Eccleſiaſticas cauſas & alterca-
tionum ſeditiones, per ſingulas cauſas & altercationum ſeditiones, per
ſingulas prouincias conuocante Metropolitano Epiſcopo omnes pro
uinciales Epiſcopos, & Cathedralium Eccleſiarum celebrari placuit. Et
hæc ex præſcripto Concilij Tridentini, quolibet ſaltem triennio cele-
brentur per Metropolitanum. *ſeſſ. 24. c. 2. de reform.* Epiſcopalia Concilia
ſunt, quæ Epiſcopus in ſua diœceſi ſingulis annis conuocat, dum inter ſu-
os Abbates, Presbyteros, & Clericos cognoſcit, & quidem quotannis,
vt Canones præſcribunt, celebrari debent. *c. annis, diſtinct. 18. Concil. Trident.
d. c. 2. §. fin.* effectus Conciliorum vniuerſalium eſt, vt omnes ad eorum ob-
ſeruantiam teneantur, *c. 1. §. 1. diſt. 15.* & hoc eſt quod Panor. *in c. 1. ext. h. t.* dicit,
Conſtitutio Canonis ligat omnem creaturam. Prouincialia verò & Epi-
ſcopalia tantum ſubditos ſuos ligant. Nam extra territorium impunè
non paretur ius dicenti. *c. fin. h. tit. in 7. l. fin. de iuriſd. omn. iudic.* Et tunc demum
quidem ſi publicata fuerint. nam ignorantes non tenent *c. fin. de conſt. in 6.*
niſi ſit ſupina ignorantia, quæ eſt ſi quis dicat, ſe ignorare quod eſt notum
omnibus *c. 1. de poſt. prælat.* Quamobrem paſtoralis officij cura poſtulat, vt
quæ in illis conſtituta fuerint, Epiſcopus ſuis plebibus nota facere non
omittat *c. fin. diſt. 18.* quo caſu poſt duos menſes computando à tempore pu-
blicationis ſubditos arctant *capit. final. extra. ne cleric. vel monach. capit. final. nouit.
ext de ſentent. excommun. Hoſtienſ. in ſum. hoc titul. numer. 13.* & elapſo illo tempore

non poteſt quis prætendere ignorantiam *Imol. in c.2. in fin. ext. h. t.* ex quibus præmiſsis liquet, qui non poſsint condere conſtit. de quibus hic abunde Hoſt.

7 Ex hoc tit. conclude † primò quod canonis appellatione venit omnis conſtit. eccleſiaſtica *c.1. ext. h. t.* & quod iudicia eccleſiaſtica ſint regenda ſecundum canones, etiam quando agitantur coram iudice ſeculari, nam tunc quoque debent decidi ſecundum canones, quamuis præparatoria iudicij eccleſiaſtici non ſeruentur. Nam quo ad ea & proceſſum iudicij, ſemper obſeruari debet lex fori vbi iudicium agitatur, *c. quod clericij, ext. de for. comp. Panorm. in d. cap. 1. num. 3.* Secundo conſtitutionem eccleſiaſticam etiam ligare in foro animæ, maximè ſi ſit iuſta & non nutritiua peccati. nam ex quo lex eſt iuſta, authoritate Dei eſt edita, & ipſe Deus videtur edidiſſe per ſuos miniſtros c. quo iure 8. diſt. & Prouerb. 8. per me reges regnant, & legum conditores iuſta decernunt. Panor. in c. 1. n. 9. ext. h. t. Tertio ſicut leges futuris negotijs formam dant, & non ad præterita trahuntur, niſi nominatim in eis de præteritis caueatur l. leges 7. C. de ll. hic & eccleſiaſticæ conſtitutiones c. fin. ext. h. t.

DE RESCRIPT. TIT. III.

1 *Continuatio.*
2 *Reſcriptum quid.*
3 *Qui reſcriptum concedere poſsint.*
4 *Concluſiones.*
5 *An decreta Gratiani ſint authentica.*

1 PAnor. in h. tit. ſic continuat † viſo de Conſtitutionibus, quia parum eſt iura condere niſi ſint miniſtri, qui ea exequantur. Ideo poſt rubricam prædictam autor intendit tractare de miniſtris iuris, & quia dantur maxime per reſcripta; ideo præmittit hanc rubricam, ſed melius hic continuari poteſt. quia reſcripta habent vim conſtitutionis inter partes, & ſecundum ipſa procedendum & iudicandum eſt. *c. 2. ext. hoc t.* quare iuſto ordine hic tit. ſequitur.

2 REſcriptum † eſt quod ab Apoſtolico reſcribitur ad conſultationem, vel ad relationem, vel ad conqueſtionem, *Hoſt. in ſum. h. t.* vel melius: Reſcriptum eſt ſtatutum principis, ſiue pontificis, quo præcipitur aut prohibetur aliquid motu proprio, vel interpellatione alicuius per epiſtolam facta, alias ſine pœna, alias cum pœna, quod mandatum pœnale vocant *l. 1. de conſt. princ. l. 1. C. de Mandat.* aliquando cum clauſula iuſtificatoria, aliquando ſine clauſula, puta, ſi quis impetret reſcriptum ſiue mandatum de non offendendo in cauſa fractæ pacis, quo caſu decernitur mandatum ſine clauſula iuſtificatoria, & ſub pœna fractæ pacis de ordin. imperij *lib. 2. tit. 23. Gail. lib. 10. obſ. 4.* Clauſulam verò iuſtificatoriam ideo non habet, quia nihil in eo diſponitur in præiudicium eius cui mandatur. Nam futuram offenſionem reſpicit, non præteritam; & præceptum fit ſuper eo, quod æquitati, iuri, & denique conſtitutioni fractæ pacis eſt conſentaneum, quod ipſo præſente & inuito etiam concedi deberet. quo

caſu iudex à præcepto incipere poteſt, *vt in caſu l. æquiſſimum de vſufr. Alex. in l. de pupillo meminiſſe de non.oper.nunc.*

Quicunque poteſt conſtitutionem facere† ille quoque reſcriptum cōcedere poteſt. *Hoſt. in ſum. hoc tit. nu. 2.* Et impetrat tam actor quam reus *c. cæterum ext. h. t.* ſuper omnibus de quibus litigium eſſe poteſt, etiam contra ius *tot. tit. Cod. ſi conſ. 19. &c.* dummodò in reſcripto exprimatur, non obſtante tali iure, *arg. l ſi quis in princip. ff. de leg. 3.* niſi reſcriptum enormem læſionem inducat, vel ius alterius in totum abſorbeat, tunc non valet, *l. quoties l. reſcripta C. ſi cont. 19. vel vtilit. &c.* 3

Ex hoc tit. notanda ſunt quinque. Primo reſcriptum † ad litem per falſi ſuggeſtionem aut ſuppreſsionem veri extortum, aut etiam ſine huiuſmodi fraude obtentum, dummodò S. Pontifex veritate expreſſa vel falſitate omiſſa, aliàs non erat conceſſurus, exceptione ſurreptionis oppoſita, coram datis iudicibus refellitur, *c. ſuper literis 20. ext. hoc tit.* Quippe hæc clauſula: Si preces veritate nitantur, *c. 2. ext. hoc tit.* vel Si ita eſt, ſemper in reſcripto facilè ineſſe videntur, *d. c. 2. Panor.* etiamſi in eo non ſint expreſſæ *dd. iuribus*: quamuis de iure ciuili in reſcripto principis ſecularis ſemper exprimi debeat, *l. fin. C. de diuerſ. reſcript.* Nec obſtat, inquit, *Panor in d. c. 9. c. vniuerſa.* (quod ego in meo nouo corpore non reperi tanquā palleatum) *35. qu. 2.* quod vult huiuſmodi clauſulam ſemper in libello addendam eſſe. Nam eſt Decretum Gratiani, cuius decreta non ſunt approbata, niſi quo ad dicta ſanctorum, & patrum ibidem inſerta, quæ poſt SS. Pontificum & Sacrorum Conciliorum alterum locum in decidendis cauſis ſortita ſunt *c. 1. diſt. 20.* Sed nunquid poteſt dici, † cum huiuſmodi decreta Gregor. XIII. recognoſci, emendari curauerit, *Caniſ. in inſtit. iur. Canon. tit. 1. lib. 1.* quod hodiè quoque authentica habeantur maximè, cum communiter in ſcholis doceantur & citentur, vti ipſe Panor. fatetur, quaſi iam tacitè ab omnibus approbata ſint, ſicut in ſimili Bart. *in l. 1. ff ſi cert. pet. de libris* hippocratis Medici loquitur. 4 5

Secundo iuxta Bald. *in l. 1. C. vt lit. pend.* Communior concluſio eſt, Imperatorem reſcripti poſſe inuito aduerſario reſcripto renunciare, quod Fel. *in rubr. h. tit. n. 3.* limitat. 5. modis non procedere, primò ſi reſcriptum adferat alicui ius vltra inſtantiam, *Bald. in l. poſtquam lite C. de pact.* ſecundò ſi nō ſatisfaciat prius reo de expenſis Tertiò ſi reſcriptū iudici fuerit inſinuatū, quarto ſi fuerit citatio, ante citationem enim pœnitere licet. *Auth. atqui ſemel C. quomod. & quand. iudex.* SC. ſi reſcriptum concerneret bonum publicum, *Hoſtienſ. in c. ex conqueſtione de reſt. ſpoliat.* Ex quibus fallentijs patet, quod impetrans regulariter non poteſt renunciare impetrato reſcripto. hinc ſi quis impetrauerit, vt non teneatur ſoluere creditoribus, vſque ad quinquenniū, dummodò idoneè caueat, quod tunc ſoluat, *l. quoties l. vniuerſa C. de prec. Imper. offer.* hoc priuilegio quoq; debitores ſui contra eum vtentur, *l. 1. & 2. ff. quod quiſque 30.* reſcripta ſunt ſtrictè interpretanda, *Felin. in rub. hoc tit.*

Digitized by Google

nu.5.hoc Hoſt.in Ium. hoc tit.n.17. Diſtinguit, vt reſcriptum quod indulgentiam vel priuilegium continet, latiſsimè interpretandum ſit, *c. cum dilectus de donat.* Illud verò quod contentioſum eſt, & lites reſpicit, ſtrictè accipiendũ, *c.nonnulli §.fin. ext.hoc tit.* hinc reſcriptum impetratum per clericum contra laicos non comprehendit alios quam nominatos, *Rota deciſ. 8. de reſcrip. in nouis.* Quarto. Error nominis ſiue cognominis illius contra quem impetratur Commiſsio ſiue reſcriptum, dummodò per alias circũſtantias poſſit conſtare de perſona, quod ſit illa, quæ eſt in commiſsione expreſſa, non vitiat proceſſum habitum contra perſonam eandem: maximè ſi fiat executio citationis vigore dictæ commiſsionis decretæ ſub vero nomine & cognomine, & expreſſo vero nomine & cognomine citatus procuratorē ad cauſam conſtituat, *arg. §.ſi quis in nomine inſt.de leg. Rot.deciſ.16.de reſcrip.in nouis.* Quinto abutentes apoſtolico reſcripto in caſibus in *c.fin.hoc t.* enumeratis, priuantur commodo reſcripti, & condemnantur in ſumptibus & damnis aduerſario, *d.c.fin.*

DE CONSVETVDINE.

TIT. IV.

1 *Origo conſuetudinis.*	3 *An conſuetudo tollat legem.*
2 *Conſuetudo quid.*	4 *An pontifex poſsit mutare legē diuinā.*

HOc tit. agitur de iure non ſcripto quod eſt conſuetudo. Ius conſue-
1 tudinis † poſt naturalem legem ſumpſit exordium *c.non eſt in fin. diſt.6.* ex quo homines in vnum conuenientes cœperunt ſimul habitare, quod ex eo tempore factum creditur, quo Cain ciuitatem ædificaſſe legitur *ge-*
2 *neſ.4.* Conſuetudo † verò eſt ius quoddam moribus inſtitutum, quod pro lege ſuſcipitur, cum deficit lex. *c.conſuetudo diſt.1.c.3.diſt.12. l. de quibus ff.de ll.* Sed & receptum eſt de iure canonico, vt ſi conſuetudo legitimè præſcrip-
3 ta ſit, † legi id eſt iuri poſitiuo contra ius ciuile deroget, *c.fin.ext. h.tit.* dummodò non grauamē eccleſiæ inferat, *c.1.h.t.* vlt. iuri naturali & diuino repugnet, *d.c.fin.* Hoc enim nos de ea conſuetudine intelligere oportet, quæ neq; diuino iuri, neque canonicis contradicit inſtitutis: ſi quid autē contra fidem catholicam vſurpare dignoſcatur, non tam conſuetudo, quam vetuſtas erroris eſt appellanda, & ideo non ligat. *c.mala, & c. conſuetudo diſt. 8.* & quamuis eò loci à pœna temporali excuſet: tamen non à gehennali. *gloſſ.in c.denique in verbo conſuetudine diſt.4.* Quamuis autem neq; conſuetudo
4 neq; ipſe Pontifex poſsit mutare legem diuinam, nec naturalem † *D.Thom. prima ſecundæ quæſt.97.ait 1.* poteſt tamen eam diſtinguere, & limitare vt per Panor. *in d.c.fin.* De iure ciuili verò, vti diximus, potius deſuetudine quàm conſuetudine tollitur lex. *d.l.de quibus in fin.* & ſic intelligenda *l. 2. C. quæ ſit long.conſuet.cum l.de quibus ff.de ll.* Ex hoc tit. notandum quod conſuetudo quia facti, per allegantem probari debeat, & quidem duobus ad minimum teſtibus, *arg.l. vbi numerus ff.de teſt.c.cum eſſet ext.de teſt.probari debet l.1.C.eod. l. 3. C. de ædif. priuatis.*

DE

DE POSTVLATIONE PRAELATORVM.
TIT. V.

1 *Poſtulatio quid.*
2 *Quicunque poſtulari poſſint.*
3 *Quæſtio an poſtulantes adſtringantur ad formas c. quia propter de Elect.*

POſtulatio in ſubſidium electionis introducta eſt, vt ſcilicet is qui per canones eligi prohibetur, ſaltem poſtulationis ſubſidio iuuetur, *c.3. & c.pen.ext.h.t.* Ex quo dicendum eſt, quod huic tit. præponi debuiſſet tit. de elect. qui hic ſequitur. Sed vt mihi videtur, vix certa ratio ordinis tradi poteſt, quamuis id veteres Canoniſtæ conentur.

Poſtulatio † eſt eius qui eligi non poteſt, in prælatura concors capitu- 1
li facta petitio. *Lancell. in inſtit. iurecon. tit. 8. lib. 1.* Quicunque † non animi vel 2
corporis vitio impediuntur, ſed ob alterius defectum qualitatis eligi impediuntur, ijdem tamen poſtulari poſsint, *Panor. in c. fin. ext. h. t.* vnde apparet eum qui trigeſimum annum nondum compleuit, item in minoribus ordinibus conſtitutum, aut laicum, item natalibus læſum, licet eligi non poſſint, poſtulari tamen poſſe *Panor. in d. c. fin. c. dudum de elect.* Epiſcopus quoq;, cum propriæ ſit alligatus eccleſiæ ad aliam tranſitum facere non poteſt, propterea, non eligendus *c. inter corporalia de transl. prælat.* Sed an poſtulantes
adſtringantur † ad ſeruandas formas c. quia propter de Elect. & non vide- 3
tur iuxt. *Hoſt. in ſum. hoc tit. nu. 10.* dummodò concorditer & cōmuniter conſentiant poſtulantes, cum enim gratia requiratur, concorditer & communiter peti debet *c. bonæ ext. hoc tit.* aliàs Romana eccleſia non cenſuerit poſtulationem recipere, poſſet tamen, ſi vellet, poſtulationem factam à maiori & ſaniori parte capituli admittere. *c. 1. d. 65.* Panormitanus verò hoc in *d. c. quia propter*, admittit in poſtulatione non ſolenni, ſecus in ſolenni. Nec obſtat quod *d. c.* quia propter, ſolum vtatur verbo electionis, non poſtulationis: quia iura antiqua promiſcuè his vocabulis vtebantur, *vt diſt. 61. §. his omnibus. vide Innoc. in c. in cauſis.*

DE ELECTIONE ET ELECTI POTESTATE.
TIT VI.

1 *Electio quid.*
2 *Forma electionis.*
3 *Triplex ordo eligendi.*
4 *Explicatio verb. Præſentibus Omnibus d.c. quia propter.*
5 *Electio quo loco fieri debeat, & quando.*
6 *Tempus intra quod Electus conſenſum declaret.*
7 *Qui eligere eligiue poſſint.*

ELectio † nihil aliud eſt, quàm idoneæ perſonæ, ad dignitatē eccleſiæ 1
vacantē, ſolēnis euocatio, *c. cum in cunctis in prin. ext. h. t.* Forma electionis
† traditur in *c. quia propter 42. ext. h. t.* Ex quo patet triplex ordo eligendi. vnus 2
per ſcrutinium: alter per compromiſſum, & alter per inſpirationem diuinam. † Et rurſus inſpirationis via fit dupliciter: Per inſpirationem 3

veram,

regular. & c.7. ibidem. Neutra vero dictarum formarum vendicit ſibi locum in Romani pontificis electione. Nam ad eam non vocantur abſentes Cardinales, ſed tantum expectantur ad decem dies: neque hic maior & ſanior pars eligentium ſpectatur, ſed quæ conſenſu duarum partium facta eſt: aliaque ſpecialia huic electioni inſunt, quæ hic repetere longum eſſet, ſed ex ſuis locis & conſuetudine hodierna petenda ſunt, *c.6. ext. h. t.*

Electio fieri debet † vbi conſueuit *c. cum terra ext. eod.* dummodò non in popina vel lupanari, ſed in loco honeſto, *arg. l. pen. ff. de inſt. & iur.* Et quidē ſi agatur de electione cathedralis eccleſiæ, intra menſes tres debet fieri electio, *c. obeuntibus 63. diſtinct. c. ne pro defectu ext. hoc tit.* quod Hoſt. in *ſum. hoc tit. n.* 19. ad omnes exemptas eccleſias, prælato mortuo extendit, vel etiā ad prępoſituras, vel decanatus, abbatias, &c. in alijs verò regulariter ſex menſes ſpectandos eſſe dicit, per *c. nulli ext. de conc. præb.* Hoc tempus quod ad eligendum datur, vtile eſt, quia non currit ignoranti. *c. licet extr. de ſupp. neglig prælat.* nec iuſto impedimento detentis, *c. ne pro defectu h. tit.* 5

Sciendum autem eſt quod Gregoriana conſtitutione *c. quam ſit hoc t. in 6.* cautum ſit, vt electores quam primùm commodè poſſunt operam dent, vt electi conſenſum habeant, quem ſi intra menſem à die notitiæ computandum, *c. cupientes §. cæterum eod. in 6.* ſine cauſa legitima electus accommodare diſtulerit, iure ſi quod ei fuerat ex tali electione quæſitum, ſtatim careat, electoreſque ad aliam electionem liberè conuolare poſsint. Eadem quoque conſtitutione Gregoriana cauetur, vt electus poſt conſenſum electioni præſtitum, intra tres alios menſes ſubſequentes confirmationē petere teneantur, *d. c. 6. eod in 6.* Peracta enim electione, non ſtatim electus adminiſtrandæ eccleſiæ ſuæ ius habet, ſed neceſſe eſt prius confirmetur à ſuperiore ſuo. Abbas enim alijque inferiores à ſuo Epiſcopo, Epiſcopus à ſuo Archiepiſcopo *c. 44. & 13. ext. h. t.* Archiepiſcopus à ſuo Patriarcha *c. 23. ext. de priuileg.* niſi ex his quiſpiam Romanę ſedi immediatè ſubiectus ſit: aut S. Pontifex ſingulari iure ſibi reſeruauerit cōfirmationem; veluti in epiſcopis noſtris Germaniæ vigore concordatorum, quæ D. Caniſ. ad calcem ſuar. inſt. iur. can. poſuit: nam his caſibus confirmatio petenda erit à ſede Apoſtolica, *Hoſt. in ſum. hoc tit. n. 27. Panor. ni cum eccleſia n. 8. ext. h. t.* Quod autem diximus intra tres menſes confirmationem à ſuperiore petendam eſſe, hoc poſtea Nicolaus III. *in c. cupientes 16. eod. in 6.* immutauit in electis ad cathedrales vel regulares eccleſias, quorum confirmatio ad Pontificē ſpectat, vel interiecta appellatio deuoluit; vt infra vnum menſem poſt conſenſum vel notitiam electionis, ipſimet ad ſedem Apoſtolicam iter arripiant, & ad conficiendum tantum temporis ſumant, quantum neceſſe erit pro locorum interuallo. Illud verò confirmanti cauendum eſt, ne præceps ſit in confirmando, ſed perſonam electi & actum electionis diligenter exploret, & ſi ritè omnia confecta viderit, tunc confirmationis munus electo impendat, *c. 19. & 14 ext. h. t.*

Digitized by Google

Qui autem eligere (puta, omnes canonici capitulares, qui ad elect. citari debent) eligi ue poſsint. *vide pulchrè per totum Lancel. inſtit. iur. can. cum. gloſſ. ibid. in tit. 7. lib. 1.*

DE TRANSLATIONE EPISCOPI.

TIT. VII.

1 *Quid translatio.*

2 *Cur translationes inſtitutæ.*

1 TRanslatio † eſt de vna eccleſia ad aliã regularis translatio, ſiue mu-
2 tatio *c. mutationes 6. quæſt. 1. gloſſ. in c. ſuper eod. hoc t.* Translationes † vtilitatis & neceſsitatis gratia inſtitutæ ſunt, *d. c. mutationes.* vnde patet quod indiſtinctè prælatus & beneficiatus *c. ſi verò 7. quæ. 1.* & maximè Epiſcopi propria authoritate non poſſunt ad aliam eccleſiam tranſire. Sicut enim vir non debet adulterare vxorem ſuam: ita nec Epiſcopus temerè eccleſiam, ad quam electus fuit, relinquere, vt alteri ſeſe coniungat, etiamſi à populo fuerit attractus. Vtilitatis gratia, cum Epiſcopus ab ea ciuitate, cui præpoſitus eſt, in aliam trãsfertur, in qua magis proficere poſſe veriſimiliter exiſtimatur. Sic olim Princeps Apoſtolorum D. Petrus de Antiochena ciuitate ſe Romam tranſtulit, vt ſcilicet ibidem copioſius proficere poſſet, *c. mutationes 7. quæſt. 1.* Neceſsitate verò nonnunquam Epiſcopalium ſedium mutationes fieri ſolent, hoſtium vigente metu, *c. temporis 7. quæſt. 1. &c.*

DE AVCTORITATE ET VSV PALLII.

TIT. VIII.

ILlud ſingulare eſt in archiepiſcopo, quod huic Pallium veluti dignitatis ſuæ inſigne communicetur à ſuo Patriarcha, vel à ſancto Pontifice, *c. antiqua 23. ext. de priuileg. Hoſt. in ſum. h. t.* Nam ſine eo, nec Archiepiſcopi nomen ſibi iure vendicat, *c. 3. ext. hoc tit.* nec ea, quæ ordinis ſunt Epiſcopalis rectè exequitur, *c. 28. §. pen. ext. de elect.* Pallium eſt inſigne Epiſcopi vel Archiepiſcopi ornamentum, de beati Petri corpore ſumptum, *c. ſignif. caſti. ſup. de elect.* in quo Pontificis plenitudo officij, cum Archiepiſcopalis nominis appellatione confertur, *c. niſi ſpecialis, ext. h. tit.* Non tamen eo pallio Archiepiſcopus quocunque tempore, & in alijs eccleſijs vti poteſt, ſed certis duntaxat diebus & in eccleſijs prouinciæ ſuæ, *c. 1. ext. hoc tit.* Epiſcopo quoque interdum pallium conceditur, verum id extra ordinem ſingulari Pontificis beneficio, *c. 15. ext. de præſump. Caniſ. nou. rom. hic.*

DE RENVNCIATIONE. TIT. IX.

1 *Renunciatio quid.*

2 *Cauſæ iuſtæ renunciationis.*

3 *Scandalum vnde dictum.*

1 REnunciatio eſt iuris † proprij ſpontanea refutatio. *Hoſt. in ſum. h. ti. n. 2.* Dixi iuris proprij: nam alieno nemo renunciare poteſt, *arg. l. ſi quis in*

conſcri

conſcribendo C.de pactis. res enim inter alios acta, neque obeſſe, neque prodeſſe debet alijs, *arg. rubr. Res inter alios acta.*

Poteſt autem renunciare Epiſcopus ob ſex cauſas his verſibus comprehenſas, *c. niſi 10. ext. h. tit.*

Debilis, ignarus, male conſcius, irregularis:
Quem mala plebs odit, dans ſcandala, cedere poſſit.

In primis debilitàs † corporis iuſtam cauſam renunciandi præbet, *d. c. niſi.* dummodò talis ſit, per quam quis ad exequendum paſtorale officium redditur impotens: cum interdum non plus ſenilis debilitas aliquem cedere, quàm maturitas, quæ in ſenibus eſſe ſolet, quem in ſuo officio ſuadeat permanere, quia debilitas corporis feruore ſpiritus inſtauratur, per quem ad ſublimiora conſcenditur, *c. literas & d. c. niſi § 1. eod.* Non poteſt tamen quis ob debilitatem corporis remoueri, ne afflictio afflicto addatur. *c. cum percuſſio cum ſeqq. 7. quæſt. 1.* Secundo magnus defectus ſcientiæ legitimã cauſam renunciandi tribuit. *d. c. niſi §. pro defectu.* Imò prælatus, ſi non habet competentem ſcientiam, remoueri poteſt, *c. quamuis de ætate, & qualit.* quod vtinam hodiè obſeruaretur. Eſt enim cunctorum malorum ignorantia mater. Propter conſcientiam criminis tertiò renunciari poteſt, *d. c. niſi,* ſed non cuiuslibet, ſed duntaxat illius, propter quod ipſius officij executio poſt per actam pœnitentiam impeditur, vt ſimonia *1. quæſt. 1. c. arg. Simoniacos.* Homicidium *c. fin. de tempor. ordin. & c mir. diſt. 50.* Item ſecundum quoſdam, omne peccatum, quod ipſo iure irrogat infamiam, *3 quæſt. 7. c. infamiã. d. c. niſi in princ.* In alijs verò criminibus, de quibus poteſt pœnitere, remanendo in officij adminiſtratione, non tenetur quis petere ceſsionem *d. c. niſi d. c. fin eod.* Quartò ob regularitatem renũciatur, puta ſi quis ſit bigamus &c. *d. c. niſi. Cancell. lib. 1. ti. 19. §. item ob irregularitatem.* Quintò, Malitia plebis iuſtam tribuit renunciandi cauſam, veluti quando plebs tam duræ ceruicis exiſtit, vt apud ipſam amplius proficere non poſsit, *d. c. niſi verſ. propter malit.* & hoc feciſſe leguntur Apoſtoli, qui Iudæis incredulis & duræ ceruicis dixerunt: Ecce conuertimur ad gentes, quia verbo Dei vos indignos feciſtis, *act. apoſt. c. 13.* Non tamen pro qualibet culpa Pactor debet gregem deſerere, ne mercenario comparetur, qui videns lupum venientem dimittit oues & fugit. *Ioh. 10. d. c. niſi verſ non tamen*; ſed tunc demum poteſt non tam timidè fugere, quàm prouide declinare: cum oues conuertuntur in lupos: & qui debuerant humiliter obedire, iam irreuocabiliter contradicunt. Pro graui denique ſcandalo (cum aliter ſedari non poteſt, licet Epiſcopo petere ceſsionem: ne plus temporalem honorem, quàm æternã videatur ad fectare, memor illius quod dicit Apoſtolus *1. Cor. 8.* ſi eſca ſcãdalizauerit fratrem meũ, non manducabo carnem in æternũ, *d. c. niſi ver. pro graui.* Eſt autem ſcandalum, dictum, factum vel ſignum, quo offenditur proximus, vel cuius occaſione trahitur quis in conſenſum mortalis peccati. *Hoſt. in ſum. hoc tit. num. 9.* Et dicitur ſcandalum à ſcandalo † Græcè, quod eſt latinè

Bbbbbb 2 offen-

offenſio: ergo quādo in prælato ſcandalizantur ſubditi, renunciare permittitur, quod intelligendum eſt de graui ſcandalo, de quo loquitur Saluator *Matth.18.* non de leui. *Matth.15.* Nec obſtat *c.qui ſcandilazauerit de reg.iur.* vbi dicitur quod ob ſcandalum non debet dimitti iuſtitia. Sed *Panor. in d. c.niſi nu.13.cum gloſſ.* reſpondet: aut ſcandalum poſſumus euitare ſine peccato, & tunc euitandum eſt: aut non poſſumus ſine peccato euitare, & tunc potius permittendum eſt ſcandalum, quam veritatem relinquere. Veritas enim bonæ vitæ, vel iuſtitiæ nunquam eſt deſerenda: veritas diſciplinæ nonnunquam, puta quando multitudo peccantium eſt in cauſa: non tamè volunt defendere malum quod faciunt, *arg. c.commeſſationes diſt.44.* Si verò volunt defendere malum quod faciunt, & illud excuſare, quaſi ex auctoritate, tunc multitudini parcendum non eſt propter ſcandalum, *c. 1. in fin. de pœn.diſt.6.* vide *D.Gregor.ſup.Ezechielem Hom.7.*

Cæterum ob alias cauſas renunciationem affectantes audiendi non ſunt: dum forte aliqui laboris anguſtias declinantes ad otium aduerſus glorioſi Pontificis exemplum aſpirare contendant, *c.niſi verſ. porro eo.* Otiū enim per ſe damnoſum eſt, quia otium & voluptas ſunt arma antiqui hoſtis ad animas captiuandas. *d.c.niſi verſ.verum ſi propter.* inde naſcitur laſciuia & turpis amor. vnde illud.

Otia ſi tollas periere cupidinis arcus.

Et tunc longè damnoſius eſt, quando amore otij ab opere bono ac laudabili diuertimus & diſcedimus, quod nullo modo eſt concedendum; *d. verſ. verum ſi propter.16.quæſt.1 c.vos autem.* vnde notat Seneca: Non eſt viri timere ſudorem, & generoſum labor nutrit. quod ſtudioſi diligenter obſeruent. Et Hieron. ad Monach. Semper facito aliquid boni operis, vt te Diabolus inueniat occupatum, *c.nunquam de conſ.diſt.5.* Nec propter hoſtium & perſecutionum incurſus quis debet & poteſt ſuam ſponſam deſerere, cui defigendo, manum apud extraneum ſe fide media copulauit, ſciens, quod beati ſunt illi, qui perſecutionem patiuntur propter iuſtitiam: quoniam cum probati fuerint, accipient coronam vitæ, quam repromiſit Deus diligentibus ſe *Matth.5.* Accidit autem interdum, vt Epiſcopus humilitatis & pœnitentiæ cauſa ab eccleſia, ſuperioris licentia recedere poſſit & monaſterium ingredi, qui tamen ſi ſemel ad vitam Monachalem tranſiuerit, non poteſt rurſus ad Epiſcopalem dignitatem redire, *Cancell.in inſt.hoc tit.§.accedit.per. c.poſt tranſlat.ext.eod.* ſed hoc intelligendum puto ſi ob crimen renunciauerit Epiſcopatui, aliàs iterum poteſt in Epiſcopum poſtulari, ſicut & alius monachus, *16.quæſt.1.c.* vos autem & qui ob alias iuſtas cauſas renunciauit, *d.c.poſt tranſlationem 11.*

Debet autem renunciatio fieri authoritate illorum quorum intereſt, *c.adhæc §.fin.ext. de offic. Archidiac.* Et hoc generale eſt in omnibus beneficijs eccleſiaſticis, vt apud eum fieri debeat renunciatio, ad quem pertinere dignoſcitur confirmatio, ex quo apparere poteſt, quod reſignatio facta

laico

laico nullam iuris obtinet firmitatem, quantum ad ſuperiorem *7.quæ.1.c.* non oportet, non verò quoad renunciantem, *Panorm.in cap.quod in dubijs,ext. h.t.* hinc Eccleſiam ſuam Epiſcopus ſine ſuperioris authoritate, ſicut vir vxorem ſuam non debet dimittere c.7.qu.alias grauiter punitur. vnde Panor.in d.c.1.quod in dubijs. De Romano Pontifice quæſitum eſt: quia nullum habet ſuperiorem in cuius manibus renunciare poſsit. an pontificatui renunciare poſsit, ex cauſa c.admonet ext.eod. Hic quæri poteſt an renunciatio ſimplicium beneficiorum poſsit fieri in manibus collatoris inferioris epiſcopo, vt ipſe ſolus ſine epiſcopo poſsit admittere renunciationem? hoc negat Rota in antiquis h.t.deciſ.5.idque ex doctrina Innoc. in c.quod in dubijs ext.h.tit.quia ille ſolus non poteſt deſtituere, ergo nec renunciationem admittere. ſed vſus aliud obſeruat.

DE SVPPLENDA NEGLIG. PRAELATORVM.

TIT. X.

1 *Negligentia quid.*
2 *Species negligentiæ.*
3 *Pœnæ variæ negligentium Prælatorum.*

QVia ſæpenumero prælati ſibi mandatum officium negligenter exequuntur, & res perfunctoriè & leuiter agũt, ideo ſubijcitur hic titulus, quo de negligentia prælatorum tractatur, qualiter negligentiæ conuincantur & puniantur. 1

Negligentia † eſt eius quod de iure & cõſuetudine fieri debuit omiſsio. *Hoſt.in ſum.h.t.n.1.* negligẽtia † alia ſimplex, quæ leuiſsima culpa dicitur, alia magna quæ leuis culpa eſt, alia nimia quæ lata culpa dicitur. *vid.can.lib. 7.c.3.n.7.* quandocũq; igitur legitimè prælatus negligẽtiæ ſiue omiſsionis arguitur, punitur, & quidẽ variè ſecũdum qualitatem & diuerſitatem eorum quæ negliguntur. aliquando enim leuis pœna imponitur pro negligentia, ſc.excommunicatio duorum menſium, c.quicquid 1.q.1.aliquando grauis ſc. pœna depoſitionis, *c.dictum diſt.8.10.&c. vide latius Hoſt.in ſumm. h.tit.n.5.* Ad conuincendam autem negligentiam prælati, requiritur trina monitio etiã extraiudicialis, quæ per inferiorẽ etiam ſubditum fieri poteſt. *c.1.& ibi Panor.ext.h.tit.* Felin.verò *in c.ex literis n.8.de conſtit.* vult ſufficere vnicam requiſitionem, cuius ſententia mihi tum probatur, ſi iudex apertè dixiſſet: Denego iuſtitiã, vel hoc nolo facere, idque ſine cauſa. alias autem contingere poteſt, quod denegetur quidem iuſtitia, aut ſimile quid, ſed ob causam, vt ſi per aduerſarij caſum vel dignitatem ſtet, quo minus actus iuſtitiæ exequatur, aut quid fiat *aut.licet C.de epiſc.& cler.* Hic notãdum patronum, ſi infra tempus determinatum (puta ſi laicus intra 4.menſ.vel ſi clericus intra 6.menſ.) clericum non præſentauerit, ius præſentandi amittere, & deuoluere ad ſuperiorẽ *Panor.in c.2.n.2.ext.h.t.* & negligentibus inferioribus conferre, deuolui poteſtatem conferendi ad ſuperiorem 2 3

non autem ad parem, ſiue capitulum. *iuxt. in antiquis. hoc tit. deciſione 1.*

DE TEMPORIBVS ORDINATIONVM, ET QVALITATE ORDINANDORVM. TIT. XI.

1 *Tempus quando ordines conferantur.* 3 *Qui ordinari poßint.*
2 *Forma ordinationis.* 4 *Qui ordinari prohibeantur.*

HIC titulus duo continet. primo tempus ordinationis, ſcilicet, quo tempore ordines conferri poſſunt. Secundo qualitatem ſiue conditionem eorum qui ad ſacros ordines promoueri deſiderant.

1 Quoad primum attinet, † ſciendum eſt, certa tempora ordinibus conferendis, ſacris canonibus præſtituta eſſe. Etenim minoribus ordinibus vni vel duobus conferendis dies Dominici, & alij feſtiui. *c. 3. ext. hoc tit.* ſacris, quatuor tempora, & dies Dominici, & alij feſtiui ſabbati ſancti, & qui dominicam de paſſione antecedit, deſtinati ſunt, nihil impediente contraria conſuetudine, *c. 1. 2. 3. & 8. ext. h tit.* adeo vt licet ordinatus incongruo tempore recipiat: tamen non recipiat ordinis executionem & effectum. *Panor. in c. 2. n. 2. ext. h. t.* vnde diebus Dominicis, vel Sabbato Pentecoſtes, ſacri ordines ab alio, quàm à Papa conferri non debent. *c. 1. ext. h. t.*

2 Non tamen † vno eodemque die, vel etiam duobus continuato ieiunio ad binos ordines ſacros quis admitti debet: ſed in trãſgreſſores pœna ſuſpenſionis conſtituta eſt, *c. 13. ext. h. tit. Concil. Trid. ſeß. 23. ca. 13. in fin.* putat tamen gloſſ. *in c. 3* vide ibidem Panor. *ext. hoc t.* quod quatuor minores vna die poſſint conferri, quia textus loquitur in plurali numero.

3 Tales autem, † inquit Clemens Pontifex, ad miniſterium eligantur clerici, qui dignè poſſint dominica Sacramenta adminiſtrare *c. 4. diſt.* 23. Itaq; idonei tantum ad ſacros ordines aſſumendi ſunt, quales cenſentur his verſibus iuxta Apoſtoli regulam *ad Timoth. 1. c.* 3. comprehenſi.

Primũ præcipitur, quod ſit ſine crimine præſul, Non cupidus, bene diſpoſitus, non Neophytusue.
Monogamus, ſobrius, prudẽs, ornatus, & hoſpes, Talis Apoſtolica quod præſit regula iuſsit.
Caſtra docens, non percuſſor, non litigioſus.

4 Qui autem promoueri non poſſint, ordine dicemus: Et in primis interdicitur ordinibus non baptizatis, *c. 3 ext. de presb. non bapt.* quia baptiſmus aliorum ſacramentorum fundamentum, & ianua eſt, *Pan. & Inn. in c. 1. ext. de presb. non bapt. c. cum itaq; in fin. de conſ. diſt.* 4. Secũdo ratione ſubiectionis promoueri impediuntur. *c. 1. c. 2. diſt.* 54. liber enim debet eſſe, qui diuinæ aggregandus eſt militiæ *c. 1. diſt.* 54. Pari ratione conſtitutum eſt, ne quis alienæ diœceſis virum præter proprij ſuperioris licẽtiam ordinare audeat pœna tam ordinato quàm ordinanti imminente *Conc. Trid. ſeß. 23. c. 8. §. 1. de ref.* vnde Pan. *in c. iam dudum, ext. de præb.* cautelam tradit ad recipiendum ordines ab Epiſcopo non ſuo, ſine proprij Epiſcopi licentia, videlicet, vt quis beneficiũ obtineat ab alio Epiſcopo. tunc. n. cũ ratione beneficij incipiat eſſe ſubditus cõferentis, poterit ab eo ordinari. ſed hoc eſt mẽtiri Spiritui S. Eſt. n. indiſtinctè licẽtia ab alieno Epiſcopo imperrãda. *ſeß. 7. c. 10. de ref Trid. cõſ.* quo quoq; Cõc. ſancitũ eſt, vt facultates de promouẽdo a quocũq; nõ ſuffragẽtur, niſi

habẽtibus legitimã cauſã,ob q̃ à proprijs epiſcopis ordinari non poſsint in literis exprimendã.& tunc non ordinatur,niſi ab epiſcopo in ſua diœceſi reſidente, aut pro eo põtificalia exercẽte & diligẽti pręuio examine, *ſeſſ.7.c.11.* Patrati delicti ratione quis ordinari prohitur: vt cũ homicidiũ, aut aliud capitale crimẽ facto,aut præcepto,aut cõſilio perpetrauerit, imo huiuſmodi per ſurreptionẽ promotus,deijciẽdus eſt.*c.fin.ext.h.t.*dicẽte domino,ſi quis p induſtriã,aut p inſidias hominẽ occiderit,ab altari meo euelles eũ,*c.1.& ibi Pan.de homic.*quod intelligendũ eſt de homicida volũtario.*Clem.1.de homic.*Præterea ab ordinibus ſubmouẽtur Eunuchi,ij ſc.q̃ ſpõtè ſibi virilia præciderũt,etiã ſedãdæ libidinis cauſa.*c.4.& 5.diſt.55.*Ab ordinibus arcẽtur quoque qui publicam & ſolennẽ pœnitentiam egerunt.*c.pænitentibus c.placuit.diſt.50.*item apoſtatæ.*c.fin diſt.50.*& qui aliquãdo in furorem acti,vel à diabolo exagitati fuerunt *c.maritum cum 3.ſeqq.diſt.33.*neophyti.*diſt.33.& c.fin.diſt.51.*Dicitur autem neophytus à neos,quod eſt nouum,& phytos,quod eſt fides,inde neophyti,quaſi in fide noui,*Hoſt.in ſum.h.tit.n.3.* Poſtremo reijciuntur à receptione ordinum eccleſiaſticorum vxorati, præterquam, ſi ab vxore continentiam vouente fuerint abſoluti.*c.fin.de temp.ordin.*Item literarum ignari.*c.ſi in laicis diſt.38.*quæ verò & quanta literarum cognitio in ordinandis requiratur,hoc nobis Trid.conc.*ſeſſ.23.c.4 & c.11.de ref.*præſcribit.Sunt & alij caſus,de quibus in ſuis locis dicemus.

DE SCRVTINIO IN ORDINE FACIENDO. TIT. XII.

1 *Continuatio.*
2 *Scrutinium quid,& vnde dictum.*
3 *Forma ſcrutinij.*

CVm † nullus ordinari poſsit Clericus, niſi probatus fuerit, vel examine epiſcoporũ,vel populari teſtimonio *c.3.diſt.24.* dicente apoſtolo *1.Timoth.3.*manus nemini citò impoſueris,& nihil ſine præiudicio facias,in alteram partem declinando;ideo ſequitur hic titulus,quo monẽtur epiſcopi,vt prius ordinatorum morum grauitatem,ſcientiam,vitam perſcrutentur. 1

Eſt aũt ſcrutinium†nihil aliud,quã examẽ,& dicitur à ſcrutor,ſcrutaris quia is qui examinat ordinandos,ſcrutatur ſiue examinat.c. *vnic.h.t.*& eſt quo ad ipſam ordinationem duplex,vnum quod fit ante ordinationem quod diligenter faciendum eſt. *c.nihil eſt.§.epiſcopi de elect.*Aliud quod fit in ipſa ordinatione,de quo in hoc tit.agitur.Forma † vero primi ſcrutinij eſt,vt incipiat à feria 4.præcedente ſabbatum ordinum,& per triduum epiſcopus diligenter inquirat de vita ordinandi,de genere, de patria, de ætate,de inſtitutione, id eſt titulo, ad quẽ ordinatur,de loco vbi cõuerſatus eſt,de conſcientia, de fide.*Hoſt.in ſum.h.t.n.3.*Forma verò ſecundi ſcrutinij hæc eſt, quod in Romana eccleſia prior diaconorum (apud nos miniſter ſiue vicarius ordinãtis)dicit ante altare:Poſtulat Sancta mater eccleſia hunc vel hos in diacon.vel presbyt.aſſum.(vel hi petunt ſibi conferri diaconatum vel presbyterat.)ordinatore interrogante ſcis eum vel eos eſſe dignos,reſpondet quantum humana fragilitas:&c. 2 3

Digitized by Google

DE ORDINATIS AB EPISCOPO, QVI RENVNCIAVIT EPISCOPATVI. TIT. XIII.

1 *Quid iuris ſit de ordinatis ab epiſcopo qui renunciauit Epiſcopatui.*

1 QVID iuris ſit de ordinatis † ab Epiſcopo qui renunciauit Epiſcopatui, de hoc extat reſcriptum Alexandri ad Archiepiſcopum Toletanum *in c.1.ext.h.t.* Reſpondemus, inquit, Pontifex diſtinguendo, vtrum Epiſcopus renunciauerit loco tantum, an loco ſimul & dignitati: nam in primo caſu ordines rogatus ab epiſcopo aliquo, poterit de ratione conferre: in ſecundo verò caſu diſtinguendum putamus; vtrum ſacros contulerit, an minores: ſi enim à tali ordines vſque ad Subdiaconatum quis acceperit: quia & huiuſmodi ordines à non epiſcopis quandoque conferuntur: & in illis deſeruire poterit, & ad maiores, ſi idoneus fuerit, promoueri. Sanè ſi ab eodem ſacros ordines ſcienter quis receperit, quia indignum ſe fecit, executionem officij non habebit: vbi autem non ſcienter, diſcretus Pontifex diſpenſabit. Porrò quod ius conferendi ordines tantum ad Epiſcopum ſpectet, iuris ordinarij eſt. Nam & Abbatibus à ſacris canonibus ſingulariter permittitur conferre minores ordines, dummodo & ipſi presbyteri ſint, & impoſitionem manus ab Epiſcopo acceperint. *Conc.Trid.ſeſſ 23.c.10.de refor.*

DE AETATE ET QVALIT. ET ORDINE PRAEFICIENDORVM. TIT. XIV.

1 *AEtas quæ in ordinandis requiratur.*

1 NEC minus Epiſcopus ordinans ætatis rationem in ordinando habere debet, qui enim ad primam tonſuram † & ad tres ſequentes ordines minores admitti deſiderat, ipſam infantiam: qui ad Acolytatum duodecimum annum exceſſerit, neceſſe eſt. Poſt hoc tempus omnes ordines minores rectè recipiuntur, ſed per temporum interſtitia vt aliquando diximus, niſi aliud Epiſcopo magis expedire videatur. *c.3.cum gloſſ. de tempor.ord.* Quod ad Subdiaconatum, Diaconatum, & Presbyteratum, diuerſa olim tempora ſtatuta erant. Verùm hodiè ex Concilij Tridentini decreto, nullus ad Subdiaconatus ordinem ante 22. ad Diaconatus ante 23. & ad Presbyteratus ante 25. ætatis ſuæ annum promoueri poteſt. *Conc. Trid ſeſſ.23.c.11.* Semper Epiſcopo cauendum eſt, ne quem ſine titulo ſiue beneficio ad presbyteratus ordinem ordinet, aliàs ordinatum, ſi non vnde viuat, habeat, ſuſtentare tenetur.

DE SACRA VNCTIONE. TIT. XV.

1 *Vnctio quid.*
2 *Species Vnctionis.*
3 *Epiſcopus à quibus & quomodo conſecretur.*

1 SAcra Vnctio eſt ſacri olei materialis delibatio, † ſecundum formam Eccleſię traditam: quę ſi dignè ſumitur, interius fortius, quàm exterius operatur *c.1.§.1.ext.h.t.*

2 Species duæ vnctionis ſunt. Exterior quæ materialis eſt &, viſibilis: &

inte-

interior quæ ſpiritualis & inuiſibilis. Exteriore viſibiliter inungitur corpus, interiore inuiſibiliter inungitur cor. De prima Iacobus Apoſtolus ſupr. ait, In firmatur quis in vobis? inducat presbyteros eccleſiæ & orent ſuper eum, vngentes eum oleo in nomine domini: & oratio fidei ſaluabit infirmum. De altera Ioan. Apoſtolus 2. ait, vos, vnctionem quam accepiſtis ab eo, maneat in vobis: & non neceſſe habetis, vt aliquis doceat vos de omnibus, ſed ſicut vnctio vos docet de omnibus, ita faciatis. Ad exhibendum autem exteriorem & viſibilem vnctionem, benedicitur oleum, quod dicitur catechumenorum & infirmorum: & conficitur chriſma, quod ex oleo fit & balſamo myſtica ratione. Per oleum enim nitor conſcientiæ deſignatur: iuxta quod legitur apud *Matth.* 25. Prudentes virgines acceperunt oleum in vaſis ſuis cum lampadibus: per balſamum odor bonæ famæ exprimitur: propter quod dicitur, ſicut balſamum aromatizans odorem dedi: *Eccleſ.* 24.

Tractatur in h. t. de vnctione epiſcoporum, regum, & omnium Chriſtianorũ, & inprimis hoc chriſmate quilibet Epiſcopus vngi deberi non tam in corpore quàm in corde: vt & interius nitorem conſcientiæ quantum ad Deũ: & exterius habeat odorẽ bonæ famæ, quantũ ad proximũ. *d. c. 1. §. hoc ergo chriſmate. h. t.* Debet enim is qui canonicè electus, confirmatus & examinatus eſt, nouiſsime conſecrari iuxta ea quæ habentur in *c. qui epiſcopus diſt.* 23. & ſcrutinium ſiue examen hoc. quod fit in conſecrando, nunquam eſt omittendum, etiam circa notũ *c. qui epiſcopus.* Quæ conſecratio poſt confirmationem vltra tres menſes protrahi non debet, ne eccleſia deſtituta ſolatio, aliquod patiatur incommodum, niſi extrema neceſsitas cogat tempus prorogari, *c. quoniam diſt.* 75. vt *Concilij Tridentini* decreto plenius continetur *ſeſſ.* 23. *ca.* 2. *de reform.* conſecratur verò epiſcopus† à tribus, vt minimũ, eiuſdem prouinciæ epiſcopis iuſſu metropolitani, cæteriſque epiſcopis abſentibus aſſenſum ſuum accõmodantibus: quamuis melius foret, ſi ipſe Archiepiſcopus vna cum ſuffraganeis ſuis, hoc munus conſecrationis obiret. *c. ſi archiepiſcopus cum c. ſequ. ext. de tempor. ordin.* Archiepiſcopus ab omnibus ſuffraganeis conſecrandus eſt *d. c. ſi archiepiſcopus* qua autem forma hæc conſecratio peragi debeat, nobis tradit pulchrè *Lancell. de conſecrat. §. congregatis*, vt ſc. congregatis hora dominicæ lucis tertia epiſcopis, & ſcrutinio cum precibus celebrato, duo ſupra caput ordinandi, euangelij codicem tenentes manus imponant, & vno ſuper eodem benedictionem fundente, cæteri qui adſunt manibus ſuis caput eius tangant; atque illud vna cum manibus, ſacro chriſmate deliniant. c. d. c. vnic. hoc tit. quo demum peracto, eccleſiæ Romanæ, atque eius pontificibus fidelitas ſecundum formam Gregoriani reſcripti iuranda erit. *c. ergo de iure iur.* Cur autem hora tertia debeat fieri, multiplex ratio adfertur, quia tunc debet miſſa publicè celebrari, *c. nocte de conſec. diſt.* 1. Item quia Spiritus S. ig- 3

Digitized by Google

mentum licet diximus eſſe neceſsitatis,tamen hoc intelligendum reſpe-ctu contemptus,aliàs ſecus,*Panor.in c.quamo de conſec.*) pœnitentia priuata.*c.omnis,ext.de pæuit.& remiſ.*non ſolennis,quæ iterari non ſolet *c.in capite cũ ſeq. diſt.*50.Et matrimonium *c.aperiant 32.qu.1.* Non iterabilia ſunt quæ characterem imprimunt,i.ſignum quoddam à cęteris diſtinctum animæ indelebi-liter infigũt.*Cõc.Trid.ſeſſ.7.in t.de ſacr.in genere.c.9.* cuiuſmodi ſunt,Baptiſmus, confirmatio,& ordo. vnde ſi quis ordinatus fuerit ſine manuũ impoſitio-ne,vel ſubſtantia ſacramẽti ordinis,nõ fiet iteratio ſacramenti,ſed omiſ-sũ ſupplebitur *c.1.c.3. h.t.* Proprietates ſingulorum ſacramẽtorum, quibus Deo inſtituẽte vtimur.*Conc.Trid.d.loc.c.1.* ſunt hę,Baptiſmus eſt introeuntiũ, *c.verum diſt.*32.Confirmatio dicitur pugnantiũ,*c.ſpiritus S.diſt* 5.pœnitẽtia di-citur reuertentiũ, qui pugnarunt.*de pæn.diſt.*2. matrimonium eſt timentiũ, *23.q.5.c.quæ ſint.*Ordo eſt ſacramentum alios regentium, *c.ecce cum honor.1.q.1.* De materia ſacramentorum in genere videre licet latius *Conc.Trid.in cit.loc.*

DE FILIIS PRESBYTERORVM. TIT. XVII.

1 *Quomodo filijs presb.ord.ſacr.interdicatur.*

FILijs Presbyterorum in ſacerdotio† vel in ordinibus maioribus geni-tis & alijs illegitimis interdicitur eccleſiaſticis ordinibus,niſi religio nem ingrediantur,ſed nec eo caſu poſſunt ad prælaturas aſpirare *c.1. h.tit.* 1
quare benè & conſultè fecerint,ſi ſe prius legitimari curẽt. Ratio prohi-bitionis eſt triplex.prima,dignitas & excellentia ordinis clericalis, quæ turpibus,infamib⁹,& huiuſmodi perſonis cõmitti nõ debet, *c.inter dilectos extr.de exceſſ.prælat.*Secunda eſt deteſtatio criminis paterni,ꝙ plerũq; dete ſtamur in filios & punimus,*arg.crim.laeſ.mai.*ob quod quoq; liberi puniũtur, nã magis puniũtur parẽtes in liberis quã in ſemetipſis.*l.iſti quidẽ ff.quod met. caus.*Tertio eſt timor paternæ incõtinentiæ *c.literas c fin.ext.h.t.* iuxta illud.

Sæpe ſolet ſimilis filius eſſe patri.

Poteſt tamen epiſcopus gratiam facere illis,quoad minores ordines & ſimplex beneficiũ. Ad maiores.n.ordines ſolus diſpẽſat Pontif. *c.1 h.t.in 6.*

DE SERVIS NON ORDINANDIS, ET DE EORVM MA-NVMISSIONE. TIT. XVIII.

RAtione ſubiectionis promoueri impediuntur ſerui *c.2. h.t.* niſi à do mino libertatem conſecuti ſint,nullo ſibi retento obſequio tempo-rali.*c.quicunque diſt.*54.*c.nullus,& ibi gloſſ.ext.h.t.* Debet enim,ait Leo Pont. eſſe immunis ab alijs,qui diuinæ militię eſt aggregãdus,ita vt caſtris domini cis,quibus nomẽ eius adſcribitur,nullius neceſsitatis vinculis abſtraha tur.*c.diſt.*54.hoc tamen diſtinctionẽ recipit: aut ſeruus ordinatur domino ſciẽte & nõ contradicente,aut ignorante.Si domino ſciente, & non con tradicente liber ingenuus fiet,ad quoſcunq; ordines fuerit promotus.*c.ſi ſeruus ſciente diſt.* 34. ſi vero domino ignorãte vel contradicente, promotus fuerit ad minores ordines,domino ſuo reſtituẽdus eſt,& in ſeruitutẽ pri ſtinam redigendus : & ſic intellige *c. nulli in fin.d.*54.*c.ex antiquis in fin.ext.h.t.* Si

Digitized by Google

verò promotus fuerit in diaconum,etiam in ſubdiaconum,qui olim non erat ſacer ordo; *d. c.ex antiquis*, poteſt ſe redimere præſtando domino ſeruum æquiualentem,alioqui deponitur,& Domino redditur.*d.c.ex antiquis, in V Diaconum verò aut Vicarium.* Si verò promotus fuerit in presbyterum, peculio tantum multabitur, ſi habet.*d.c.ex antiquis, ante fin.* Nec obſtat quod non ſit curandum de origine, quidem non curatur, ſed bene de origine vel nobilitate,*c.venerabilis,de præbend. c.ad decorem,de inſt.* Sed dicendum quod de origine ſiue conditione ſeruili. *capit.1.capi.conſuluit,ext.hoc titul.*Serui enim ob vilitatem & dignitatem clericalis ordinis non admittuntur ad ordines,*cap.admittuntur,diſt inſt.*54 Intellige autem de ſeruis & mācipijs Chriſtianis, quibus ſimiles ſunt originarij, hoc eſt, ij qui colendo agro perpetuo adſcripti ſunt,etiamſi liberi ſint.*l.7.l.13 Cod.de agr.& cenſ.*curiales,id eſt, curijs adſcripti,*l.12.C.de epiſ.& cler.Cuiac.ad tit.de decur.*non verò de alijs,puta infidelibus ſeruis,nam de illis nulla eſt dubitatio, cùm careant nullo baptiſmate,*vide Abbat.Panor.in c.1.de conuerſ.in fid. Innoc.in c.ſicut de iureiur.* Eadem ratione nec Monachi,niſi de ſui fuerint Abbatis voluntate propoſiti, ad Eccleſiaſticos ordines,multò minus ad alia beneficia ſunt promouendi,*c. ſtatuimus 19.quæſt.3.Panor.in c.poſtulaſti,ext.de for.compet.*

DE OBLIGATIS AD RATIOCINIA ORDINANDIS, VEL NON. TIT. XIX.

ILlis ſimiles ſunt tutores,curatores,actores,excuratores,procuratores, ante depoſitum officium & rationes ab eis redditas, vel fideiuſſores pro adminiſtratis datos.*c.vnic.& ibi Panor.ext.h.tit.c.magnus,diſt.54.c.legem,diſt. 53.* Sicut enim obligatus ſeruili conditione arcetur ab ordinibus, ſic & obligati ad ratiocinia alicuius priuatæ perſonæ,& durat in officio, & tunc non poteſt promoueri.*c.peruenit,diſtin.86.*niſi fuerit adminiſtrator eccleſiaſticæ vel miſerabilis perſonæ,puta viduarum,orphanorum,&c. *d.c. peruenit*: aut adminiſtrationem depoſuit, & tunc adminiſtratio vel eſt publica,& non poteſt promoueri ante redditam rationem.*l.officiales,C.de epiſ. & cler.*vel eſt priuata,& tunc aut in ipſa promotione mouetur ei quæſtio, vel mota eſt,& tunc ſi de dolo ſeu perfidia non promouetur ante deciſam litem *c.tantis.diſt.*51. & eſt ratio,quia ſi condemnaretur,infamis eſſet,*l.furti, § pen.ff. de his qui not. inf.* ſed fama ordinandi in nullo vacillare debet, *c.laici, diſt.32.* verùm cùm poſſet conueniri in fraudem, vt impediretur eius promotio,ideo conſulit Hoſt.*in ſum.h.t.n.5.*vt iudex intendat qualitatem & merita perſonarum,conſiderando vtrum is qui ſe opponit ſit amicus,vel inimicus *arg.c.ſicut nobis, inf.de ſimon.* vel melius, vt Pan.*in c.1.n.3.h.t.*docet,vt terminum deſignet,intra quem cauſa decidatur.*arg.c.cùm inhibitio de claud.deſpon. De hac materia vide latius Panor.& Hoſt.in citatis locis.*

DE CORPORE VITIATIS ORDINANDIS, VEL NON. TIT XX.

CAuenda ſunt non ſolum ordinandorum animi,ſed & corporis vitia, vnde aliqua parte corporis læſi ad ſacerdotium aſcendere non poſſunt *tot.hoc tit.* Hoc tamen tunc obtinet,cum euidens & notabilis eſt læſio. Cæterum ſi modica ſit,vt puta quia exiguam partem digiti vel vnguem nolentes amiſerint,ita vt ſine ſcãdalo poſsint celebrare, à ſacerdotio repellendi non erunt *c. 1. h. tit. 1.* quod Epiſcopi arbitrio committitur. *Panorm. in d. c. 1.* Sanè claudis minime ordinibus interdictum eſt, *c. fin. diſt. 55. Panor. in c. 2. ext. hoc tit.* vt tamen ordinati ad ſolennia miſſarum celebranda baculo non incedant. *c. nullus epiſcopus 57. de conſ. diſt. 1.* eadem ratione ab ordinibus eccleſiaſticis ſubmonẽtur eunuchi, qui ſponte ſibi virilia præciderunt,etiam ſedandæ libidinis cauſa *c. 4. & 5. diſt. 51. c. 4. & 5 ext. h. t.* quod intelligendum eſt de ijs qui ſine cauſa ſe caſtrarunt, in quos iure ciuili animaduertitur, *l. 4. §. fin. ad leg. cor. de ſiccar.* cæterũ eos qui caſtrati nati,vel ex poſt facto ob cauſam non volũtariam facti ſunt,non repellit cœleſtis militia *Panor. in c. ex parte ext. h. t.*

DE BIGAMIS NON ORDINANDIS. TIT. XXI.

1 *Quæſtio an fornicatores ad ſacros. Ordines poßint promoueri.*

BIgamus dicitur,qui diuerſis temporibus & ſucceſsiuè duas legitimas habuit vxores, *Hoſt. in c. aperiat per illum text. 31. quæſt. 1.* interpretatione qui corruptam vel viduam duxit, *c. ſenatum diſt. 32.* vel vxorem vnam à ſe quidẽ virginem ductam,ſed conſtante matrimonio ab alio,& deinde à ſe cognitã. *c ſi cuius diſt. 34.* Bigamia verò vanè contrahitur. Primò quando quis duas habuit vxores,quas cognouit. ſecundo, quandò diuerſis temporibus habuit duas,vel plures,vnam de facto, aliam de iure. Tertio quando plures habuit eodem tempore & eas cognouit. Quartò quando contrahit cũ vidua ab alio viro cognita: ſecus ſi virgo manſiſſet. Quinto quando contrahit cum corrupta à quocunque,ſiue ſcienter ſiue ignoranter,& eã cognoſcit. Sexto quando cognouit vxorem ſcienter vel ignoranter poſtquã ab alio corrupta eſt, ſeptimo quando quis in ſacro ordine cõſtitutus, vel poſt factam religionis profeſsionem,de facto contrahit cũ corrupta, *vide Tyraquell. in 1. l. Connub. gloſſ. 1. par. 1. n. 45.* Et hi omnes bigamorum numero cenſentur & ordinari prohibentur propter defectum ſacramenti vnitatis, cum carnem ſuam in plures diuiſerint, *c. 5. ext. h. tit.* Vnius enim vxoris vir Epiſcopus,ſignificat ex omnibus gẽtibus vnitatẽ, vni viro Chriſto ſubditam ſicut autem duobus dominis ſeruare,ſic ab vno domino apoſtatare,atque in alterius ſuperſtitionem ire non licet, *c. acutius diſt. 26. adfert. Hoſt. in ſum. de tempor. ordin n. 15. & in h. t. alias rationes.* In eundem numerum reijcitur & is, qui cum laicus priorem vxorem virginem duxiſſet,& in ſacris alteram: Quãuis enim hic propriè Bigamus non ſit, quod in ſacro ordine matrimoniũ perperam contrahatur, *c. 1. & 2. ext. qui Clerici vel veri,* tamen eadem Bigamiæ

Digitized by Google

nota afficitur, non propter ſacramenti defectũ, ſed vt ait Innoc 3. propter affectum intentionis cum opere ſubſecuto, *c. 4. & fin. ext. h. t.* quod tamẽ diuerſum obtinet in eo qui pluribus concubinarijs vſus eſt, quiue virginẽ ab alio ductam, ſed nondum cognitam, vxorem duxit, *c. debitum & c. quia circa ext. h. t.* cum in neutro ſubſit ſacramenti defectus dd. iuribus. An autem
1 fornicatores † poſsint promoueri ad ſacros ordines, hoc Panor. in occultis ſcilicet poſt peractam pœnitentiam concedit, & maximè ſi diſpenſatio Epiſcopi acceſſerit: in manifeſtis negatur *in c. pen. hoc tit.*

DE CLERICIS PEREGRINIS. TIT. XXII.

IVs ordinandi clericos quamuis penes Epiſcopos eſt, tamen diligenter animaduertere debent, ne alienæ diœceſis ſubditum ſiue peregrinum abſq; ſui ſuperioris licentia, ad eccleſiaſticum ordinem etiam primæ tonſuræ admittant, *c. 2. 3. & 5. de temp. ord. c. 1. §. ad Epiſcopum diſt. 25.* non impunè laturi tam ordinantes quàm ab iiſdem ordinati, ſi ſecus fecerint *Conc. Trid. ſeſſ. 23. c. 8. § 1. de re for.* Peregrini ſunt omnes qui non ſunt de Epiſcopatu & diœceſi ordinantis, ſiue ſint clerici, ſiue laici. *71. diſt. hoc tit.* Quare à promotione vel executione ordinis peregrini repellantur, quatuor rationes dat *Hoſt. in ſum. hoc tit. num. 2.* quarum duæ priores præcipuæ ſunt: Prima quia non licet Epiſcopo falcem ſuæ iuriſdictionis ponere in meſſem alienam, ordinando vel iudicando ſubditos alienos *diſt. 71.* Secunda, quia tales ſolent pro magna parte eſſe criminoſi, infames, excommunicati, vel aliàs irregulares, corpore vitiati, vſurarij quoque ordinari prohibentur, *c. 1. c. de Petro diſt. 47.*

DE OFFICIO ARCHIDIACONI. TIT. XXIII.

1 *Archidiaconus vnd. & quis.* 2 *Officium Archidiaconi.*

HActenus de ordinandorum tractatu, nunc de dignitatum officijs videamus. Et primo de officio Archidiaconi, qui poſt Epiſcopum, primum locum obtinet. Quoniam grauis & ampla officij paſtoralis cura eſt, vnde rectè conſtitutum eſt, vt aliqui in eccleſia ſint, qui vna cum Epiſcopo onus ferant, & ſui prælati valeant ſubleuare ſollicitudinem. Talis eſt Archidiaconus, qui maior poſt Epiſcopum, & eius vicarius reperitur. Cuius vigilantia & ſolertia vſque adeò in domo Dei excubare debet, vt oculus Epiſcopi non immeritò meruerit appellari, *c. diaconi 1. & 2. diſt. 93. c. ad hæc ext. eod.* Dicitur autem Archidiaconus ab archos, † quod eſt princeps, & diaconus, quaſi princeps Diaconorum. Eſt ergo prior Dia-
1 conorum, ſicut quando Archidiaconus non eſt in eccleſia, prior Diaconorum dicitur is qui prius ordinatus eſt in diaconum. Officium
2 † Archidiaconi eſt audire iurgia clericorum *c. 1. fin. ext. hoc tit. per lectis diſt in. 25. inſtituere c. in plebibus diſt. 63.* pœnas modicas imponere. *c. licet de pœnis, &c.* item cognoſcere poteſt, quod intelligendum eſt de minoribus negotijs: grauiora enim Epiſcopo denunciare & renunciare debet. *c. ad hæc ext. hoc tit.*

hoc tit. denique quæ corrigenda & emendanda viderit, corrigere & emendare. *d.c.perlectis.* ſed an poſsit excommunicare? hoc Dd.negant, *per c. Archidiaconum ext.hoc t.* niſi de licentia Epiſcopi & conſuetudine. *Cancell. de offic. Archid. inſt.* quòd fallit iuxt. Panor *in c.Archidiaconus ext.hoc tit. num. 1.* ſi electus fuerit ab vniuerſitate habente iuriſdict. in ſubditos. *per c. cum ecclesiarum ext.hoc tit.*

DE OFFICIO ARCHIPRESBYTERI.

TIT. XXIV.

1 *Officium Archipresbyteri.* 2 *Species Archipresbyterorum.*

ARchipresbyter, id eſt, princeps ſiue primus presbyterorum, à pleriſque decanus appellatur. *c.adhæc §.Archipresbyteri ext.de offic.Archid.* hic ex decreto cõſilij Toletani ſuper omnes presbyteros in ordine presbyterali poſitos, curam agit animarum: † huius eſt aſsiduè in Eccleſia ſtare, & in Epiſcopi ſui abſentia ad vicem eius miſſarum ſolennia celebrare, & collectam dicere, aut cui ipſe iniunxerit, *c.1.ext.hoc tit. vide latius c. 2. & 3. hoc tit. vbi explicatius recenſetur officium Archipresbyteri.* Hic non abſimilis eſt Archidiacono. Similitudo autem in hoc eſt, quod vterque eſt Epiſcopi iuris vicarius, ille in his quæ concernunt ordinem & forum pecuniarium, *c.cum officium ext.hoc t.* Archipresbyterorum duo ſunt genera, † alij ſunt ciuitatenſ. vel vrbani, alij Rurales, de officio vrbanorum in *d.c.2.& 3.diſſeritur.* Rural. verò huiuſmodi eſt, vt ſingulæ, inquit Pontifex, plebes Archipresbyterũ habeant propter aſsiduam erga populum Dei curam, qui non ſolum imperiti vulgi ſolicitudinem gerat, verum etiam Presbyterorum, qui per minores titulos habitant, vitam iugi circumſpectione cuſtodiant, & qua vnuſquiſque induſtria diuinum opus exerceat, Epiſcopo ſuo renunciet. *c.fin.ext. hoc tit.* 1 2

DE OFFICIO PRIMICERII.

TIT. XXV.

PRimicerius quatenus hic ſumitur, eſt primus in choro vel primus in cantu *Hoſt.in ſum.hoc tit.n.1.* Primicerij cura principalis eſt, vt in docendo præſit Diaconis, & alijs eccleſiæ miniſtris, lectioneſq; diſtribuat Diaconis ad nocturna clericorum officia. *c.1.h t.*

DE OFFICIO SACRISTAE.

TIT. XXVI.

SAcriſtæ ſiue ſacrario (qui alibi theſaurarius in *c. perlectis diſt.* 25. vel cimeliarcha dicitur, *c.fin.verſ.in ſumma ext.de offic.Archid.*) cuſtodia vaſorum ſacrorum, veſtimentorum eccleſiaſticorum, ſiue totius theſauri Eccleſiaſtici, nec non eorum quæ ad luminaria pertinent, *c.1.ext. de offic. ſacriſtæ.* incumbit.

DE OFFICIO CVSTODIS.

TIT. XXVII.

1 *Vicarius quis.*

Digitized by Google

CVſtos eccleſiæ dicitur is, cui cætera quæ eccleſiæ competunt cuſtodienda committuntur, & ſubeſt Archidiacono. *c. 1. ext. h. t.* Ad illũ reliquarũ rerum eccleſiæ cura ſpectat: ſpeciatim verò, vt Archidiaconi iuſſu ad Canonicas horas ſigna tintinnabulorum det, itẽ pallia & linteamina altaris ſeu cuncta vtenſilia Eccleſiæ indeſinenter cuſtodiat, lampades & laternam accendendo ſeu extinguendo peruigil exiſtat *c. 1. ext. hoc tit.* nec non panem & vinum omni tempore præparatum ad miſſam habeat, *c. 2. ext. hoc tit.* Hic notandum monet Caniſ. *in tit. de offic. princ. Inſt. iur. can. lib. 1.* quod ea quæ de officijs Archidiaconi, Archipresbyteri, aliorumque dicta ſunt, in quibuſdam eccleſijs quandoque aliter obſeruari, cum locorum conſuetudines vbi rationabiles ſunt, iuri ſcripto derogare ſoleãt, *c. dilecti. c. et. de arb. c. 2. ext. de conſ.*

DE OFFICIO VICARII.

TIT. XXVIII.

1 *Vicarius quis.*

PEr vicarium quoque, quando Epiſcopus per ſe ipſum deſeruire & reſidere rationabili cauſa prohibetur, aut præſens omnibus par eſſe nõ poteſt, Epiſcopalis repræſentatur auctoritas, *Lancell. inſt. hoc tit.* Vicarius dicitur,

1 † qui vicem alterius gerit; qualis quidem eſt & Archidiaconus, alijque de quibus proximè egimus, *c. 1. de offic. archi.* ſed cùm hi nomen propriũ & ad adminiſtrationem ex canonum præſcripto habeant: non ſolent appellari vicarij. Canoniſtæ autem hic eos ſolos vicarios intelligunt qui ab Epiſcopo, vel eius auctoritate ab alio conſtituuntur, & recepto loquendi more, ſimpliciter vicarij nominantur, de quibus agitur de officio vicarij in 6. Hic autem aduertendum eſt, quod licet per generalem officij cõmiſſionem Vicario factam, cauſarum cognitio transferatur, poteſtas tamen inquirendi, corrigendi, aut puniendi aliquorũ exceſſus, ſeu aliquos à ſuis beneficijs vel adminiſtrationibus amouendi, vel beneficia conferẽdi (niſi ſpecialiter conceſſa ſit, vel vnum horum ſpecialiter exprimatur ſecuta clauſula generali: Et omnia alia quæ nos poſſumus iuxta. *Hoſt. hic per c. licet eod. in 6.*) non transfertur. Eius officium eſt, vt deſeruiat Eccleſiæ & perſonæ, *c. prouideas ext. hoc tit.* & vt curam habeat animarum, *c. fin. eod. & vt ſit ſacerdos, non laicus. c. in nona 16. quæſt. 7. vide de hac materia latius Hoſt. & Panor. in h. tit. & Lanc. & Caniſ. in inſt. iur. can. h. t.*

DE OFFICIO ET POTESTATE IVDICIS DELEGATI,

TIT. XXIX.

1 *Delegatus quis.*
2 *Poteſtas delegatorum.*
3 *Differentia inter delegatos à pontifice, & ab alio ordinario.*
4 *Modi quibus finiatur delegatorũ iuriſdictio.*
5 *An auditores rotæ ſint iudices ordinarij.*

SOlent interdum Summi Pontifices, alijq; Epiſcopi & legati ſedis Apoſtolicæ, cum ordinariam iuriſdictionem habeant *l. more 5. ff. de iuriſd. om. iud.* caſus ad ſuum forum ſpectantes alijs delegare, id eſt demandare, qui

vice ſua eas cognoſcant vel dirimant.*tot hoc tit.ext.& in 6.* Delegatus dici-
tur † cui cauſa committitur terminanda,vel exequenda,vices delegantis 1
repræſentans: & in iuriſdictione nihil proprium habens, *l.1.ff. de offic. eius cum mand.*Omnes verò qui iuriſdictionem ordinariam habent, delegare poſſunt *d.l.more.5.*vnde legati ſedis Apoſtolicæ, quia iuriſdictionem ordinarum habent,quoque cauſas delegare poſſunt,*c.2.;& fin. hoc tit.* Cui poſsit delegare his verſibus comprehendes.

Liber,mas,gnarus,cui ſit mens,integra fama,
Ætas,qui ſubſit, committitur huic bene cauſa.

Hæc ſingula verba pulchrè explicat Hoſt.*in ſumma hoc t.n.3.* Quantam iu-
riſdictionem delegati habeant ipſius ex forma commiſsionis apparet:† a- 2
liquoties enim iuriſdictionem cõtinet,aliquoties executionem, aliquoties ius commune,aliquoties gratiam ſpecialem c.quæ iuriſdictio, *c. quod executionem ſup.de reſcriptis*: quæ omnia ex formula delegationis cuius diligens ratio haberi & attendi debet, cognoſcuntur. Vnde ſi plures iudices delegati ſunt,verba commiſsionis inſpicienda ſunt.Sin enim adiecta hæc clauſula, Quod ſi omnes intereſſe non poſsint, alij nihilominus in cauſa procedant; duo præſentes ita demum procedent, ſi de impedimento tertij per certum nuncium,aut aliter legitime conſtiterit.*c.2. 1.c.ne. princ. & §. adijcimus ext.hoc tit. Hoſt. in ſum.hoc tit.n.3.* Vbi verò formula delegationis hoc modo concepta eſt: Vt omnes,aut duo,vel vnus eorum procedat, cuius delegatorum poteſtas facta intelligitur in ſolidum, ita vt inter eos præuentioni locus ſit, neque alij vlterius cœptæ ab alio cauſæ ſe immiſcere poterunt: niſi is qui præuenit,infirmitate,aut alia iuſta ex cauſa impediatur,aut nollet eam proſequi,*c.8.eod.in 6.vide Ferrar. in for.lib.in real. act. in verbo nec non vicario.*Illud autem diſcriminis eſt † inter delegatos à Pontifice, vel 3
principe,& ab alio ordinario iudice; quod is cui cauſam aliquã princeps delegat. *§.omnem vero de litigioſ.nou.l.à.iudice 5. C.de iudic.c.paſtoralis 2.§.ext.eod.h.t.* plenam in cauſa delegata iuriſdictionem habet:adeò etiam vt iudices dare ſiue ſubdelegare poſsit;*l.vnic.C.qui pro ſua iuriſd.Iouean.in l.2.de iuriſd.dict. iuribus.* Delegatus verò ab ordinario nõ item,*l.mandatum §. de officio eius cui &c. l.5.ff.de iuriſd.* niſi cui iuriſdictio vniuerſa mandata eſt: qua ſpecie & hic ſubdelegare poteſt.*l.1.2 §.is quoque ff.de iud.Bart. in d.l.mores, & in l.1.& ſequ. C.de his qui vic.alter.ger.vbi quoq.* docet quid legatus diſtet à vicario. eſt & adhuc alia differentia,quod delegati S. Pontificis, poſsint ſententiam ſuam exequi intra annum, *c.26.h.t.* vel etiam ordinario iudici eam exequẽdam demandare,qui & cogetur eam exequi,licet ſciat iniuſtam eſſe, niſi efficere poſsit apud delegatum,vt hoc onere liberetur *c.paſtoralis 28. §. quia verò ext h.t.* Secus eſt in delegatis ab ordinario,quorum officium cum lata ſententia expiret,executio, in ipſum ordinarium reijcitur *l. à Diuo pro 15.in princ. ff. de re iud.* Excipiat verò delegatorum iuriſdictio varijs modisi † Et in pri- 4
mis curſu temporis, niſi tempus conſenſu partium prorogatum fuerit,

c.4.hoc tit. Eſt enim iuriſdictio delegata ſtricti iuris, vnde ſicut dicitur in compromiſſo, quod id tantum venit de quo actum eſt *l.ſi cum. dies §. plenum, l.non diſtinguemus. §.de officio ff.de arbitr.* Deinde re integra morte delegantis, *c. 20.ext.h.t.* vel delegati, *c.vno 42.ext h.tit.* niſi ſub nomine dignitatis delegatio facta ſit, *c quoniam Abbas 14.& ibi latius Canoniſta ext. hoc tit.* Item reuocatur per poſteriorem delegationem ab aduerſario impetratam, facta tamen mentione prioris delegationis, *c.cæterum 3 ext.de reſcript.* Denique ſententia lata ſiue finito negotio, vel per appellationem ſuſpenſo *c.9.c.27. ext. hoc tit. Hoſt.in ſum.hoc tit.num. 12.* Atque hæc de delegatis ab homine, vt ita loquar, conſtitutis. Sunt enim & delegati iuris, hoc eſt qui à iure iuriſdictionem delegatam habent, ſicut pluribus caſibus Epiſcopi, reſeruatis alioqui ſedi Apoſtolicæ, præſertim in Eccleſias & monaſteria exempla, eorumque perſonas; quibus ipſi auctoritate canonum tanquam delegati ſedis Apoſtolicæ nonnunquam procedunt, abſque vllo alio mandato: vt multis locis videre eſt *in c.13. §.cæterum ext.de offic.iud.ordin.c,ad abolendam 9.in fin ext.de hæret.Conc.Trid.ſeſ.5.c.2.de refor.ſeſſ.6 c.2.& 3.de refor.ſeſſ.4.c.4.de refor.ſeſſ.21.c.6.& 8. de refor.Coniſius inſt.h.t.*
5 An autem auditores † Rotæ ſint iudices ordinarij, vel delegati quæſtionis eſt, vti videre eſt apud *Fel.in Rub.h.t.n.4.gloſſa in c.1.in ver. iudicio de re iud. in 6.* negat eſſe iudices: Archidiaconus verò in *c.experientiæ 11. quæſt.1.* dicit eſſe iudices delegatos. Bart autem *in l. præcipimus §.1. C. de Appell.* dicit habere iuriſdictionem ordinariam, cuius ſententia videtur confirmari per deciſ.dominorum de Rota *in hoc tit.deciſ.13.* inquiunt enim ex hoc quod Auditores Sacri palatij habent iuriſdictionem habitu, cenſentur quaſi ordinarij, ita quod commiſsiones quæ ijs fiunt, non ſint diſtributiones ſiue delegationes. Hinc eſt quod *c. ipſo iure de reſcrip.in c.6.* non habet locum in auditore in curia impetrato & dato, & ideo vnus poteſt deferre alteri, *arg.clem.auditor de reſcrip.*

DE OFFICIO LEGATI

TIT. XXX.

1 *Legatus quis.*
2 *Species legatorum.*
3 *Officium legatorum.*

1 Legatus † dicitur quicunque ab alio mittitur *l.1.& 2.ff.de l.* Et ſciendum autem eſt, quod quidam ſunt legati nuncij, & non iudices, vt iſti quos ſæpè Papa mittit pro aliqua Ambaſiata, vel ad aliud nudum miniſterium exercendum, & de his *c.ius gent.diſt.1.& c.nobiliſsimus diſt.97.* quidam ſunt legati iudices quos Papa facit ordinarios in certa prouincia & de iſtis tractatur in hoc tit.
2 Et Horum ſunt alij legati Cardinales, † qui cum de latere S.Pontificis ſumantur, vocantur Legati de latere: aut ſunt legati miſsi, qui extra ordinem Cardinalium conſtituuntur: aut ſunt legati nati, qui legationis munus ſingulari priuilegio S.Pontificis, ſuæ dignitati anne-

xum habent, ita dicti, quod quaſi nati vna cum dignitate videantur: cuiuſmodi ſunt in Anglia Cantuarienſis, in Germania Salisburgenſis. Archiepiſcopi, *c. 1. hoc tit.* de triplici genere horum legatorum vide *c. 1. in 6.* Inter legatos verò hoc diſcriminis eſt: quòd legato de latere prouinciam ſuam ingrediente, ſuſpendatur aliorum legatorum, ſi quidem in eadem prouincia ſunt, officium, donec ipſe rurſus egrediatur, *c. 8. ext. hoc tit.* Item quod Legatus de latere poſsit abſoluere excommunicatos propter iniectionem manuum in Clericos. *c. 4. & 9. hoc tit.* nec non beneficia vacantia conferre, etiamſi ſpectent ad præſentationem patroni clerici. *c. 1. in 6. eod.* quæ non æquè permiſſa ſunt alijs legatis, abſque ſpeciali mandato S. Pontificis, d. iuribus, præterea differunt, quod legatis de latere debeatur procuratio extra prouinciam, ſi fortè contingat ipſos aliquò tranſitum facere, ſed alijs non niſi ſpeciale mandatum habeant, *c. cum inſtantia de cenſ.* Ad officium cuiuslibet † legati pertinet, exceſſus inquirere & corri- 3
gere, cauſas prouincialium diffinire & audire & delegare *c. 1. hoc tit.* nam & ad eos à prouincialibus rectè appellatur *d. c. 1. c. 2. h. t. in 6.*

DE OFFIC. ORDINARII.

TIT. XXXI.

1 *Ordinarius quis.*
2 *Officium ordinarij.*
3 *De brachio ſeculari.*

ORdinarius eſt, † qui ſuo iure, vel principis beneficio, vniuerſaliter 1
iuriſdictionem exercet, cui ſcilicet vniuerſitas cauſarum commiſſa eſt. *l. 5. cum l. ſeq. de iuriſd.* Dico vniuerſaliter, quia ſi princeps vnam cauſam vel etiam decem, non tamẽ vniuerſaliter deleget, non propter hoc is cui tot cauſæ committuntur, dicitur ordinarius. *c. quis legare de elect.* Nos hic intelligimus Ordinarium Archiepiſcopum, vel Epiſcopum confirmatum 2
appellamus, cuius officium latiſsimè patet † Nam præter ea quæ ſunt ordinis Epiſcopalis, puta ordinare clericos, conſecrare Eccleſias, altaria & id genus alia, de quibus *Caniſ. in inſt. iur. can. tit. de offic. clericor. § ad Epiſcopum cum § ſeq.* etiam iuriſdictionem Eccleſiaſticam in omnes Diœceſis ſuæ ſubditos exercet, atque adeò in ipſos principes ſeculares *c. omnes ext. de maior. & obed.* Proinde iure ſuo eccleſias & monaſteria diœceſis ſuæ viſitat, corrigit, reformat, beneficia eccleſiaſtica confert, *c. 6. ext. de off. iud. ord.* item vnit & diuidit, vbi neceſsitas, vel euidens vtilitas eccleſiæ poſtulat. *c. 33. ext. de præbend.* Sed & in adulteros alioſque facinoroſos inquirit & animaduertit iuxta præſcripta canonũ, implorato etiã ſi opus fuerit brachio ſeculari. *c. 1. hoc t.* eſt enim vna iuriſdictio per aliã adiuuanda. *c. quoniam*

3 *h tit.*vnde iudex ſecularis † poteſt compelli per excommunicationem, ad dandum familiam & auxilium iudici eccleſiaſtico,*c.1.& ibi Panor.n.11.ext.h. tit.*niſi conſtet iudici ſeculari,quod iniquè imploretur brachium ſeculare *Innoc.in d.c.1.* Sed an è contra iudex eccleſiaſticus teneatur ad auxilium ferendum,hoc Innoc.d.lo.negare videtur, quia inferior in ſuperiorem nō habet imperium *c.qualiter de iureiur.c.legimus in fin.diſt.93.* Sed prudens & diſcretus iudex,vbi illi de meritis cauſæ conſtet, illud non ſolet denegare, *vide Panor.in d.c.1.*

DE OFFICIO IVDICIS.

TIT. XXXII.

1 *Officium iudicis quid.*
2 *Species.*
3 *An imploratio officij iud.act.definitione continetur.*

1 OFficium iudicis † iuxta *Bart.in l.3.de iuriſd.*eſt ius faciendi ea, quæ iudici,vt iudici facienda incumbunt, de quo Agell.*lib.14.c.2.l.1.iuriſd.*Eius
2 ſpecies † tres facit gloſſa *in § præterea nu.31.de act.*Bartolus verò dicit duplex officium iudicis eſſe, vnum nobile, alterum mercenarium. Nobile dicitur,quod per ſe non ſtat,non deſeruiens alicui actioni, ſed à iudice iuris authoritate exercetur,etiamſi nulla proponatur actio,& illud exercetur ex mero iudicis facto, vt cum iudex procedit inquirendo, vt notatur *in c. qualiter 14.ext.de accuſ.* Aliquando verò exercetur ad inſtantiam partis, vt ſi petatur reſtitutio in integrum loco deficientis actionis, &c. Mercenariũ iudicis officium dicitur, quod per ſe non ſtat,ſed actioni deſeruit: vnde etiam mercenarium dictum eſt. Quemadmodum enim is qui operas ſuas locat bona fide, & libens eas præſtat eo modo, ſicut dominus præſcribit: ita iudex actionibus in iudicium perductis aut perducēdis, impartit ſuũ officium vltrò quidem, ſed non niſi ad normam actionis,eaque ceſſante, eius officium ceſſat quoque. Et illud aliquandò deſeruit præparando iudicio,vt in decernendis citationibus,& in omnibus quæ fiunt ante litem conteſtatam: aliquando deſeruit actioni propoſitæ,vt in probationibus admittendis,& examinandis teſtibus,& in omnibus alijs poſt litem conteſtatam occurrentibus vſque ad ſententiam definitiuam, aliquando deſeruit actioni propoſitæ terminādæ per ſententiam definitiuam. Omnes enim ſententias iudex officio mercenario pronunciat, tam ſuper re petita,quam ſuper fructibus,damnis,& expenſis litis,&c. *Schneid.in init. inſt. de act.n.16.* & ille eſt ſenſus *c. 2.h.t.iuxta communem doctrinam Canoniſtarum.* quamuis de iure ciuili forſan huiuſmodi diuiſio iudicis officij non probatur. An
3 autem imploratio † officij iudicis actionis definitione contineatur, interpretes iuris ſe valdè in explicanda quæſtione torſerunt,ſed friuolè.Cũ ex *l.deducta ff.ad ſenatuſ.Treb.l.quintus de ann.leg.l.ſeruos ff.de alie.leg.& l.planè de rei ven.* apertè cōſtet officio iudicis ea præſtari,quæ actione peti nō poſſũt.ideoq;

Afric. in l. ſi prius de nou. oper. nunc. & Iabolenus in l. agi. ff. ſi ſeruitus vendic. cautionem cuius nomine ab actore nulla actio à prætore poſtulari poterat, nempe de futuro opere abſtinendo, iudici officio præſtari reſponderunt, vnde patet num actionis definitione contineatur. Vtilitas tamen huius quæſtionis eſt, vt canoniſtæ & Felin. *in c. iudicis 2. ext. h. t.* tradunt; nam interpellatio facta parti, non conſtituit eam in mora, quando competit ſolum officiũ iudicis *l. cum poſtulaſſem ex princ. ff. de damn. inf.* item ſi ſtatutum denegaret actionem vel exceptionem, non prohiberetur pars implorare officium iudicis, ſi ſibi competeret *l. planè vbi Dd. & Bart. ff. de petit. hæred.*

Ex *c. 1. h. t.* Notat Felinus ibidem, quod licet aduocatus poſsit compelli ad patrocinandum gratis pauperi, prout quoque ad tit. ff. de poſtulando diximus; tamen hoc intelligendum eſſe, ſi cauſa pauperis importet eius extremam neceſſitatem, adeo quod ſi cauſa rueret, moreretur fame. tunc enim iſta denegatio patrocinij poſſet eſſe occaſio mortis, quæ imputaretur aduocato. *diſt. 86. c. paſce.* igitur eo caſu, ſicut pauperes poſſunt petere Eleemoſynam, non quidem directo iudicio, ſed denunciare Eccleſię illum qui non dat, vt Eccleſia eum cogat, *gloſſ. c. ſicut in verb. vſur. diſt. 47.* ita poterit implorare officium iudicis, vt Aduocatum ſibi conſtituat. Alioqui verò nullus compellitur ad bonum faciendum. *23. quæſt. 5. c. ad fin.* Et hoc eſt quod Angelicus Doctor loquitur de Medico, quod is, ſi poſſit infirmo aliunde ſubueniri, non teneatur curare eum, aliàs oporteret Medicum omnia negotia prætermittere, & pro ſolis pauperibus operam intendere, tunc certè Galenus illi non daret opes. *Thom. ſec. ſec. q. 71. articul 1.* Solent tamen de publico patronis cauſarum conſtitui ſalaria, ne cauſæ pauperum deſerantur.

DE MAIORIT. ET OBEDIENTIA.
TIT. XXXIII.

1 *Continuatio.*
2 *Maioritas vnde dicta.*
3 *Obedientia quid.*

QVandoquidem† graduum & ordinum diſtributio eccleſiſticam vnitatem conſeruat. *c. fin. diſt. 89.* igitur hoc titulo declaratur, quot ſint gradus perſonarum, puta, aliæ maiores, aliæ minores: & quod minores maioribus reuerentiam, & maiores minoribus dilectionem impendere debeant. *d. c. fin.* Et hoc eſt, quod Diuus Paulus *Roman 12.* dixit. Sicut enim, inquit, in vno corpore multa membra habemus: omnia autem membra non eundem actum habent; ita in Eccleſiæ corpore multa membra ſunt, quorum vni hoc beneficium, alterum illud conferendum eſt. Et ſicut indecorum eſt inquit Gratianus *in c. 1. diſt. 89.* in corpore humano, vt alterum membrum alterius fungatur officio: ita ſimiliter turpiſſimum eſt, ſi ſingula rerum miniſteria perſonis totidem non fuerint diſtributa. 1

2 Maioritas à maiore, †more Græco ducta. quæ in pluribus conſiſtit, vti ſcribit Ioh. Andr. in caſ. ſuper eo 2. de præb. vide Hoſt. *in ſum. h. t.* Obedientia eſt † actus intellectus & voluntas humiliter obtemperans ſuperiori
3 ex debito, & conſiſtit in mandatis, vt habetur 93. *diſt. c. ſi inimicus, & tot. h. t.* Obedientia in quibus conſiſtat, quis, & cui ea præſtari debeat, *vide Hoſt. in ſum. h. t. per tot.*

DE TREVGA ET PACE. TIT. XXXIV.

1 *Treuga quid.*
2 *Differentia inter treugam & inducias.*
3 *Treugæ ſpecies.*

OPortet vt Epiſcopi ad ſolum Deum & ſalutem populi habentes reſpectum, omni tepiditate ſepoſita, ad pacem firmiter tenendam mutuum ſibi conſilium & auxilium impendant: neque hoc alicuius amore vel odio prætermittant; alioqui ſi in hoc opere tepidi inuenti fuerint, damnum propriæ dignitatis incurrent *c. præcipimus, 90. diſt.* & hoc eſt quod dicitur in *c. diſcordantes eadem diſt.* diſcordantes Clericos Epiſcopus, vel ratione vel poteſtate ad concordiam trahat: inobedientes Synodus per audientiam damnet.

1 Treuga eſt ſecuritas † perſonis & rebus ad tempus præſtita, diſcordia nondum finita, quod in lege dicitur fœdus vel inducia, *l. poſtliminium, §. induciæ, ff. de cap. & poſtlim.* eſt tamen aliqua differentia iuxta interpretes inter
2 inducias & treugam. †(quam Galli vocant Treues, noſtris Anſtandt/) illæ ſunt ad modicum tempus, hæc in longum tempus extenditur. *d. §. induciæ, & ibi Dd.* Treugæ duæ ſunt ſpecies, † vna conuentionalis, altera canonica. Conuentionalis dicitur, quæ ex conuentione recipit formam, ſicut & contractus quilibet, *l. 1. §. ſi conueniat, ff. de depoſ.* & hæc hoſti Romano ſeruanda eſt. *c. noli* 23. *quæſt. 1.* 22. *quæſt. 4. c. innocens. vide Duar. ad l. 1 ff. de pactis.* quod verum iuxta Hoſt. *in ſum. h. t. n.* 5. ſi & infidelis ſeruat fidem fideli. *c. peruenit, inf. de iureiurando. c. ſi infidelis* 28. *quæſt. 1.* Canonica treuga eſt illa, de qua hic titulus loquitur. Et iſta vel eſt perpetua, vel temporalis. Perpetuam habent preſbyteri, clerici, monachi, conuerſi, peregrini, & ruſtici cum animalibus, & miniſtris omnibus ruſticanis, quamdiu fuerint in agricultura, ſicut milites dum militant. *c. 2. h. t. l. fin. C. de reſt. milit.* Temporalem habent omnes à feria quarta poſt occaſum ſolis, vſque ad feriam ſecundam ante ortum ſolis. Item ab aduentu domini vſque ad octauas Epiphaniæ, & à Septuageſima vſque ad octauas Paſchæ *c. 1. h. t.* Sed huiuſmodi treuga moribus non eſt recepta.

DE PACTIS. TIT. XXXV.

1 *Pactum quid.*
2 *Pacti obſeruantia.*
3 *Pactum quomodo de iure canonico producat act.*

1 PActum eſt † duorum vel plurium in idem placitum conſenſus *l. 1. in princ. ff. de pact.* Et quidē pacta inter quoſcunq; quacũq; de re inita regulariter
2 ſuam debent habere firmitatem *c. 1 h. t.* † neque enim quiſquam, vt diuinum

monet oraculum per prophetam Dauid. ea quæ de labijs ſuis procedunt, facere debet irrita. Quod quidem vſque adeo obtinet, vt Apoſtolicis etiam indultis pactum deroget: Inde cum miniſterio & Apoſtolica ſede libera ſepultura conceſſa eſſet, & pactum cum rectore parochialis eccleſiæ eſſet, ne parochiani ipſius ad ſepulturam reciperentur, reſponſum eſt in dicto monaſterio ſepeliri eligentes obſtante conuentione, voti ſui non poſſe fieri compotes. *c. 1. eod in 6.* nec obſtat quod pactum inter eccleſias non debeat nocere alijs non paciſcentibus *c. veniens de tranſact.* nam recipere ad ſepulturam, eſt in poteſtate eccleſię recipientis, ſi non ſit eccleſia parochialis, in qua procederet contrarium, quia ipſa non poſſet præiudicare parochianis ſuis, ſed aliæ eccleſiæ benè poſſunt præiudicare, cùm non teneantur quemquam recipere inuitæ, imò verè non dicerentur eligentibus præiudicare, cùm nullum ius habeant in eis inuitis. *Peruſ. in d. c. 1.* Eodem etiam ſpectat, quod pactum à filia, dum nuptui traditur, vel tradita eſt, cum patre factum, vt dote contenta ad bona paterna nullum regreſſum habeat, ſi iuramento vallatum ſit (licet de iure ciuili improbetur. *l. pactum quod dotali, C. de pact. l. pactum quod C. de collat.*) ſeruari debet. *c. licet h. tit. in 6.* Couarruuias ibid. per tot. *c. cum contingat de iureiur.* propter iuris regulam, q̃ua iubetur omne iuramentum ſeruari. quod non vergit in diſpendium ſalutis æternæ, neque redundat in alterius præiudicium. *c. quamuis h. t. in 6. d. c. cum contingat in fin.* Ex his patet quod nudum pactum de iure canonico producat † actionem, dummodo non ſit ſine cauſa *Felin. in c. Antigonus n. 15. h. t.* 3
Sed an hoc obtineat inter ſubiectos imperij, grauiter controuertitur, vti videre eſt apud *Felin. c. Antigonus in 10.* communis tamen opinio eſt, quod & iam habeat locum in foro ſeculari. *Panorm. in d. c. Antigonus, nu 3. Felin. n. 10. vide VVeſ. ad tit. ff. h. t. circ. fin.*

DE TRANSACT. TIT. XXXVI.

1 *Super quibus rebus tranſactio.*

2 *Effectus tranſactionis.*

De re dubia † & lite incerta non gratuita pactio, eſt tranſactio. *l. 1. ff. l. tranſactio C. c. ſuper eod.* Tranſactiones quoque ſimilem iuris firmitatem obtinent; † vſque adeo vt iuribus omnibus, quæ partibus, aut obtentu præſcriptionis aut priuilegij ſeu quocunque modo ſuffragari poterant, vires adimant, *c. 1. ext de tranſ.* vnde licet poſtea reperiantur inſtrumenta non tamen lis inſtaurabitur *l. ſub prætext. C. h t. c. inter monaſterium de re iud.* circa hoc tamen ſolent Dd. diſtinguere, vtrum petitio ſuper qua tranſigitur ſit ſpecialis, vel generalis, vel indefinita *in d. l. ſub prætextu.* Sed & in tranſactione ſimiliter animaduertendum eſt, ne hæc contra bonos mores, aut de re quę tranſactionem non admittit, interponatur: veluti in cauſa ſpirituali, in qua tranſactio ſpeciem ſimoniæ continet, *c. 4. 7. & 9. h. t.* licet in ea amicabilis & gratuita compoſitio non improbetur. *d. c. 7. fin.* At in matrimonio nulla tranſactio, nullaque compoſitio admittitur, *cap fin. ext hoc tit.* 1 2

Si e-

Si enim legitimè ſemel contractum eſt matrimonium, amplius diſſolu non poteſt. *c. præcepit c. præceptum 32. quæ. 2.* ſin illigitimè contra ſacros initum reconciliari non poteſt transactione vel compoſitione partium, *c. 8. in fin ext. de conſang. & affin.* quod prius intelligendum eſt de compoſitione, quæ ad diſſolutionem matrimonij tendit, quos enim homo coniunxit, homo non ſeparet. *c. quos Deus 33 quæſt. 2. d. c fin.*

DE POSTVLANDO. TIT. XXXVII.

1 *Poſtulare quid.*

2 *Poſtulare prohibitus, non cenſetur prohibitus conſulere.*

1 POſtulare † eſt deſiderium ſuum, vel amici ſui apud eum qui iurisdictioni præeſt, proponere agendo ſeu reſpondendo, *l. 1. §. poſtulare, ff. h. t.* De hac materia abundè ad tit. ff. & Cod. diximus. Sed tantum hic notanda,
2 quod poſtulare prohibitus, non cenſeatur prohibitus conſulere, quod notandum monet Panor. *in rub. h. t. n. 1.* Secundo, quod regulariter in ſacris conſtituti, vel beneficiati non poſſunt aduocare niſi pro eis, vel eorum eccleſijs vel pro miſerabilibus perſonis. *c. 1 & ibi Panormit. h. tit.* Et duntaxat in ciuili cauſa. nam in criminalibus, vbi venit pœna ſanguinis imponenda debet clericus omnino abſtinere, *c. ſententiam, ext. ne cler. vel monachi. Panor in d. c. 1. n. 3. & 5.*

DE PROCVRATORIBVS. TIT. XXXVIII.

1 *Procurator quis.*

2 *Procuratorum genus.*

3 *Quid iuris vbi procuratores diuerſis temporibus nati ſunt.*

4 *An quis per procuratorem teneatur litigare.*

EXercemus Iudicia non ſolum per nosmetipſos, vel etiam per procuratores noſtros aut ſyndicos *l. 1. ff. h. t. c. 1. eod.* Procurator eſt qui aliena
1 negotia mãdato domini adminiſtrat Vlp. *in d. l. 1. in princ.* Verum de iure canonico latius patet nomen procuratoris, quo & à non domino procurator conſtituitur; veluti, à prælato, vel ab alio Clerico in cauſis eccleſiaſticis. *c. 1. & paſſim tot. h. t.* ſed & ab vniuerſitate, vel collegio rectè procurator
2 datur, qui propriè nomine Syndicus, vel actor appellari ſolet, *c. vnico, ext. de ſynd.* Porro procuratorum duplex † genus eſt, vnum eorum, quia conſtituuntur ad negotia extra iudicium explicanda, de quibus ſub titu. ff. Cod & Inſt. de mand. alterum, qui ad iudicialia tractanda. *de quibus paſſim h. tit. & in ff. & Cod. eod.* Nihil verò impedit, vnus vel plures ad litem inſtituendam vel perſequendam procuratores conſtituantur, vt tamen non ſeorſim ſinguli, ſed omnes ſimul gerant, præterquam ſi in ſolidum dati ſint. Qua ſpecie melior erit conditio occupantis, lite ſcilicet per eum conteſtata, *c. ſi duo eod. in 6.* Singulariter verò obſeruatur in cauſis electionum, poſtulationum, prouiſionum, alijſque ſpiritualibus (cùm hæ celeriorem expeditionem deſiderent) vt ex pluribus procuratoribus non in ſolidum datis, iudex poſſit magis idoneum ſeligere, ne res concurſu eorum implicetur *d. c. ſi duo in fin.* vbi autem duo procuratores diuerſis temporibus dati ſunt

†po

poſterioris datione prior tacitè reuocatus intelligitur.*c.pen.ext.h.tit.* niſi à priore lis iam ante conteſtata fuerit. quo caſu cùm dominus litis ſit factus, poſtea inuitus reuocari non poteſt: niſi iuſta cauſa reuocationem ſuadeat; vt puta, ſi procurator ſuſpectus ſit domino, vel ſi affinis vel hæres aduerſarij, vel ſi valetudine, aut alia re impediatur: idque æſtimabit iudex *c.2.eod.in 6.* excipe ſubſtitutum à procuratore, qui non reuocatur à ſubſtituente, niſi poteſtatem habeat reuocandi *c.3.eod.in 6.* Qui procuratorem conſtituere, conſtituique poſsint, & quibus in cauſis, de his abunde ad tit. ff. de procuratoribns diximus. *vide latius Caniſ. & Lancell. Inſt. h.t. per tot. & Hoſt. in ſum. h.t. n. 8.* Hic autem notandum eſt, vbi procurator extra iudicium reuocatus eſt, id inſinuari debere iudici vel aduerſario. Alias, quod his ignorantibus ab eo geſtum erit, ratum habendum eſt. At reuocatoriam ſcientibus, iudicium nullius momenti erit, tanquam cum 4 procuratore falso geſtum *c.4.ext.h.t & ibi Dd.l.licet.24.C.eod.* An autem † quis teneatur per procuratorem litigare, hic commodè quæri poteſt, de hac quæſtione *vide Panor. in c. cum dilecti n.12. ext. dol. & cont.*

DE SYNDICO. TIT. XXXIX.

1 *Syndicus quis.*

2 *Syndicum debent habere Eccleſiæ.*

3 *Quomodo intelligendum, quod monachus poſſit eſſe procurator, & an ſine mandato.*

Syndicus eſt † ille qui conſtituitur ad agendas cauſas vniuerſitatis ſeu 1 defendendas præſentes & futuras ſine decreto *l.1.ff.eod.* eſt autem differentia inter procuratorem & ſyndicum, vt ex diuerſitate tit. patet. nam ſyndicus propriè conſtituitur ab vniuerſitate: procurator verò à domino, *l.1.ff.de proc.* Eccleſia igitur & maxime † religioſi debent habere ſyndi- 2 cum, qui cauſas monaſterij agat, defendatque, etiam ſi oportuerit, conſtituto illi ſalario: expedit enim pro paruo incommodo à ſtrepitu cauſarũ ſeruos Dei eſſe quietos, *c.vnic. h.t.* Nec obſtat, quod monachi poſſint † eſſe 3 procuratores ſuperioris licentia. *c.monachi 16.quæſt.1.* hoc verum de neceſſitate, puta quando monaſterium ob paupertatem non habet, vnde ſalarium commodè ſoluere poſſit, & ſic communiter Dd. intelligunt. *d.c. vnic.* Sed an ſine mandato poteſt pro eccleſia ſiue monaſterio interuenire? aliqui negant. *arg. d.c. monachi.* aliqui verò affirmant. *arg.l.exigendi C.de proc.* quorũ ſententia mihi arridet, maximè cùm ſyndicus ſine mandato de iure ciuili experiri poſſit, dummodò de rato caueat, at inter ius canonicum & ciuile nulla hac in ſpecie eſt differentia. *Panor. in c.1.n.2. in fin. ext. h.t.*

DE HIS QVAE VI, METVSVE CAVSA FIVNT. TIT. XL.

1 *Quatenus geſta per metum reſcindantur.*

2 *Quando metus facit actum ipſo iure nullum.*

3 *An metus rerum excuſet.*

QVamuis regulariter geſta per metum valeant:, tamen reſcinduntur per actionem quod metus cauſa, prout ſup. ad tit. ff. eod. diximus dũ
1 modò ſine ſua culpa quis incidat in metum, nam ſi quis † ſua culpa inciderit in metum, non competit vllum remedium metum paſſo, *leg. ſi mulier, ff. eod.* vbi dicitur quod ſi liberta commiſit ingratitudinem contra dominum & prætextu ne reuocaretur in ſeruitutem, aliquid promiſit domino ſuo, non ſuccurritur ſibi contra illam promiſſionem, licet metu ſeruitutis fecerit, & hoc ideo, quod ipſa ſibi intulit metum committendo in
2 gratitudinem, & dominus iuſtè minabatur ſibi de reuocanda ea ad ſeruitutem. Aliquando metus facit actum ipſe iure nullum, ita vt non opus ſit vllo remedio quo reſcindatur, *gloſſ. in c. Abbas. & Panor. ibid. & Hoſt. in ſum. h. tit.* multos caſus notant. quorum maximus mihi videtur, vt matrimonium vel votum metu factum ſit ipſo iure nullum. *Bart. in l. 1. §. quæ onerãdæ, ff. quar. rer. act. non datur. Panor. in d. c. Abbas. n. 8. c. veniens, ext. de ſponſalib.* Ratio eſt, quia matrimonium cõtrahitur libero conſenſu, & vbi interuenit metus, tollitur qualitas libertatis, vt notatur *in c. locum, ext. de ſponſ.* Præterea ratio quoad votum, quia voluntarium & non coactum militem elegit Chriſtus, *c. ſed inueniſti 4. queſt. 5* An autem † metus rerum excuſet, quæritur: Et dicit Pontifex *in c. 2. h. t.* ſi quis per metum amiſſionis renunciauit beneficio ſuo, illud repeti poſſe. quod intelligit Panor. *ibid. n. 1. cum Hoſt. in ſum. h. t. n. 2.* de amiſſione omnium bonorum, aut ſaltem maioris partis, quaſi eo fortè caſu bona vitæ comparari videantur.

DE RESTIT. IN INTEGRVM.

TIT. XLI.

1 *Reſtitutio quid.*
2 *Requiſita vt Eccleſia poßit in integrum reſtitui.*
3 *An reſtitutio impediat executionem.*

1 REſtitutio in integum † eſt prioris ſtatus vel iuris reintegratio. *l. 1. C. de ſent. paſſ. & reſtit.* Si in contractu aliquo Eccleſia fuerit enormiter læſa, poteſt aduerſus talem contractum petere reſtitutionem in integrum. *c. 1. h. t.* Ad hoc autem, vt Eccleſia conſequatur reſtitutionem in integrum, duo requiruntur. † primo, vt ſit enormiter, pro modico damno non
2 facile conceditur reſtitutio *c. pen. de reb. eccleſ. non alien.* (ratione alicuius contractus ſi intereſſe ſiue reſtitutio competit ex maleficio aduerſarij, tunc ſtatur iuramento damnum paſſi, vt notatur in *l. ſi quando C. vnde vi*) læſa, ea que læſio per teſtes vel alia legitima documenta probetur. *Panor. in c. 1. n. 2. h. tit.* Secundò quod intra quadriennium à tempore notitiæ computandum reſtitutio petatur *c. 1. eod. in 6.* niſi ſubſit aliqua rationabilis cauſa, ob quam quis vltra quadriennium debeat audiri: *d. c. 1. in fin.* Reſtitutio in integrum poſtulanda eſt ab ordinarijs adminiſtrationem habentibus, vel delegatis ab ijs, ſiue hæc cauſa ſpecialiter delegata ſit, vel incidenter in commiſſo negotio venerit. *c. 9. ext. h. t.* Delegati verò ab ordinarijs qui adminiſtrationem non habẽt, ſed tantummodo facultatem iudicandi, ſeu arbitri hac de

cauſa cognoſcere nequeunt, niſi coram eis mota fuerit incidenter. *d.c.9.et ibi Panor.n.7.* Prouidendum iudici eſt, vt conceſſa reſtitutione in integrum, is contra quem reſtit. decernitur, non defraudetur in pretio ſuo vel ſumptibus ab eo neceſſarijs vtilibuſque factis *c.1.h.t.* Quamuis verò reſtitutio in integrum contra ſententiam ſuſpendat eius executionem. †tamen hoc 5
fallit ſi contra petentem reſtitutionem eſt præſumptio malitiæ, quod cauſa differendi executionem hoc petat; quo caſu executio fit præſtita cautione de reſtituendo, ſi petens in cauſa prçualuerit, *c.6. & ibi Pan. ext. h.t.*

DE ALIEN. IVD. MVTANDI CAVSA FACTA.

TIT. XLII.

DVplici modo fit alienatio iudicij mutandi cauſa. Primus eſt, quando directè conueniendus tranſtulit rem de qua erat contentio in alium. Secundus eſt ſi fraudulenter receſsit de poſſeſsione rei, vt alius puta amicus ingrederetur, quanquam enim iſte apertè & directè non tranſtulerit rem in alium: tamen in effectu ex quo fraudulenter hoc fecit: videtur alienaſſe. *Panor. in c.1.n.1. h.t.* De *hoc edicto abunde ad tit. ff. & cod. eod. diximus.*

DE ARBITRIS. TIT. XLIII.

1 *Arbitri qui dicantur.*
2 *Qui arbitri poſsint eſſe.*
3 *Quod in laicum de re ſpirituali non poteſt compromitti.*

ARbitri dicuntur propriè, †qui nullam poteſtatem habentes, conſenſu litigantium in iudices eliguntur, in quos compromittitur, vt eorum ſententiæ ſtetur. *Lancell. in inſt. h.t.* vnde eorum ſententiæ ſtandum eſt, ſiue æquam ſiue iniquam dixerint; cùm ſibi imputare partes debeant quod meliores non elegerint. *l.32. § ſtari, ff. eodem*, niſi fortè arbitri præſcriptam compromiſſi formam exceſſerint, *c.6. ext. h.t.* aut cõtra expreſſum Ius aut ſordibus vel gratia ducti, ſententiam tulerint; aut non obſeruato iudicij ordine proceſſerint: cùm arbitria ad ſimilitudinem iudiciorum redacta ſint. *l.1. & ibi gloſſ. ff. eod.* Aſſumi†autẽ poſſunt vnus vel plures; pari vel 1
impari numero, *c.1. & paſsim h.t.* quamuis conſultius & expeditius ſit, impari numero eos ſumi; vt ſi omnes non cõſentiant, inueniatur ſaltem maior pars, cuius arbitrio ſtetur: in paribus verò res ſine exitu eſt, propter naturalem hominum ad diſſentiẽdum facilitatem, *l.19. § principaliter, ff. h.t.* vnde ſi ex tribus arbitris duo concordent in ſumma, valet eorum ſententia: licet ſi vnus in 15. alius in 10. tertius verò in quinq; pronunciauerit, illius q̃ dixit de ſumma minori, ſententia prçferatur: *c.1. eod. in 6.* Debent autem arbitri adeſſe, alioqui non abſente, ſententia aliorum licet conſentiẽtium non valet; cùm in omnes compromiſſum ſit, niſi in compromiſſo adiectũ eſſet, vt ſi vnus vel alter abeſſe, reliqui nihilominus procederent. *l.37. § cũ in plures ff. h.t.* aut niſi abſens legitime requiſitus, nolit adeſſe cauſç cognitioni vel definitioni: nam his caſibus cçteri præſentes poterunt cauſam cognoſcere, & decidere, cũ huius abſentia per præſentiam diuinã repleatur.

Quod poſterius ex benignitate iuris canonici *c.1. eod.in 6.* contra ius ciuile *l.ſi in tres 10.ff.eod.* receptum eſt *Caniſ.in inſt.eod.§.debent. vide Bart. in l.item ſi vnus §.item ſi plures ff.eod.* Qui verò compromittere poſsint,& in quos & de quibus cauſis in ff.eod.retulimus *vide latius Lancell.in inſt.eod.* hic tamen no-
3 tandum quod in laicum de re ſpirituali non poteſt † compromitti: niſi ſit clerico (non monacho, ad quem quies,oratio & manuum labor,non autem cauſarum ſpectat cognitio. *c.de præſentium 16. quæſt.11.*) adiunctus,aut apoſtolica authoritate compromiſſum ſuſceperit, tunc minime arbitri partes exequi prohibetur. *c.per tuas eod.*

FINIS LIBRI I. DECRETAL.

DECRETALIVM
EPISTOLARVM GREGORII, LIBER SECVNDVS.
DE IVDICIIS.
TIT. I.

1 *Iudicium quid.*
2 *Diuiſio.*
3 *Clericus coram quo conueniri debeat.*
4 *An Epiſcopus conſentire poßit, vt Clericus coram laico conueniatur.*
5 *Laici in criminali cauſa non poſſunt conſentire in alium iudicem.*
6 *Quæſtio, an laicus committens crimen ſimul cum clerico, debeat gaudere priuilegio clerici ſocij ſui.*
7 *Limitationes priuilegij ab Innoc. III. clericis indulti.*
8 *Caſus quibus coram Eccleſiaſtico iudice laicus pulſatur.*
9 *Iudicij diuiſio.*

1 IVdicium eſt † quaſi iuriſdictio, quod in eo ius dicatur vel reddatur à iudice *c.forus §.1.ext. de verb.ſig.* Iudicum aut
2 eſt ſeculare†,aut eccleſiaſticum. Secularia iudicia ſunt quæ exercentur coram iudice laico. Eccleſiaſtica ſunt, quæ coram iudice eccleſiaſtico inter perſonas eccleſiaſticis agitantur. Ratio huius ſummæ diuiſionis eſt, quia ſicut duo ſunt ſc. authoritas ſacra Pontificum & principalis poteſtas, quibus totus orbis regitur. *c.duo diſt.96.auth.quomodo oportet epiſcopos in fin.* ita & duæ ſunt reſpubl.& diuerſi iudices, vnus laicorum, alter
3 clericorum. Clericus ergo non poteſt conueniri † niſi coram iudice Eccleſiaſtico *c.ſi diligenti ext. de for. comp.* quod verum eſt de clerico reo.nam clericus actor & qui habet actionem aliquam contra laicum, debet eum conuenire coram iudice ſeculari. ratio, quia actor ſemper debet ſequi forum rei *c. cum ſit extrau. de foro compet. l. 6. Cod. de iurisd. omn. iud.* ſunt aliquæ II. quæ volunt vt clerici ſaltem in cauſis criminalibus poſsint

ad iudicium ſeculare trahi, ſed omnes illæ ll. hodiè per *Auth.ſtatuimus C.d.*
tit. ſunt correctæ. Clericus ergò non poteſt conueniri nec in cauſa ciuili
nec criminali coram iudice laico, hæc regula adeò vera eſt, vt ipſemet
clericus ſi maximè vellet & ſpontè conſentiret in iuriſdictionem iudicis
laici,tamen non poſſet conueniri efficaciter, hoc eſt, vt ſententia contra 4
ipſum lata, produceret aliquem effectum. At quid ſi Epiſcopus † conſen-
tiret,vt clericus conueniatur coram laico? nec adhuc poteſt. Ratio, quia
Epiſcopus non poteſt priuilegia clericorum minuere gloſſ. 2. ad c. ſignifi-
caſti ext.de for. compet. imò nec ipſe pater poteſt ſubijcere clericos po-
teſtati ſeculari ſecund. *Panor.ad c.2.de maior.& obed.* Nec decimaquarta illa
regula,quod quilibet renunciare fauori pro ſe introducto poſsit *l.pen. C.*
de pact. quia illa regula intelligitur de fauore introducto ratione alicuius
priuatæ & ſingularis perſonæ, cui ille priuatus rectè poteſt renunciare,
quia eſt fauor perſonalis,at iſtud priuilegiũ fori non eſt perſonale,ſed to-
tius ordinis clericalis,cui priuatus aliquis & ſingularis clericus nõ poteſt
renunciare, *c.non ab homine h. t.c.ſi diligens de for.comp.c.continua c.placuit cum ſimili-*
bus 11.quæſt.1.§ ſi quis auth de ſanct. Epiſ. Ex quibus nota differentiam inter lai-
cos & clericos. laici enim poſſunt in cauſa ciuili litigare coram iudice
non ſuo,modò ille in quem conſentiunt, habeat iuriſdictionem ſiue or-
dinariam ſiue delegatam *l.1.ff.hoc tit.* Dixi (in cauſa ciuili) quia in cauſa
criminali † nec laici poſſunt conſentire in non ſuum iudicem, *l.in crimina* 5
li C. de iuriſd.om. iud. Hoc priuilegium non ſolum in Clericis in ordinibus
conſtitutis, ſed etiam in ſenſuram habentibus & fratribus laicis locum
habet. *gloſſ.ad c.quiſque in verſ.eccleſiaſtica.17.quæſt.4.c. indicatur & ibi gloſſ. diſt.89.*
An autem in clericis coniugatis? clerici coniugati ferentes habitum &
tonſuram in criminalibus indiſtinctè priuilegio gaudent clericali: in ci-
uilibus verò tunc ſi fuerit præuentus, *Panor.in c.propoſuiſti in fin.ext.h. ti.* At ſi a-
liquis in laicatu ſiue ſeculari ſtatu deliquerit,& poſt delictum factus fue
rit clericus,vtrum debeat coram iudice laico,& vt laicus puniri, vel corã
iudice eccleſiaſtico? & videtur dicendum,quod coram Laico *arg.l.1.de pæn.*
ſed communiter tenent dd. quod ſit puniendus coram eccleſiaſtico,nam
ſuperueniens priuilegium liberat quem à priore onere, quod ei incum-
bebat. *l.ſpadone §.ſi autem & l.iuriſperitos de excuſ.tutor.* Item facit in argumentũ,
quod paganus factus miles ſit accuſandus de commiſſo crimine dum eſſet
paganus,coram iudice ſecundo, *l.qui non vno §.eius de re militar.* Sed an laicus
committens † crimen ſimul cum clerico, debeat gaudere priuilegio cle- 6
rici ſocij ſui? & hoc videtur dicendum *arg.l.ſi is qui duos de liber.leg.l.ſi communẽ*
ff.quemad.ſer.amitt.ſed Gomeſ.in tract.de delict.c.1.n.6. hanc quæſtionem in vtram-
que partem diſputat,& tandem pro parte negatiua concludit. Hoc priui-
legiũ multis modis iuxta Canoniſtas in *d. c.ſi diligenti & Guid pap. deciſ.1.Mynſ.*
cent.1.obſ.22. & præcipuè Gail lib.1.obſ 37. limitatur. Primò, quoad bona feu-
dalia,† quia tali caſu ceſſat priuilegium fori clericis conceſſum & con- 7

Digitized by Google

ueniri debeat coram iudice laico,id eſt domino feudi, vel paribus curiæ, *c. verum hoc tit.c.ex tranſmiſſa ext.de for.compet.* Secundò non procedit, quando cauſa eſt realis inter clericum & laicum,quia ea res tractari debet coram iudice laico,vbi res ſita eſt per rationẽ *l.fin.C.vbi in rem act. & c. fin.de for.comp.* quod ſcilicet ratione rei quis ſortiatur forum in loco vbi res ſita eſt. & hoc ſæpè in camera obſeruatum eſſe,dicit Gail. d. loco. quoniam magis fundo quàm perſonis adiudicari fines vel partes intelliguntur,*l.qui aliena §.fin.ff.de neg.geſt.* Ego putarem hâc limitationem in bonis clericorum procedere,vt eo caſu poſsint coram iudice laico conueniri iuxta *d. l. fin.* non in rebus eccleſiæ vel quaſi ſpiritualibus,neque decem, *c.ſin.ext.de iud. & de fin. de for. comp.* quia ibi dicitur, quod coram iudice rei ſitæ res debet determinari, hoc eſt in rebus eccleſiæ ſiue poſſeſſorijs eccleſiaſt. debet coram iudice eccleſiaſtico rei ſitæ res ventilari; cum ad iuſtificandam poſſeſsionem,in beneficijs poſſeſſorijs ſit neceſſaria quædam probatio alicuius tituli apparentis, nec aliter poſsit poſſeſsio obtineri, etiam quoad interdicta poſſeſſoria. At titulus eſt ſpiritualis,ergo,vide.*c.ſi diligenti verſ. in temporalibus ext. de for. comp.* Imò cauſa poſſeſſoria ad eccleſiaſticum iudicem pertinet,& beneficialis dicitur,*clem. vnic.de ſequeſt.poſſeſſ.* hinc non puto cauſas decimarum poſſe coram iudice ſeculari agi,tanquam annexum ſpirituale,niſi eo caſu quando de ſolutione decimarum agitur, tunc clericus iudicem ſecularem poteſt adire,vt ſibi à laico decimæ ſoluantur: quamuis *Couar.pract.quæſt.c.35. cum ſequ.* putet eo caſu, quo decimæ beneficiario vel feudario,aut alio modo à pontifice in laicum translatæ ſunt, iudicem ſecularem poſſe cognoſcere,quod forſan verum, niſi decimæ naturam ſpiritualitatis annexam haberent, eaque perquamcunque alienationem nõ poſſet tolli.Tertiò, clericus coram laico in cauſa ciuili reconueniri poteſt. *Felin.in c.at ſi clerici n.8.ext.de iud.* quia venit acceſſoriè ad reconuentionem.Quartò,Clericus venditor forum emptoris ſequi tenetur,hoc eſt iudicis ſecularis & nõ eccleſiaſtici, quia merus & neceſſarius defenſor emptoris eſt.*Boer.deciſ.69.n. 27.* quod verum, quando iudicium cum emptore fuit cœptum, aliàs ſi clerico venditori ante lit. conteſt. ſit denunciatum, iſque ſe ſtatim obtulerit illum defendere, tunc forum clerici venditoris ſequendum:& ſic fortè intelligendus *Caſtr.in l. venditor n.3.ff.de iudic.* Quintò fallit ſi clericus in inſtantia & lite ſuccedat laico, *l. vbi cœptum ff. de iudic. l. hæres abſens 16.ff.d.tit.* quod tamen Dd. mirificè variant,vt apud Felinum in *c. quia n.3 ext.hoc tit. & Panor.ibid.Marant. par.5.num. 12.cum ſeq.§.videre eſt.* Ego putarem indiſtinctè clericum ex perſona defuncti coram iudice laico conueniri poſſe,idq; ex *d.l.* hæres:ibi Iuriſconſultus dicit, hæredem ibi conueniendum vbi defunctus debuit,nec vllo priuilegio excuſari ſi ibi inueniatur.Neque decem, *d.c.ſi diligenti.* Nam illud loquitur in obligationibus quæ initium ex perſona clerici habent non autem in illis quæ dependentiam neceſſariam, vt loquitur. *Fel. in d. c. quia 23.* habent à præterita obli

gatio-

Digitized by Google

gatione, vt in hoc caſu, vbi clericus ſuccedit in præteritam obligationē cui defunctus obligatus erat. Nam in his principium non finis attendi debet. *l. damni §. Sabini ff. de dam. inf.*

Quod autem diximus† laicum, conueniendum eſſe coram iudice laico, illud quoque ſuas limitationes recipit. nam ratione rei eccleſiaſticæ, *c. tuam de ord. cog. litis* de natiuitate alicuius *c. lator ext. qui filij ſint leg.* iuris patronatus, *c. quanto hoc tit. Gail lib. 1. obſ. 38.* decimarum, *tot. tit. de decim.* ſacrilegij & Blaſphemiæ, *c. ſtatuimus de maled.* & deniq; ratione controuerſiæ ſpectantis ad ſalutem animæ, *arg. c. omnibus* vtriuſque ibi Panor. *ext. de pœn. & remiſſ. pecc.* & ſimilibus caſibus eſt conueniendus coram iudice eccleſiaſtico dictis iuribus. 8

Iudicium † eccleſiaſticum exercetur interdum criminaliter, interdum ciuiliter, interdum mixtim. Criminaliter, veluti de homicidio, adulterio, hæreſi, furto, iniuria, alijſque delictis, tam publicis quàm priuatis, ſi de ijs publicæ vindictę cauſa agatur, *l. vnic. C. quand. ciuil. ad l. fin. C. ad l. cor de falſ.* Ciuiliter; vt in actionibus, rei vindicationibus, actionibus empti, venditi, locati, conducti, & ſimilium; quibus ciuiliter, id eſt quod noſtra priuatim intereſt, perſequimur. *d. l. vnic.* Mixtim; vt in accuſatione adulterij, quoad ſeparationem tori, *c. tuæ ext. de proc. de his & alijs iudicij diuiſionibus alibi diximus. videte ſi libet, latius Hoſt. in ſum. hoc tit. Caniſ. & Cancell. in inſt. eod.* 9

DE FORO COMPETENTI.

TIT. II.

1 *Forum quid.*
2 *Ratio cur actor forum rei ſequi debeat.*
3 *Reus 4. modis ſortitur forum.*
4 *Citatione omiſſa redditur iudiciū nullū.*

POſt generalem tractatum de iudicijs Pontifex vult tractare de ſingulis membris & partibus iudicij, incipiendo à foro competenti, tanquā à fundamento. Forum autem, ſeu forus, in iure duas habet † ſignificationes. Nam vel denotat locum in quo iudex ſedet pro tribunali, forus enim eſt exercendarum litium locus, *c. forus de V. S.* vel ſignificat territoriū ſeu iuriſdictionem cuiuſque iudicis. *l. prob. §. territorium de V. S.* hic in vtraque ſignificatione accipitur. In cod. verò iſte tit. inſcribitur de iuriſd. om. iud. & for. compet. prior pars continet iudicis poteſtatem ſeu iuriſdictionem, altera locum in quo ius dicitur. 1

Quando ergo aliquis intendit aduerſarium in ius vocare, ante omnia benè debet conſiderare, vtrum iudex coram quo intendit reum vocare, ſit iudex cōpetēs, hoc eſt, vt ſit iudex rei; nō enim ſufficit vt iudex habeat aliā quāiuriſdictionē, ratio, quia actor debet ſequi forum rei. *c. 8. h. t.* licet nō ſit idē forū actoris, *l. 2. c. de iuriſd. om. iud.* Ratio† autē quare actor debet ſequi forum rei, eſt, quia agens naturaliter ſequitur id quod patitur, nō è contra 2

pati-

Digitized by Google

patiens trahit id ad ſe quod agit. Reus autem eſt patiens. dicitur enim in iure reus fugiens. *l. properandum verſ. etſi quidem c. de iudic.* Actor autem ſemper inſequitur fugientem, & ideo actor rectè dicitur ius perſequi in iudicio in princ. inſt. de act. Reus autem quatuor modis ſortitur forum † primò
3 ratione originis ſeu natiuitatis, eo enim ipſo quod Titius ſit natus in ipſo oppido, ſubijcitur magiſtratus illius oppidi iuriſdictioni. 2. ratione domicilij ſiue habitationis, omnes n. vbi habitant licet non ibi nati, coram iudice iſtius loci conueniri poſſunt. *gloſſ. ad l. hæres 16 ff. de iud.* 3. ratione contractus: eo enim ipſo quod aliquis contraxerit aliquid in' vrbe Colonienſi, licet ſit extraneus, poteſt conueniri coram magiſtratu Colonienſi: quia in contrahēdo quo ad illum contractum, ſubijcit ſeipſum iudici loci in quo contraxit. *Bart. in l. ſi poſtuletur ff. de iudic.* 4. ratione delicti, ſtatim enim atque aliquis commiſit furtum, homicidium, vel aliud delictum, in aliquo loco, ſiue ſit ciuis, ſiue extraneus, ſubijcitur iuriſdictioni illius loci in quo delictum commiſit, ne delicta maneant impunita, *l. ſi ita vulneratus ff. ad l. Aquil.*

Alterum, vel potius primum inſtituendi iudicij membrum eſt citatio, vt ante omnia reus citetur ad comparendum coram illo ſuo iudice competente. Eaque omiſſa, iudicium redditur ipſo iure nullum † *c. 8. ext. de ma-*
4 *ior. & obed. c. 10. ext. de conſt.* quia nihil in præiudicium non citati fieri poteſt, & neque naturalis, neque ciuilis ratio permittit quenquam indefenſum & ignorantem iudicari & condemnari. *gloſſ. pen. ad c. eccleſiæ ſanctæ Mariæ de conſtit.* Emiſſa verò, non impunè negligitur, pœna in contumacem conſtituta, *vt ad tit. de dol. & cont. infr. dicemus*: niſi incompetentis iudicis aut alia iuſta exceptione vocatus ſe purgauerit, vti ad tit. ff. de in ius vocand. docuimus. Certa enim iuris ſententia eſt: Extra territorium ius dicenti impunè non paretur *l. fin. de iuriſ om. iud. c. pen. ſup. de off. vic.*

DE LIBELLI OBLATIONE.
TIT. III.

1 *Actor debet offerre libellum, duabus de cauſis.*
2 *Libellus quid.*
3 *Requiſita libelli concludentis.*

Libelli oblatio facit tertium membrum iudicij, ſine quo nullum poteſt exiſtere ordinarium iudicium, & actor non prius auditur, *Panor. in c. 1. n. 1. ext. h. tit.* Reo enim iuridicè citato ſiue comparuerit in die aſsignato ſiue non; actor debet ſemper offerre libellum, idque ob duas potiſsimum
1 rationes. † Prima vt reus poſsit deliberare, vtrum ſit credendum actori, an verò contendendum *c. induciæ §. offeratur 3. quæſt. 3. Gail. lib. 1. obſ. 61. cum ſeque.* ſecundo, vt iudex proſpicere poſsit, quomodo debeat concipere ſenten-
2 tiam. Ratio, quia ſententia iudicis definitiua ſemper debet eſſe conformis libello *l. §. vt fundus ff. com. diuid.* Libellus ergo nihil aliud † eſt quam breuis ſcriptura claram actoris intentionem continens, & contra rerum

necessa-

neceſſario concludens.*gloſſ.ad c.1.h.t.* Dicitur (Breuis) quia libellus eſt diminutiuum à libro quaſi breuis liber. nam qui format libellum, debet omninò cauere ne ſit verboſus. Dixi (Scriptura) quia libellus debet offerri in ſcriptis, *auth.offeratur C.de lit.conteſt.* quod verum ſi cauſa ſit ardua, vel actor vult procedere ſolenniter. nam in modicis cauſis, vel quando iudex procedit ſummariè, & de plano, poteſt actor ſuam petitionem dicta re apud acta ſcribente notario. Debet quoque eſſe clarus, quia obſcurus ſemper reijcitur, *Gail. lib. 1. obſ.62.* cum ſeq. nam ex tali libello reus non poteſt videre, vtrum contendendum, vel cedendum ſit. Vt verò libellus neceſſariò dicatur concludere contra Reum,† debet habere 5, conditiones, quæ hic carminibus ab Hoſt.in ſum *hoc tit.* comprehenſæ ſunt: 3

Quis, quid, coram quo, quo iure petatur, & à quo.
Rectè compoſitus quiſque libellus habet.

DE MVTVIS PETIT.
TIT. IV.

1 *Conuenire, & reconuenire quid dicatur.*
2 *Caſus reconuentionis.*
3 *Caſus in quibus non habet reconuentio locum.*
4 *Reconuentio habet triplex priuilegium.*

MVtuæ petitiones nihil aliud ſunt, quàm mutuæ quæſtiones, vel vt Iuſt.dicit, mutuæ obligationes, id eſt quando alter alteri, id eſt mutuò ſibi inuicem obligantur, *§. 1. inſt. de author. tutor.* quando actor id quòd ſibi debetur petit, conuenire: quando conuentus per libelli oblationem petit id quod ſibi debetur, reconuenire dicitur, quaſi ipſum iterum reconuenire, qui prius conueuerat, *Panor. in rub. hoc tit.* v.g. Titius me per libelli oblationem conuenit nomine decem ex mutuo, Ego illum iterum conuenio, & libellum iudici offero, in quo peto 5. hæc conuentio ex parte mea reconuentio dicitur. At obijceret aliquis: iſte actor poſſet recuſare meum iudicem, tanquam non ſuum iudicem competenté: de re nã cuius † in agendo quis obſeruat arbitrium, eum habere & contra ſe iudicem in eodem negotio ęquum eſt *l.cum Papinianus in fin.C.de ſent.& interl.om.iud.* Et hæc eſt ratio reconuentionis, quæ in ſumma æquitate & ratione fundata eſt, valdè enim iniquum eſſet, vt actor recuſaret coram illo iudice reſpondere, coram quo elegerat alterum conuenire. debet enim vtriuſque tam actoris, quàm rei æqualis eſſe conditio, *c. 2. hoc tit.* Hæc reconuentio poteſt fieri coram omni iudice ob illam rationem, Cuius in agendo &c. dummodò ante litem conteſtatam proponatur, *auth. conſequenter C.de ſentent. & interl.om.iud.c.diſpendia §.fin.de reſcrip.in 6.* Coram arbitro tamen non poteſt celebrari, quia arbiter non poteſt iudicare, niſi de his tantum, ſuper quibus in eum compromiſſum fuerit, *c.cum dilectus ſup.de arbitr.* nec etiã poteſt reus actorem reconuenire coram iudice laico ſuper cauſa ſpirituali, puta ſuper cauſa matrimonij, decimarum, iuris patronatus &c. quia iu-

Note: right-margin numbers: "1" beside first line of the Mutuæ paragraph; "2" beside "† in agendo" line.

VT LITE NON CONTESTATA NON PROCEDATVR AD TESTIVM RECEPTIONEM, VEL AD SENTENTIAM DEFINITIVAM.

TIT. VI.

1 *Explicatio rubricæ.*

2 *Quando teſtes ante lit.cont.recipi poſs.& de differentia quoad productionem inter actor. & reum.*

3 *In criminalibus cauſis non recipiuntur teſtes ante lit.conteſt.*

QVod circa finem ſuperioris tituli diximus, litis conteſtationem eſſe fundamentum iudicij, ideo nec ad ſententiam procedi, nec teſtes lite non conteſtata recipi poſſunt. *Rub. hoc tit.* quia hæc abſque fundamento cui innitantur conſiſtere non poſſunt. † hæc regula adeò vera eſt, vt quantumcunque quis contumax fuerit non poſsit aduerſus illum ſine litis conteſtatione vſque ad ſententiam incluſiuè procedi, *c.2.& 3 ext. hoc tit.* Licet autem lite regulariter non conteſtata, non admittantur teſtes, tamen hoc fallit in caſibus ſpecialibus notatis in *c. quoniam frequentes ext. hoc tit.* In qua receptione teſtium eſt notanda differentia inter actorem & reum, ad hoc enim, vt actor eam obtinere poſsit, tria requiruntur, primò quod teſtes ſint ſenes, ſecundò valetudinarij, ità vt mortis ſubſit periculum, tertiò vt diu abſfuturus, *d. c. quoniam.* Ratio huius limitationis eſt, ne veritas occultetur, & negationis copia huiuſmodi caſibus ſubtrahatur *d.c.quoniam.* Et iudices debent cauere omnino vt ſemper ſit ſalua rerum probatio, *l.curent. de teſtib.* Sed huiuſmodi examinationes & dicta teſtium ita demum valebunt ſi actor conuenerit aduerſarium intra annum, ex quo conueniri poterit, *d. c.quoniam verſ. ſed ſi actor.* alioquin non proderunt, quia actor præſumeretur hoc caſu fraudem diſtuliſſe, vt temporis progreſſu auferret reo legitimas exceptiones quas habebat contra teſtes. *d.c.quoniam §.atteſtationes.* niſi receptionem teſtium denunciauerit reo, *d.c.quoniam verſ.ſed ſi actor.* ex quibus patet, quod partis citatio in hac commiſsione neceſſariò non requiratur, quamuis expediat actori, vt non teneatur eo caſu intra annum agere, *vide Innoc. in c ſignificarunt de teſt.* Reus verò quandocunque vult poteſt teſtes producere *Gail. lib. 1. obſ. 94.* Sed huiuſmodi exceptio non habet locum in criminalibus † cauſis, in quibus regula eſt, quod nunquam recipiantur teſtes ante litis conteſtationem *per text. notabilem in auth. apud Eloquentiſsimum C.fid. noſtr. Gail.lib.1.obſ.96.* Ratio eſt, quia in illis cauſis probationes ſtrictiſsimè requiruntur nec ampliantur, *l. vlt. C.de probat.*

(right margin: 1 … 2 … 3)

DE IVRAM. CALVMNIAE. TIT. VII.

1 *Continuatio.*
2 *Iuramentum calumniæ non eſt de ſubſtantia ordinis iudiciarij.*
3 *Forma iurandi.*
4 *Quadruplex genus iuramenti.*

1 QVoniam† contentio litigantium terrore & metu ſacramenti compeſcitur, ideo vtilitate publica ſancitum eſt, vt in omnibus litibus regulariter neque actor neque reus poſsit exercere litis certamina, niſi ſtatim poſt litis conteſtationem præſtent calumniæ iuramentum *c.6.hoc t.* Dixi regulariter, quia poteſt à iudice qualibet parte litis exigi ſiue ante ſiue poſt litem conteſtatam. nam hoc iuramentum non eſt de ſubſtantia ordinis iudiciarij,† *c.1.& 2.hoc tit.nu.6.* vnde licet iſtud iuramentum à par-
2 tibus expreſsè non poſsit remitti, *l.2.§.ſed quia C. hoc tit.*(quia priuati homines non poſſunt renunciare iuri ad vtilitatem publicam introducto; *l. ius publ.ff.de pactis*, ſcilicet vt veritas eruatur, & ne iudici illudatur, *c.hoc tit.*) tamen poteſt tacitè omitti à litigatoribus & nihilominus valebit proceſ-
3 ſus, *Gail lib.1.obſ.84.* Iurabit autem actor ſub hac forma † primò ſe non calumniandi animo (calumniari eſt falſam cauſam alicui intendere *l.1.ff.ad SC. Turpill.*) aduerſario litem mouere, ſed ſe bonam cauſam habere, credere. Secundò quod reſpondebit veritati ſuper omnibus de quibus fuerit interrogatus. Tertio quod nō vtetur ſcienter falſis probationibus 4. quod non corruperit iudicem, vel teſtes, vel tabellionem ſeu notariū, neque corrumpet. V. quod non petet calumnioſam aliquam dilationem. E contra iurabit Reus, quod putet ſe bona inſtantia vti, & ideo ad reluctandum actori venire, & etiam reliqua vt actor, &c. vide *Auth.in hoc C.h.t. & maximè Speculatorem in §. nunc dicamus qualiter hoc tit.* De hoc iuramento præſtando latius ad tit. Cod. diximus.

Pro cognitione huius materiæ ſciendum, quadruplex eſſe genus † iura-
4 menti. Primum eſt deciſorium de quo habetur in *c.fin.extr.de iureiur.* Secundum eſt de malitia, quod præſtatur ſuper exceptionibus, vel cum aliquid loco exceptionum proponitur, & hoc præſtatur ante litem conteſtatam ſemel & pluries in cauſis ciuilibus, ſpiritualibus & criminalibus, quoties præſumptio eſt contra aliquem quod malitioſè proponat, *l. theſaurus ff. ad* exhib. de pœna non iurantis de malitia *vide Gail lib.1 obſ.87.* Tertium eſt de veritate dicenda. Quartum de calumnia vitanda. Differentia inter hoc & illud eſt, quod hoc tantum præſtatur poſt litis conteſtat. illud verò vel antè vel poſt. *c.in cauſis ext.de teſtibus.* Item hoc tantū ſemel in tota cauſa præſtatur: illud verò quoties aliquid dici vel fieri malitioſè præſumitur. Denique illud tam in rebus Eccleſiaſticis quam ſecularibus: hoc tantū olim in rebus ſecularibus præſtabatur, *c.2.h.t. vide ſpec.in h.t.§.Eſt autem.*

DE DILATIONIBVS TIT. VIII.

1 *Tres dilationum ſpecies.* 2. *Effectus.*

Digitized by Google

IVdicio ſemel ſuſcepto & lite conteſtata, litigatores ſolent petere inducias ſeu dilationes. Actor ad probandam ſuam intentionem, reus verò ad actoris petitionem reſpondendum. Sicut autem tres ſuntpartes iudicij, principium, medium, & finis, ita ſunt tres præcipuæ dilationum ſpecies. quæ circa principium iudicij appellantur dilationes citatoriæ, aut deliberatoriæ, quæ circa medium probatoriæ, quæ circa finem dilationes executoriæ. De dilationibus citatorijs, ſiue deliberatorijs in hoc titulo duntaxat agitur, de alijs in ſuo loco. *Panorm. in rub. h. tit. vide cauſ. 3. quæſt. per tot. & cau. induciæ ibid.* ibi redditur ratio quare dilationes dari ſoleant, ne aliquid præproperè à quacunque parte agi videatur, cùm multa per ſurreptionem proueniunt. Dilatio citatoria dicitur, quando nimis breue tempus datur reo in citatione ad comparendum, vnde ſi iudex denegauerit appellationem, poteſt legitimè appellare, *c. 1. h. t. vide Panor. in c. 1. n. 1. & 12. ff ext. h. t.* Deliberatoria verò eſt, quę datur reo ad deliberandum vtrum ſit litigandum, vel non, & dantur communiter 20. dies & aliquando plures pro diſtantia locorum, *c. fin. ext. h. t. auth. offeratur, C. de lit. conteſt. c. dilecti de proc.* qua in re cuiuſque curiæ eſt conſuetudo attendenda. Et hæc regulariter datur reo, niſi libellus citationi fuerit inſertus, *c. 2. hoc tit.* vel ſi reus propter verba ambigua ſiue generalia petierit deliberatorias inducias, quorum intellectum ex alijs verbis intelligere potuit, *c. 3. ext. h. tit.* Effectus dilationis eſt, vt ſemel conceſſa durante ea iudicis officium conquieſcat, id eſt, habeat manus ita ligatas, vt non poſſit procedere in illa cauſa, donec ea temporis defluxerint curricula. *l. ſiue pars, C. h. t. de hac materia vide latius ea quæ diximus ad tit. ff. de ferijs & ſpecul. in h. t. per tot.*

DE FERIIS. TIT. IX.

1 *Effectus feriarum.*
2 *Quæſtio an liceat diebus feſtis ſtudere.*
3 *Concluſiones.*

EVndem effectum habent feriæ, vnde in ff. inſcribitur de ferijs & dilationibus. Sed nonnihil diſcriminis eſt. nam dilationes † partibus petentibus à iudice ſedente pro tribunali conceduntur, feriæ verò de iure indulgentur, quę ita ſtabiles ſunt, vt nec à iudice mutari, nec tolli poſſint, *tot. tit. ff. & ext. h. t. De his latè ad tit. ff. eod. diximus.* Hic quæri poteſt † num liceat diebus feſtis à Romana Eccleſia inſtitutis ſtudere & legere: quod videtur negandum propter *c. fin. ext. hoc tit.* ſed ſi non principaliter ſtudium propter lucrum fiat, vel pietas, vel neceſſitas aliud ſuadeat, tunc impunè quoque ſtrepitus iudicialis exerceri poteſt. *Panormu. in d. c. fin.* vnde receptio teſtium neceſſitatis cauſa de feriato facta, valida eſt, *Speculator in hoc tit. §. ſequitur, n. 3.* 1 2

Ex hoc tit. primo notabis in celebratione feſtorum conſuetudinem cuiuſq; regionis eſſe attendẽdam. † *c. 2. h. t.* quia neceſſitas facit licitum, quod aliàs eſt illicitum; ſed tamen in compenſationem debet dare eleemoſy- 3

Digitized by Google

nam.d.c.3. Ex quo ſequitur elegans doctrina, vt quoties ob morbum vel aliam legitimam cauſam impetrat, diſpenſationem ad veſcẽdum in quadrageſima carnibus, toties teneatur eleemoſynã vel aliud opus bonũ facere. Tertio notabis *ex c.4. in ¶. meliori & ſubtiliori.* quod quando caſus non eſt deciſus nec à legibus nec à canonibus, ſit imitanda Dd. ſententia communis, *c.1. de decimis.* quod fallit ſi paucorum Dd. vel vnius ſententia nitatur meliori ratione, *l.2. ¶. non ex multitudine, C. de vet. iur. enuc. Fel. in c.1. n.53. ext. de conſt.*

DE ORDINE COGNITIONVM.
TIT. X.

IVramento calumniæ præſtito, & dilationibus ferijſque elapſis, lites recto tramite coram competente iudice peraguntur. Sed quia plures quæſtiones aliquando proponuntur ab vna & eadẽ parte, aliquando à diuerſis, aliquando incidunt, aliquando emergunt in ipſis iudicijs; igitur ne multitudinis confuſio proceſſum impediret, hic titulus proponitur, vt iudex poſſet intelligere quem ordinem in cognoſcendo plures illas cauſas debeat ſeruare, id eſt, de qua cauſa prius debeat cognoſcere. Similis eſt titulus in C. de ord. cogn. vbi diximus.

Ex hoc titulo notabis, petenti hæreditatem obſtare exceptionem natiuitatis, quæ prius coram eccleſiaſtico iudice debet terminari, *c.3. hoc tit.* Nam hęc receptio natiuitatis retardat cognitionem principalis cauſę ergo quotieſcunque exceptione probata perimitur quæſtio principalis, toties imprimis cognoſcendum eſt de exceptione. *c.1. h. t.*

DE PLVS PETITIONIBVS. TIT. XI.

PLus petitur quatuor modis, re, tempore, loco & cauſa, de quibus diximus ad tit. C. eod. Libellus qualiter ſit concipiendus contra petentem plus tempore, loco, re & cauſa. *vide pulchrè ſpec. in h. t.*

DE CAVSA POSSESSIONIS ET PROPRIETATIS.
TIT. XII.

1 *Duæ partes huius tituli.*
2 *Doctrina ad cognoſcendum vtrum petitorium vel poſſeſſorium ſit iudicium.*
3 *Concluſiones.*

1 HAec rub. duas habet partes. in prima agitur de iudicio poſſeſſorio. in altera de poſſeſſoris. quid ſit poſſeſſio ad tit. ff. de acq. rer. dom. docu-
2 imus. Ad cognoſcendũ autẽ vtrũ iudicium † poſſeſſoriũ vel petitorium ſit, oportet aduertere ad concluſionem libelli. nam ſi cõcludat actor aduerſarium ſuum ſibi condemnari ad reſtitutionem poſſeſſionis, tunc eſt poſſeſſorium: ſi verò ſe dominum rei controuerſæ pronunciari petat, erit petitorium: ſi verò concludat ad vtrumq;, ſcilicet ad poſſeſſionem & proprietatem ſiue dominium ad iudicandum, dicitur mixtum. Quicunque ergo obtinuit in petitorio & probauit ſe dominum; regulariter obtinebit

Digitized by Google

in poſſeſſorio, id eſt, poſſeſſio ei adiudicabitur, quia poſſeſſio debet eſſe penes dominum.*c.2.de ord.cognit.* Sed non è contra.nam victori in poſſeſſorio non adiucabitur rei dominium, id eſt, non pronunciabitur Dominus rei, quia dominium ſemper competit alicui ex titulo iuſto, & non ex nuda poſſeſſione.

Ex hoc titulo tres regulæ colliguntur, quarum prima,† Quod poſſeſſorium & petitorium ſiue ab vno, ſiue à diuerſis in iudicio fuerint propoſita, debeant ab vno, eodemque cognoſci.*c.1.h.t.* quia cauſæ habentes aliquã connexitatem adinuicem coram vno eodemque iudice tractari debent, ne connexitas ſiue continentia cauſę diuidatur:*c.1.de ſequeſt.l.nulli,Cod.de iud. Gail lib.1.obſ.32.* At inter iſtas cauſas eſt connexitas; tum ratione ſubiecti, nam tam poſſeſſio quàm proprietas verſatur circa eandem rem.tum facilioris deciſionis cauſa, nam iudex qui cognouit de poſſeſſione, vel è contra de poſſeſſorio, facilius decernet cauſam proprietatis vel contra. Iſtis ergo reſpectibus poſſeſſum, & proprietas dicuntur habere aliquam communionem. nec obſtat *l. naturaliter, §. nihil commune.ff.de acquir.poſſ.* nam quo ad ſubſtantiam nihil habent commune.

Altera regula eſt, quod is qui ſemel propoſuit petitorium in iudicio, ſi videat ſe poſſe difficulter probare dominium (cuius probatio difficillima, vnde dicitur Beati poſſidenter) poſſit relinquere petitorium & inchoare poſſeſſorium, ſed hoc tantum in recuperanda poſſeſſione obtinet, idque in odium ſpoliantis. *Clem.vnic.h.t.* ſic è contra poteſt quis relinquere poſſeſſorium, & redire ad poſſeſſoriũ. Tertia regula eſt, quod quoties tractatũ fuit in eodẽ iudicio de vtroq; toties debet vna ſentẽtia finiri, *c.6.h.t.*

DE RESTIT. SPOLIAT.

TIT. XIII.

1 *Regula ſpoliatus ante omnia reſtituendus.*

2 *Quando dicatur iudex ſpolium committere.*

SPoliari quis dicitur, qui cuiuſcunque rei mobilis vel immobilis poſſeſsione iniuſtè vel indebitè fuit eiectus. *tot.tit.de vi & vi armat.& ext.h.t.* Spoliatus ante omnia eſt reſtituendus.† *l.ſi quis ad ſe. C.ad l.Iul.de vi publ.* etiamſi prædo ſit. *c.in literis ext.h.t.* & reſtituatur contra eccleſiam. *Panor.in c.1.h.t.* neque in hoc interdicto obſtat agenti dominium, etiamſi reus offerat ſe in continenti probaturum dominiũ, *Dd.in l.naturaliter §.nihil.commune, ff.de acquir.poſſ.Panor.in d.c.1.n.5* niſi ſpoliatus conſenſerit. *Panor.in d.c.1.& 3.* quod ſecus eſt in interdictis adipiſcendæ & retinend.poſſeſſ. vbi exceptio dominij maximè ſi incontinenti probari poteſt, obſtat agenti interd. poſſeſſorio; nam in illis regula locum habet, dolo facis qui petis quod reſtituere iuſſus eſt *c.dolo petis de reg.iur.in 6.vide Caſtr.in l.2.C.de edict.diu.Hadr.toll.Boer.deciſ. 138.n.5.Specu.in tit de reſtit.ſpoliat.§.nunc dicamus n.2.* Non ſolum priuatus ſpolium cõmittit, † ſed etiã iudex ſi extraiudicialiter vel alias abſq; cauſæ cognitione procedat, parte altera nõ audita vel citata, videlicet immittẽdo

ali-

aliquem in bona controuerſa, ad vnius partis inſtantiam, vel auferendo alicui, poſſeſsionem, eo non citato neque in iudicium ritè vocato. Et taliter ſpoliatus à iudice abſque cauſæ cognitione procedente, ante omnia quoque reſtituendus eſt, perinde ac ſi à priuato ſpoliatus eſſet *per l. meminerint C. vnde vi c. conquerente de reſt. ſp. ol. Boer. deciſ. 238. n. 4.* nam iudex excedendo fines ſui officij, puta procedendo abſque cauſæ cognitione in præiudicium alterius, priuatus reputatur, adeò vt ei impunè non pareatur, quia tanquam priuatus procedere dicitur, *l. factum, & ibidem Decius, ff. de reg. iur.* hinc eſt quod iudex iniuriarum conueniri poſsit, ſi extra iudicium alicui iniuriam faciat. *l. nec magiſtratibus ff. de iniur.* nec obſtat regula, quod ſpoliatus authoritate iudicis reſtituatur. *c. præſentiam 7. quæſt. 1.* nam illa & aliæ regulæ procedunt, ſi cauſæ cognitione iudicialiter parte altera, de cuius agebatur præiudicio, citata, ſecus ſi de facto & extraiudicialiter ad vnius partis petitionem proceſſerit, quia tunc pro iudice, vel eius decreto, aut ſententia non præſumitur, quia cognoſcere iuris ordine non ſeruato, eſt ius alterius auferre *Gail. lib. 2. obſ. 76.*

DE DOLO ET CONTVM.

TIT. XIV.

1 *Contumacia quid.*

2 *Contumacia variè punitur.*

DE definitione & actione doli ad tit. ff. eod. tractauimus. igitur tranſeamus ad alteram partem huius rubricæ de contumacia. Contumacia eſt erga iudicem vel prælatum commiſſa inobedientia. *Hoſt. in ſum. h. t.*
1 Citatione legitimè facta, ſi reus per ſe aut per procuratorem non comparet, aut defenſorem non habet, nulla iuſta cauſa impeditus, contumacia
2 eius variè punitur. Nam aut multa illi infligitur à iudice *l. 2. ff. ſi quis in ius voc. non ier.* aut actori in expenſas condemnatus, aut inuitus ad iudicium ducitur *l. conſentaneum Cod. quomodo & quando iudex. Panor. in c. 2. ext. de procur.* aut excõmunicatur. *c. fin. §. fin. ext. vt lit. non conteſt.* aut miſsionem bonorum patitur. *vt ad tit. ſeq.* dicemus: aliquando quoque litis damno. *l. contumacia ff. de re iud.* ſed hæc pœna, vt & pœna mulctæ tantum locum habent in vero contumace iuxta Dd. *l. 1. §. fin. ff. ſi quis ius dic. non obtemp. & in l. 4. §. prætor, ff. de dam. inf.* neque lite nondum conteſtata ad merita cauſæ deueniri poteſt. *tit. vt lit. non conteſtat.* niſi in cauſis beneficialibus, in quibus lite necdum conteſtata iudici licet negotium prius ab illo examinatum terminare, contumaciam abſentis diuina replente præſentia *c. quoniam §. 1. vt lit. non cont. c prout. ext. h. t.* Idem euenit in cauſa matrimoniali, ſi alter coniugum ita abeſt, quod peremptoriè citatus venire contemnat, vel malitioſè ſe occultet, vel impediat. ne ad ſe perueniat citatio, nam & hoc caſu (ne viro vel mulieri fornicandi occaſio præbeatur) teſtes quoque lite non conteſtata admittuntur; & ſi de cauſa liquet, definitiua ſententia profertur. *Caniſ. d. in inſt. h. t.* Quod interdum quoque in rebus prophanis obtinet, vt puta, ſi actor ipſe

Digitized by Google

contumaciæ crimen incurrat, quo caſu etiam lite non conteſtata, inſtante reo iudex & teſtes recipere, & ſententiam ferre debebit. *c. cauſam eod. Lancell. in inſt. h. t. §. Quod interdum.* Ex quibus notanda eſt differentia inter reum contumacem & actorem, quod reo inſtante poſſit ferri ſententia, etiam lite non conteſtata, actore contumace, ſecus contra. quia maior eſt contumacia actoris quàm rei. *De pœnis actoris & rei abſentium ad tit. de iud. diximus, vide latius Gail lib. 1. obſ. 59. & obſ. 90. & ordin. cam. imp p. 3. t. 42 §. 1.*

DE EO QVI MITTITVR IN POSSESSIONEM CAVSA REI SERVANDAE. TIT. XV.

1 *Primum decretum, & de effectu.*
2 *Effectus ſecundi decreti, & quid.*

Diximus in præcedenti titulo, reum ob contumaciam miſſionem bonorum pati. Quomodo autem hoc moribus noſtris fiat, illud hic tractabimus, nimirum de primo & ſecundo decreto.

Primum decretum omiſſa definitione Speculatoris, *§. 1. de primo decreto.* eſt decretum † iudicis, quo ob contumaciam rei actor in poſſeſſionem bonorum, cuſtodiæ cauſa mittitur, vt ea pignoris vice detineat, donec reus veniat reſponſurus. Ad hoc autem vt interponatur, prius reus citari debet, vt veniat reſponſurus de iure tali, qui ſi emanſerit & contumax fuerit ab actore, contumaciæ porrecto iudici libello (qui quomodo concipiatur, *vide Spec. ad §. 1. h. t.*) incuſabitur, & iudex eum contumacem per ſententiam interlocutoriam declarabit, & actorem petentem in poſſeſſ. rei petitæ mittet, exigens tamen prius ab actore iuramentum calumniæ, *arg. c. literas, ext. de reſt. ſpol.* Fieri autem debet immiſſio pro modo ſiue menſura debiti, licet olim in omnibus bonis fiebat immiſſio ex perſonali actione, excepta cauſa damni infecti, *l. 1. ff. ex quibus cauſ. in poſſ. eatur.* Et mobilia, deinde immobilia, vltimò iura. *Panor. in c. quoniam, §. vlt. n. 7. vt lit. non conteſtat.* In realibus eodem modo, ſi tota res petatur, in poſſeſſionem totius rei immiſſio facienda eſt: ſi pars in partem petitam. *d. c quoniam.* In nominum tamen poſſeſſionem propriè non fit vera miſſio: ſed iudex conuocat debitores, eiſque interdicit ne ſoluant creditori: & vt reſpondeant agenti iubet. *Spec. reſtat n. 1. de primo decreto.* Porro fructus non lucratur miſſus creditor: cùm tantum cuſtos rerum ſit, non poſſeſſor. *l. finita, §. non autem, ff. de damn. infecto.* Putat tamen Iaſon *in l. 2. vbi gloſſa C. vbi in rem act.* cum Bart. *in l. ſi priuſquam, n. 10. ff. de noui oper. nunc.* quod miſſus ex primo decreto in reali actione intra annum poſſideat reuocabiliter, *per l. ſi quis emptionis, §. ſed etſi quis, V. prim poſſeſſor. C. de præſcript. 30 annor.* quod canoniſtæ non ſequuntur, *per c. fin. in V. cuſtodiæ h. t. c. quoniam, §. in alijs, ſup. vt lit. non cont.*

Secundum decretum † eſt alterum prætoris ſeu magiſtratus iuſſum, quo ob contumaciam & moram abſentis debitoris, eum qui ad rem detinen- 2

Digitized by Google

dum in poſſeſsionem miſſus fuerat, cauſa cognita, verum poſſeſſorem decernit, aut etiam dominum eſſe iubet. *c. 1. h. t. ſpec. de ſecund. dec. 1. §. iuxta n. 2.* ſi enim miſsionem paſſus intra annum non venerit, nec ſatisdederit, poterit miſſus adire iudicem, & præuia citatione petere ſe poſſeſſorem rerum per ſententiam declarari. In realibus tamen non eſt neceſſarium ſecundum decretum, quia ſolus tranſcurſus temporis puta anni, eum facit verum poſſeſſorem *gloſſ. in l. 1. §. ſi plures, vbi rat. diuerſ. tradit. ff. de damn. infect.* quamuis melius ſit vt petatur, quod moribus obſeruatur. Effectus huius ſecundi decreti multiplex & varius eſt, vt apud Veſſenbezium ad tit. ff. de damn. infecto & *Speculatorem per tot. in tit. de ſecundo decreto. videre licet. nos alias latius dicturi.*

VT LITE PENDENTE NIHIL DEBEAT INNOVARI. TIT. XVI.

1 *Differentia inter hunc & tit. 13.*

1 HIC titulus per ſe clarus eſt, vult enim vt lite pendẽte tam per iudicẽ quàm per aduerſarium nihil omninò in præiudicium alterius litigatoris innouetur vel attentetur. ideo prohibent leges vt poſt prouocationem ſiue appellationem, vel ante ſententiam definitiuam nulli liceat Imperatori vel Papæ ſupplicare. *tit. vt lite pendente & c. C. & c. ex tua ſup. de filijs presbyter.* vnde quoque accuſatus de adulterio ad ſeparationem tori, non debet lite pendente priuari coniugali poſſeſsione, *c. 2. h. t.* quia litis pendentia non ſuſpendit exercitium matrimonij. *Panor. in c. 2. n. 4. infr. qui filij ſunt legit.* ſed videtur hic titulus eſſe ſupefluus, quia etiam nil lite necdum pendente innouandum eſt. nam nemo ſpoliandus eſt ſua poſſeſsione iniuſtè, *vti ad tit. ſup. de reſt. ſpol. diximus.* Verum hic & ille tit. quamplurimum differunt: cum enim lite non pendente ſpoliatur quis, non fit reſtitutio, niſi oblato libello & lite conteſtata. *c. conſultationibus ſup. de offic. deleg.* Sed ſi lite pendente quis ſpoliatus eſt, ſicut per innouationem ſpoliatur, ordine nullo iudiciario ſeruato reſtituendus eſt, dummodò de his duobus fidem faciat, ſcilicet, quod immutata ſit, & quod facta ſit immutatio *c. 1. h. t. & hæc eſt doctrina noſtri Hoſt. in ſum. h. t. n. 3.*

DE SEQVESTRATIONE POSSESSIONVM ET FRVCTVVM. TIT. XVII.

1 *An ſequeſter iuris patronatus poſſit præſentare clericum ad beneficium interea vacans.*

DE hac materia ſup. in ff. in fin. de depoſiti & in Cod. de prohib. ſequeſtr. diximus. An ſequeſter iuris patronatus † poſsit præſentare
2 Clericum ad beneficium interea vacans? Et videtur poſſe, cum quia non expedit eccleſiæ diu carere miniſtris. *c. nam pro defectu de elect.* tùm quia nulla fit iniuria victuro, ſi ſequeſter interim præſentauerit, quia patronis certum tẽpus præſcriptũ eſt, inter quod niſi præſentauerint, pro illa vice pri-

uan-

vantur iure præſentandi. Non obſtat quod ius patronatus pro fructu ſuo præſentationem habeat, quodque fructus rei ſequeſtratæ debeant ſeruari, reddique ei qui in lite vicerit: nam iſte fructus conſiſtens in præſentatione non ſeruatur virtute obligationis propter rationes modò dictas, quia non eſt fructus pecuniarius.

DE CONFESSIS. TIT. XVIII.

1 *In confeſſum ferenda eſt ſententia.*

2 *Ex confeſſ. oritur actio in factum, & vtilis.*

QVamuis in confeſſum nullæ ſint partes iudicis, cùm haberi debeat pro iudicato, *l. 1. l. certum, ff. l. vnic. Cod. 6. c. vlt. ext. h. t.* tamen in confeſſum ferenda eſt ſententia, † maximè moribus noſtris quibus potius confeſſio vim probationis quã ſentẽtiæ obtinet. *Alex. lib. 4. obſ. 117. n. 2.* Naſcitur quoque ex confeſſione actio, † quia confeſſus petitur condemnari, & quidem actio in factum ciuilis *c. ſi cautio de fid. inſtr.* ſi ſine cauſa adiecta confeſſus fuerit, vtilis ſi cauſa adiecta. puta ſi quis mihi decem debere confeſſus fuerit nulla cauſa adiecta, competit actio in factum, ſi autem cauſam adiecerit, vtpote ex mutuo, tunc datur vtilis certi condictio, ſicut daretur directa ex vero contractu. *Et hac eſt doctrina Specul. ad h. t. n. 4. Ex c. vlt. in fin. h. t.* notabis errorem facti vſque ad ſententiam corrigi poſſe.

DE PROBATIONIBVS. TIT. XIX.

IN ſuperiori titulo diximus quid iuris ſit, cùm quis actoris intentionem confitetur, nunc dicendum quid iuris ſi reus neget. tunc enim actori incumbit probatio eius quod dicit. *l. 2. ff. eod.* Si ergo reſponſionem ad poſitiones non eſt ponentis actio probata, debet iudex partibus petentibus terminum ſtatuere ad probandum, *vide Gail lib. 1. obſ. 191.* aliquando tamen onus probandi transfertur in reum. puta in exceptionibus, in quibus actoris loco eſt, *l. 1. ff. de except. l. in exceptionibus, ff. h. tit. c. ex clericis, h. tit.* præterea ſit præſumptio pro actore, puta ſi frater petit fratre partem prædij, quod fuit patris communis, quamuis reus neget illud pertinere ad actorem, tamen probare debet qualiter ad ſe tantum pertineat, aliàs in cauſa ſuccumbet. *l. ſiue poſſidetis, C. h. t.* Item ſi ſponte onus probandi ſubire velit. *l. circa. ff. h. t.* quando vterque ſe poſſidere aſſerit, tunc vterque eam probare etiam debet *c. licet, ext. h. t.* & in crimine falſi teſtes vtriuſque admittuntur. Denique, licet repetens indebitum illud probare debeat, tamen ſi repetens ſit priuilegiata perſona, puta pupillus, minor, vel miles &c. tũc reus debet probare debitum ſibi eſſe: *l. cùm de indebito, ff. h. t. c. fin. de ſolut, vide latius Spec. ad hunc tit. in §. probare, num. 10. cum ſeq.*

DE TESTIBVS. TIT. XX.

TEſtium vſus omniũ frequentiſſimus eſt, nõ ſolò in ciuilibus, ſed & in criminalibus iudicijs *l. 1. in princ. ff. de teſt. c. 13. & c. 54 teſtimonium, ext. h. t.* & tamen ad probandũ cauſam duo vt minimũ teſtes adhibeũtur *c. licet 23. ext.*

Digitized by Google

h.tit. Quia licet quædam cauſæ ſint,quæ plures quam duos teſtes deſiderant;nulla tamen eſt, quæ vnius teſtimonio quamuis probatiſsimo *c.licet 23.c.venient 10.h.tit.* Ad perſonas teſtium quod attinet;cum Edictum de teſtibus prohibitorium ſit, omnes in teſtes rectè adhibentur, quibus non eſt interdictum teſtimonium *l.1.in fin.ff.eod.vti itidem diximus.* Debet autem imprimis,ſi ex dictis teſtium rei ſit eruenda veritas,admoneri aduerſarius,quod auditurus iuramentum teſtium veniat.*c 2.ext.hoc tit.*quod intelligendum eſt, quoad audiendum teſtem iurare, non verò quoad depoſitionem teſtis *gloſſ.in d.c.2.& ſic intelligendum c.venerabili ext.cum l.nullum C.h.t.* Cæterum vt fides teſtis integrè conſtet,neceſſe eſt, antequam audiatur, conceptis verbis religione iuriſiurandi ſe obſtringat: nullius enim teſtimonio,ait diſertè Honorius, quantumcunque religioſus exiſtat, niſi iuratus depoſuerit,in alterius præiudicium debet credi.*c.nuper 51.ext.h.t.* niſi fortè ab aduerſa parte,cuius intereſt,remiſſum fuerit iuramentum *c.39.ext.h.tit.* Poſtremo interrogabit iudex teſtes in qualibet cauſa, eoſque diligenter examinabit de ſingulis circumſtantijs,*c.occidit 23.quæſt.8.* diligenter inquirens de cauſis,videlicet de perſonis,loco,tempore, viſu,auditu,ſcientia, credulitate,fama,&certitudine,cæteriſque quæ ad rem facere & negotio conuenire exiſtimabit, *vide Lancell. in inſt. iur canonic.de prob §.interrogabit ergo. Panor.in c.cum cauſam ext.h.t.nos in ff.eod.hac de re latius diximus.*

DE TESTIBVS COGENDIS, VEL NON.

TIT. XXI.

1 *Per cenſuram eccleſiaſticam coguntur teſtes ad teſtificandum.*

2 *Differentia inter ius ciuile, & canonicum.*

QVod ſi teſtes à iudice moniti & citati *c.ſuper h.t.* ſeſe vel odio,vel gratia, vel timore à ferendo teſtimonio ſubtraxerint, per cenſuras ec-
1 cleſiaſticas compellūtur † ad teſtificandum *c.1.h.t.*ſed in cogendis teſtibus
2 hoc diſcriminis † eſt inter ius ciuile & canonicum, quod de iure ciuili omnes ad dicendum teſtimonium compelli poſſunt *l.ſi quando C.h.t paucis exceptis, de* quibus *in l.4.l.5.l.8.l.19.ff.eod.* De iure verò canonico moneri prius & induci debent;& demum,ſi odio,gratia,vel timore impediantur & inopia probationis dictet; diſtrictione eccleſiaſtica conſtringi *c.1.2.ext.h.t.*Si res aliter probari non poteſt,etiam in cauſa criminali compellendi ſunt teſtes.*c 5.ext.h.t.*

DE FIDE INSTRVMENTORVM.

TIT. XXII.

1 *Quamdiu inſtrumenta exhiberi poßint.*

2 *Inſtrumentorum ſpecies.*

PRobationes fiunt non ſolum teſtibus,ſed & inſtrumentis. Quamuis autē inſtrumentorū nomine teſtes,aliaq; quibus cauſa inſtitui poteſt, contineantur *l.1.h.t.c.peruenit,4.extr.de teſt.cog.* vſitatius tamen, & hoc quidē loco intelliguntur ſcripturę,quæ ad probationem rei cuiuſq; adhibētur.

Qui-

Quibus in exercendis litibus eadem, quæ teſtibus, fides tribuitur. *l. in exercendis 15. C. hoc tit.* Exhiberi igitur loco probationis † poterunt inſtrumenta, non ſolum ante atteſtationum publicationem: ſed & poſtea vſque ad definitiuæ ſententiæ calculũ antea tamẽ quàm in cauſa concluſum fuerit. In cauſa autem concluſum eſſe tunc dicimus, cum à partibus omnibus probationibus renũciatum fuerit, *c. cum dilectus ext. h. t. c. auditis de cauſ. poſſ. & propr.* Non tamen omnis ſcriptura in iudicio producta fidam facit. Sunt enim inſtrumenta duplicis generis: † alia enim publica ſunt, alia priuata. Nou. de inſtr. cauſ. Publicum inſtrumentum eſt, quod per publicam manum, id eſt, per tabellionem ritè confectum eſt, *c. 2. hoc tit.* de cuius fide dubitare nõ oportet *d. c. 2.* Neque intereſt, hoc inſtrumentum originale ſit, ſiue eius exemplar, hoc eſt ex originali ipſo deſumptum, dummodò iuſſu iudicis *c. fin. ext. hoc tit. vide Panor. in c. Albericum n. 5. ext. de teſtib.* Similiter & illud, quod ex notis tabellionis præmortui, ab alio auctoritate iudicis in publicam formam redactum eſt, plenam fidem meretur. *c. pen. ex hoc tit.* Priuatum inſtrumentum eſt, quod à priuato homine, nulla auctoritate publica, conſcriptum eſt; quod quandoque appellatur chirographum, *c. 19. C. hoc ti.* cautio, *l. 25. §. fin. de prob. &c.* Et hoc contra negantem non probat *§. ſi tamen quiſquã Nou. de inſtr. caut.* niſi teſtibus ſubſcriptum *d. c. 2.* nec illo caſu probat ſi deceſſerint, niſi ſigillum habeat authenticum, vel à notario ſit confectum, & ille eſt ſenſus, *d. c. 2.* Receptum tamen eſt, vt inſtrumentum licet publicum, contrarijs teſtibus vel inſtrumentis refelli poſsit, *c. cum Iohannes 10. ext. h. t.*

1
2

DE PRAESVMPTIONIBVS.

TIT. XXIII.

SEd & ex præſumptionibus probationes interdum deducuntur, quæ nihil aliud ſunt, quàm coniecturæ ad aſtruendam rei dubiæ fidem. cuius definitionis inſigne exemplum extat *in c. 2. hoc tit.* De *hac materia latius in ff. de prob. diximus.* Solet quoq; oculari inſpectione nonnunquam cauſa dirimi; veluti matronarum in exploranda muliere, virgo ſit, *c. 1. ext. de prob.* vel vterũ geſtet, nec ne. *l. 1 ff. de ventr. inſpic.* & in agrorũ finibus diſcernendis agrimenſor oculis ſuis & admenſione, litem adiudicatione iudicis remouet, *c. 9. ext. de præſcript.* Fama quoq; coniuncta cum alijs adminiculis ſolet momentum adferre rei probandæ *c. quia 10. cum c. ſeq. ext. hoc tit.*

DE IVREIVRANDO. TIT. XXIV.

1 *Iuramentum quid.*
2 *Diuiſio.*
3 *Deciſorij 3. Species.*
4 *Notorium triplex.*
5 *Officium iud. circa probat.*

QVod ſi nec teſtibus, nec inſtrumentis nec alijs probationibus intentionem ſuam actor deduxerit, permittente iudice, non plenè probationes iuriſiurãdi religione ſuppleri & cauſa terminari poterit, *c. ex literis & c. fin. ext. hoc tit.* Dixi non plenè probationes. Nam ſi actor nihil probaue-

rit,reus iuxta vulgatam regulam, Actore nil probante abſolui debet. *l. 4. C. de Edend. vide Iaſ. ad § omnium nu. 67. inſt. de act.*

1 Iuramentum † eſt aſſertio vel negatio de aliquo licito, poſsibili & honeſto ſacræ rei atteſtatione firmata, *Auth. de mand. princip. §. ſed neque.* Et hoc
2 vel eſt promiſſorium, † vel aſſertorium, de quibus latius *Hoſt. in ſum. h. tit. n. 3.* Promiſſorium dicitur, quod contractui vel alteri negotio adijcitur confirmandi ſiue non retractandi eius cauſa. *c. cum contingat ext. hoc tit. c. quamuis de pact. in 6.* Aſſertorium quo Rei præſentis vel præteritæ veritas aſſeritur: quale præſtant teſtes in dicendo teſtimonio. *c. nuper ext. de teſt.* item pars, ex delatione aduerſarij, vel iudicis ad decidendam litem, *l. 1. & paſsim ff. de eod. hoc tit.* quod poſterius deciſorium vulgo appellatur: atque hoc ad præſens argumentum pertinet. Deciſorij autem iuramenti tres ſunt ſpe-
3 cies, † voluntarium, iudiciale & neceſſarium, ſicut in tit. ff. diximus. circa delationem iuramenti, *Speculator in tit. de iur. delat.* aliqua notanda monet. primum an actor aliquo modo ſuam intentionem probauerit. ſecundum qualis cauſa ſit. Nam ſi cauſa ſit criminalis, *l. fin. C. de prob.* vel ciuilis famoſa, *c. fin. ext. hoc tit.* vel merè ſpiritualis, puta Monachatus vel matrimonij, &c. non poteſt iuramentum deferri, dictis iuribus. *arg. l. legitimos ff. de leg. tutor.*

Notandum quoque præterea hic, notorium non egere probatione, ſcilicet quantum ad probationem, ſicut nec in confitente ſunt partes iudicis. *l. proinde ff. ad l. aquil.* non verò quo ad onus proponendi & ſententiam ferendi, vt notatur in *clem. appellanti, in verſ. iudicis de appell. arg. l. 1. ff. de conſ. c. porro*
4 *ext. de diuor.* Eſt autem notorium triplex, † iuris, facti, & præſumptionis. Iuris de quo aliquis condemnatur, vel eſt in iure confeſſus, *vt in c. veſtra & c. fin. de cohab. cler.* Facti, quod ita ſe exhibet hominum conſpectui, quod nulla poteſt tergiuerſatione celari, *c. tua & d. c. fin. de coh. cler. c. cum Romana in fin. ext. de appellat.* Notorium præſumptum & paternitas filiatio, *l. quia ſemper ff. de in ius voc.* Atq; hæc de probationum generibus in quibus recipiendis,
5 diſquirendis & indagandis, meminiſſe debet iudex † illud Eleutherij Papæ: Iudicantem, inque, oportet cuncta rimari, & ordinem rerum plena inquiſitione diſcutere, nec ſententiam prius ferre, quàm peractis omnibus nihil habeant in quæſtione partes quod proponant *c. fin. 30. quæſt. 5.* debet enim tam diu actio ventilari quouſque ad rei veritatem perueniatur. *c. iudicantem 35. quæſt. 5.*

DE EXCEPTIONIBVS.

TIT. XXIV.

1 *Exceptio quid.*

1 EXceptio eſt actionis vel intentionis excluſio † *in princip. inſt. eod.* Dicitur autem iuxta *Panor. in rub. h. t.* actionis excluſio, cum in veritate compe-

tit actio, & eam per exceptionem excludi oportet, vt cum promitto tibi vel metu vel dolo compulſus, nam ex ſtipulatione mero iure oritur actio, ſed aduerſus eam excipitur de dolo vel metu *in princ. inſt de excep.* Dicitur vero ſecundum eundem Abbatem Panor. intentionis excluſio, quando actio in veritate non competit actori, agit tamen de facto; vt ſi petas à me decem, & ego excipio me ſoluiſſe, nam ſi hoc verum eſt, nulla tibi competit actio, cúm ſolutione eius quod debetur tollatur omnis obligatio. *in princ. inſt. quibus mod. toll. oblig.. De hac materia latius in ff. eod. diximus.* Exceptio contra perſonas vel dicta teſtium vſque ad tempus poſsit opponi, *vide Panor. in c. 1. n. 10. ext. h. t.*

DE PRAESCRIPTIONIBVS.

TIT. XXVI.

1 *Diuiſio præſcriptionis.*
2 *Quæſtio an ſi debitor tutus præſcriptione 30. Annor. illud tanquam indebitum repetere poſsit.*

PRæſcriptio in iure noſtro frequentiſsimè pro exceptione accipitur. *l. qui agnitis l. pen. ff. de exception.* Adeò vt plerique & ij quidem docti viri idẽ prorſus præſcriptionem, quod & exceptionem eſſe cenſuerint; cum in rubrica, ff. & Cod. dicatur de excep. ſeu præſcriptionibus. Canoniſtæ verò ſumunt pro vſucapione & pro exceptione vſucapionis *c. præſcriptionum 16. quæſt. 3.* Et illi † præſcriptionem diſtinguunt in fauorabilem, odioſam & mixtam. Per fauorabilem præſcriptionem, quæ eſt vſucapio triennij, directum dominium acquiritur. *l. 3. ff. de vſuc. Felin. in rub. hoc tit.* Ex præſcriptione mixta acquiritur quæ ſcribenti tantum vtile dominium per *l. fin. in fin. c. de Edict. diu. Hadr. toll. l. 11. c. de præſcript. long. temp.* Ex præſcriptione verò odioſa nullum dominium acquiritur, ſed ſola exceptio præſcriptionis per *l. ſi quis emptionis* §. *§. 1. C. de præſcrip. 30. annor. Fel. in d. rubr. hoc tit. per tot. Schneid. in inſt. de vſucap. circ. fin.* Sed eſt mirabilis diſtinctio. De materia vſucapionis amplè in ff. eod. diximus. An ſi debitor † tutus præſcriptione 30. annor. ſoluerit, poſsit illud tanquam indebitum repetere? & videtur dicendum quod ſic, *l. fin. ff. rem rat. hab.* qui enim tutus præſcriptione ſimilis eſt ſoluenti *l. pupillus ff. de adm. tut.* Sed quia nihilominus naturaliter obligatus manſit, ideo ſolutum repetere non poteſt, *l. qui exced. ff. de cond. ind. vid. Spec. in hoc tit. num. 2.*

DE SENTENTIA ET RE IVDICATA

TIT. XXVII.

1 *Sententia quid.*
2 *Sententiarum ſpecies.*
3 *An ſententia in cauſa matrimoniali tranſeat in rem iudicatam.*
4 *Quæſtio an ad audiendam ſententiam ſit citatio neceſſaria.*

Digitized by Google

debito tempore non fuerit appellatum. Ratio, quia eius obſeruantia non nutrit peccatum, & per lapſum decendij, videtur non appellans, de nouo in matrimonium tacitè conſentire. *ita glo. in d. c. lator. Panor. ibidem num. 9. per c. quod ad conſultationem.* An † autem ad audiendam ſententiam citatio ſit neceſſaria, controuertitur, & regulariter partes ad audiendam ſententiam diffinitiuam de iure communi citari debent. Sententia enim diffinitiua ferenda eſt partibus verè, vel per interpretationem præſentibus: aliàs, vſque adeò nulla eſt, vt etiam pro abſente lata non valeat per. *text. in l. ea quæ. C. quo.* Per interpretationem pars præſens eſſe dicitur, ſi ſit verè, vel ſi ſitè contumax, ſecundū notata. *gloſſ. in l. ex conſenſu. §. fin. ff. de appel. in verbis non rectè.* quo caſu in contumaciam citati nō comparentis, pronūciatur quod iuris eſt, quia contumacis abſentia, Dei præſentia ſuppletur. per *text. in l. properandum. C. de iud.* Fallit hæc concluſio. Primo in ſententia interlocutoria, in fauorem abſentis lata, vel ſi contra eum prolata, modici præiudicij ſit, quo caſu, valet ſententia interlocutoria, abſq; citatione partis publicata, *per text. notab. in l. illc à quo ff. ad S. C. Trebell.* Secus ſi magnum abſenti grauamen adferret, quia tunc cauſæ cognitione, & per conſequens partis citatione opus foret. l. à procedente. Secundo fallit, in iudicio Cameræ Imperialis, vbi citatio ad audiendam ſententiam, tam in diffinitiuis quam interlocutorijs, non requiritur; verum ſufficit partes ſemel ad totam cauſam legitimè & peremptoriè citatas fuiſſe, quemadmodum etiam mandata Procuratorum ibi ad vnicum actum non admittuntur; ſed ad totam cauſam exhibenda ſunt. Proinde facta hinc inde concluſione, abſque noua citatione, ſententia in cauſa principali diffinitiuè, vel ſuper articulo concluſo interlocutoriè profertur. Quo pertinent notata *Afflict. deciſ. 283. num. 6.* citationem ad audiendam ſententiam poſt concluſionem cauſæ, eſſe iuris poſitiui, nec defenſionem partibus tollere. ideoque à principe eam omitti poſſe, *per text. in c. in cauſis. in fin. de renun.* Hæc tamen limitatio non procedit, ſi alterutra pars poſt concluſionem cauſæ moriatur, quo caſu hæres eius, non quidem ad reaſſumendam cauſam, ſed audiendam ſententiam, parte hoc petente, & mortem aduerſarij in iudicio allegante citatur, id ſi factum non ſit diffinitiuè, abſque citatione hæredum pronunciatur, quia de morte partis iudici conſtare debet, vt iudici, hoc eſt ex allegatione iudiciali, nec ſufficit iudicem ſcire mortem partis, vt priuatum, ſed neceſſe eſt eum hoc ſcire vt iudicem. 86. *nu. 2.* 4

DE APPELLATIONIBVS, RECVSATIONIBVS, ET RELATIONIBVS.

TIT. XXVIII.

1 *Appellatio quid.*
2 *Appellationum ſpecies.*
3 *Differentia inter iudicialem & extraiudicialem.*

Digitized by Google

HAec rubrica diuiditur in tres partes. In prima agitur de appellatione, in ſecunda de recuſatione iudicis, in tertia de relationibus. Eſt
1 autem † appellatio à iudice inferiore ad ſuperiorem gradatim à grauamine vel ſententià facta prouocatio. vel eſt prouocatio ad maiorem iudicem ratione grauaminis illati vel inferendi. *Lancel. in inſt. hoc tit.* ſub qua definitione etiam extraiudiciales appellationes comprehendi poſſunt.
2 *c. bone eod.* Appellationum duæ ſunt ſpecies † *c.1.eod.in 6.* aut enim extra iudicium appellatur, aut in iudicio, Extra iudicium appellatur, cum quis ante litis ingreſſum ab aliquo grauamine appellat, vt puta ab electionibus, poſtulationibus, prouiſionibus, & quibuslibet extraiudicialibus actibus ex quibus ſe grauatum putet. *c. ſuper eod.* licet autem de iure ciuili regulariter non appelletur ante ſententiam, ſacri tamen canones non ſolum ante ſententiam (quæ appellatio nec ab interlocutoria dicuntur) ſed etiam extra iudicium paſsim appellare permittunt, *c. 2. c. ſuper hoc tit.* quæ non ſolent propriè dici appellationes ſed prouocationes, vnde ſi ſtatutum maximè odioſum faceret mentionem appellationis non contineretur extraiudicialis. *Panor. in c. cum ſit & in c. bone eod.* In Iudicio verò appellatur, aut ante definitiuam ſententiam, aut poſtea: Antea appellatur, vt cum ab interlocutoria, vel alio grauamine prouocatur. Poſtea verò vt cum ab ipſa definitiua ſententia appellatur. Notandum autem eſt hodiè per concilium *Trid. ſeſſ.* 13. in primo decr. reform. non licere indiſtinctè appellare. nam in cauſis viſitationis & correctionis ſiue habilitatis & inhabilitatis, nec non criminalibus ab Epiſcopo ſeu illius in ſpiritualibus vicario generali ante ſententiam definitiuam ab interlocutoria, vel alio quocunque grauamine non appellatur, nec epiſcopus vel eius vicarius huic appellationi tanquam friuolæ tenetur deferre nullo abſtante ſtylo aut grauamine, niſi grauamen huiuſmodi per ſententiam definitiuam reparari vel ab ipſa definitiua non poſsit. Differentia verò
3 inter iudicialem † & extraiudicialem appellationem maximè cognoſcitur, quod appellatio iudicialis ſuſpendit factum de præterito, & etiam de futuro donec expediatur factum appellationis: nam ſuſpendit pronunciatum & iuriſdictionem iudicis à quo, vt in *c. ſi à iudice eod. in 6.* ſed extraiudicialis eſt tantum quædam prouocatio ad cauſam, & non ſuſpendit quod geſtum vel factum eſt de præterito, ſed ſubmittitur in futurum profectioni ſuperioris, ne indebitè moleſtetur, *c. cum ſit romana hoc tit. Panor. & Innoc. in c. cum dilecti extr. de maior & obed.* De forma interponendæ appell. & de tempore introducendæ, proſequendæ & finiendæ appell. vide quæ diximus *inff. in ſuo loco. vide quoque Gail. lib. 1. obſ. 140. cum ſequ.* De recuſationibus iudicum quomodo & qua de cauſa iudices recuſari poſsint, illud ſup. diximus, & ſimili modo de relationibus in ff. eod. in fin. tractauimus, ita vt non ſit neceſſarium ea denuò hic inculcare. *vide Hoſt. in ſum. hoc t. per tot.*

Digitized by Google

DE PEREGRINANTIBVS.

TIT. XXIX.

1 *Senſus rubr.*

PEeriginans † quatenus hic ſumitur, eſt is qui ad præſentiam papæ accedit, *c.vnic.hoc tit.c.argura 62.quæſt.6.* Et dicit Caleſtinus Pontifex, quod contra peregrinantem ad ſedem apoſtolicam non debeat aliquid innouari, *d.c.vnic.* nam hi qui ad præſentiam papæ accedunt, cum rebus ſuis debent eſſe ſecuri ſub protectione Apoſtolica; vnde quicquid poſt iter arreptum ſubtractum vel ablatum eſt talibus reſtitui debet. *d.c.vnic.* 1

DE CONFIRMATIONE VTILI VEL INVTILI.

TIT. XXX.

1 *Confirmatio quid.*
2 *Effectus confir.ſent.*

COnfirmatio eſt prioris rei geſtæ confirmatio: qui enim confirmat nihil de nouo dat, ſed datum vel prius acquiſitum corroborat, *l.& quia ff.de iuriſd.om.* Sicut autem victus poteſt ſententententiam dicere nullam, ita, victor poteſt ordinario remedio petere confirmationem ſententiæ, *c.1.hoc tit.* Et hoc æquum eſt, † aliàs ſi victor per exceptionem nullitatis in executione ſuccumberet, nullum remedium haberet, & ſic ſibi ſummaria cognitio præiudicaret, contra *l. à diuo Pio §.ſi ſuper rebus de re iud. Bart. in l.1.nu.20.C.quand.prou.non eſt nec.* Imò poteſt ſponte iudicem adire & petere confirmationem nulla quæſtione nullitatis mota à reo, quo caſu de cætero victus non poterit quæſtionem nullitatis mouere. *Innoc. in d.c.1. num.5.* 1 2

De confirmatione contractuum & priuilegiorum, quid operetur & ad quid conducat vide pulchrè *Gail lib.2.obſ.1.per tot.*

LIBRI TERT. DECRETAL. EPISTOL. DE VITA ET HONESTATE CLERICORVM.

TIT. I.

1 *Clerici vnde dicti.*
2 *Vita clericorum quomodo debeat eſſe inſtituta.*

CLerici qualiter viuere debeant in hoc tit. traditur. Clerici à græco verbo κλῆρος dicuntur, id eſt, à ſorte, eò quod de ſorte ſint domini; vel quia dominus ſors, id eſt, pars illorũ eſt, *c. clericus 12. quæſt. 1.* quare ſic decet omninò clericos in ſortem domini vocatos, vitam, moreſque ſuos omnes componere, vt habitu, geſtu, inceſſu, ſermone, alijſque rebus nihil niſi graue, moderatum, ac religione plenum præ ſe ferant: leuia etiam delicta, quæ in ipſis maxima eſſent, effugiant, vt eorum actiones cunctis adferant venerationem. *concil. trid. ſeſſ. 22. c. 1. de refor. c. fin. 21. quæſt. 4.* De vita & honeſtate clericorum pulchrè ſcribit Lancell. in inſt, *hoc tit.* cuius ferè totum titulum ob aliquas elegantes ſententias hic adijcere volui. Debet igitur Epiſcopus eſſe inquit, ſine crimine, & cunctum populum, †cui præeſt, conuerſatione & innocentia præcellere. Qualis enim erit ædificatio diſcipuli, ſi ſe magiſtro intelligat eſſe præſtantiorem? Nam Epiſcopus inſtruere, & admonere omnes debet. Nemo autem rectè monitoris perſonam ſuſcipit, niſi qui moribus ſuis, aliorum errata condemnat. Quod non ſolum de Epiſcopo, ſed etiam de omnibus, qui domui Dei deſeruiunt, intelligi oportet. Quia vehementer Eccleſiam Dei deſtruit, meliores laicos eſſe, quàm clericos: quæque in alijs membris Eccleſiæ vacant à culpa, ſæpe in ſacerdotibus habentur illicita. Ab improborum quoque commercijs abſtinebit. Malorum enim conſortia bonos corrumpunt. Habebit igitur ſecũ honeſti teſtimonij Clericos, qui poſsint irrepræhenſibiles inueniri: & ſi quando illos, ſiue etiam laicos inter ſe diſsidere contigerit, ad pacẽ magis, quam ad iudicium compellat, neque illis corrigendis plus agat beneuolentia, quàm ſeueritas: plus charitas, quàm poteſtas. neq; dominari magis, quam conſulere ſubditis cupiat, ne quod prouiſum eſt ad concordiã, tendat ad diſsidium. Cum lenitate tamen ſeueritas miſcenda eſt. Nã miſericordiæ multum demitur, ſi ſeueritate omnino ſit deſtituta: ideoque Rectoribus ineſſe debet, iuſtè conſulẽs miſericordia, & piè ſæuiens diſciplina, vt nec in diſciplinæ rigore benignitatem manſuetudinis: nec rurſus in manſuetudine diſtrictionem deſerant diſciplinæ; quodq; ſeuerius caſtigare neceſſe eſt, non ſæuientis plectatur animo, ſed medẽtis. Præterea cauendum eſt, ne peruerſe agentes, conniuendo toleret. Culpã enim facientis habet, qui, quod poteſt, negligit emendare: & error cui non reſiſtitur, approbatur. Inprimis autem Orationi & prædicationi inſiſtat. Nam præconis officium ſuſcipit, quiſquis ad ſacerdotium accedit. Hinc eſt, quod ſuper paſtores primos in linguarũ ſpecie Spiritus ſanctus inſedit. Populum itaque prædicando doceat: quæ à Deo ipſe didicerit, non quæ illi caro vel humanus ſenſus ſuaſerit: Ea propter ſacris libris iugiter inſiſtere illũ oportet: nec enim ſufficit prælatis bona conuerſatio, niſi addatur ſcientia doctrinæ. Sed nec vtramq; ſibi ſufficere credat: nam largam quoque manum habere debet, & neceſsitatem patientibus ſubuenire, alienam

inopiam ſuã credens. Res ſuas inter hiſtriones, venatores, aut aucupes minimè diſpenſet, pauperes potius in hoſpitio recipiat, & facilius exemplo ſuo ad hoſpitalitatem ſubditos attrahat. Sobrius ſit, non vinolentus. Non ſit percuſſor, & ad vindictam facilis, immo in omni genere rerum agendarum prudentiam ſecum habeat. Si enim mancum, aut debilem ſancta contingere nequaquam lex diuina permittit: quantò magis doni cœleſtis diſpenſatores eſſe conuenit, id quod eſt deterius mente debilitatos, Sicut autem Epiſcopum nullo errore conuenit inuolui: ita nulla debet cupiditate corripi: & propterea lucri cupidus eſſe prohibetur: & alicui etiam honeſto negotio, vt ſibi victum, & neceſſaria quærat, operam dare. Nam & dominus negotiatores de templo verberatos expulit. & Apoſtolo teſte, Nemo militans Deo implicat ſe negotijs ſæcularibus. Pudicus quoque debet eſſe, & moribus & verbis pudorem præ ſe ferre. Ea propter Moguntino Concilio ſtatutum legitur, vt nullus Sacerdos fœminas, de quibus ſuſpicio poteſt, eſſe retineat: ſed neque matrem, aut amitam, aut ſororem retinebit: quia in illis, inſtigante Diabolo, ſcelus perpetratum reperitur, aut in pediſſequis earum. Itaque domeſticarum quoque perſonarum immoderatam familiaritatem vitabit. Oportet item Epiſcopum, cæteroſque eccleſiaſticis beneficijs & officijs mancipatos, per decentiam habitus intrinſeci, morum intrinſecam honeſtatem indicare; & ideo ſi prӕterquam ex cauſa vrgenti, indumentis, præter ordinis ac officij decorem, præſertim publicè luxurietur; illorum impudentia varijs modis, non minus recentioribus, quàm antiquis Pontificum decretis coercetur. In ſumma cum pro populo Epiſcopi ſuffragatores ad Deum parentur, neceſſe eſt, vt omni genere virtutum eius gratiam habere nitantur. quia cùm is, qui diſplicet, ad intercedendum mittitur, irati animus ad deteriora prouocatur.

DE COHABITATIONE CLERICORVM; ET MVLIERVM. TIT. II.

1 *Pœna Clerici fornicatoris.*

INhibendum eſt, inquit, Pontifex, vt nullus ſacerdos fœminas, de quibus, ſuſpicio poteſt eſſe, retineat. Sed neque illas! quas Canones concedunt, matrem, amitam, & ſororem: quia inſtigante diabolo, & in illis ſcelus perpetratum reperitur, aut etiam in pediſſequis earundem. Sed ſi qua de his neceſſitatem habuerit, presbyteri habeant in vico, aut in villa domum longè à ſua cõuerſatione: & ibi eis quæ ſunt neceſſaria ſubminiſtrent *c.1.b.t*, Sed illud c. à clericis non eſt receptum. Multò magis interdicitur clericis, ne cum muliere incontinentiæ ſuſpecta, conuerſationem ineant. Si enim inquit Pontifex, †quiſquam ſacerdotum, id eſt, presbyter, diaconus, ſubdiaconus, de quacunque fœmina crimine fornicationis ſuſpectus, poſt primam, ſecũdam, tertiam admonitionem inueniatur fabulari, & aliquo modo conuerſari cum ea: excommunicationi ſubdatur, & 1

Digitized by Google

fœmina canonicè iudicetur.*c.2.hoc t.*quam rem Conc. Trident.accuratius perſequitur *ſeſſ.25.c.14.de reform.*

DE CLERICIS CONIVGATIS. TIT. III.

1 *Differentia inter hunc, & tit. qui Cler. vel vx. matr. contr.*

HIc titulus videtur eſſe ſuperfluus, cùm in libro quarto habeamus titulum expeditum, qui cler. vel vx. matr. contr. poſſ. quo clerici prohibentur vxores ducere; Sed dicit† Ioh. Andr. *in rubr. h. t.* quod ibi tractatur principaliter de validitate matrimonij per clericum contracti: hic verò principaliter tractatur, vtrum clerici coniugati poſſunt tenere beneficia, vel non: Si qui Clericorum inquit Alexander tertius Pontifex infra Subdiaconatum, id eſt, in minoribus ordinibus conſtituti acceeprint vxores, ipſos ad beneficia eccleſiaſtica relinquenda, & retinendas vxores diſtrictione eccleſiaſtica compellatis. Sed ſi in Subdiaconatu & alijs ſuperioribus ſacris ordinibus vxores accepiſſe noſcuntur: eos vxores dimittere, & pœnitentiam agere de commiſſo per ſuſpenſionis & excommunicationis ſententiam compellere procuretis. *c.1. ext. h. t.*

DE CLERICIS NON RESIDENTIBVS IN ECCLESIA PRAEBENDALI. TIT. IV.

1 *Perſonalis reſidentia Clericorum requiritur.*

2 *An quis per alium poßit deſeruire.*

DEbent Clerici non ſolum eſſe integri vitę ſceleriſque puri, verum etiam in eccleſia in qua beneficiati exiſtunt, perſonaliter reſidere. Cum enim beneficia eccleſiaſtica, diuini officij explendi cauſa inſtituta ſin. *c. ſi. de reſcript. lib. 6.* rectiſsime ſancitum eſt à ſacris Canonibus, vt nullus
1 ad Eccleſiaſticum beueficium aſſumatur, niſi qui in loco eiuſdem beneficij reſidere, & per ſe deſeruire poſsit. †*c.3. & c.4. ext. hoc tit.* Quod ſi aliter quis aſſumptus fuerit & citatus non paruerit; coercetur eius contumacia, vel per ſuſpenſionem, vel per excommunicationem, vel per priuationem beneficij, *c. ex tua. 9. text. eodem. c. ſi qui verò, cum c. ſeq. c. ſi quis in clero. 7. qu. 1.* etiamſi beneficij reditus exigui ſint, *c.3. & 4. c. ex parte. 8. cum 2. cc. ſeqq. ext. eod. ſecundum diſtinctionem Panor. ad d. c. ex tua. d. c. conquerente. 6. ext. eod.* Excuſatur autem abſens iuſta ex cauſa: veluti ſi morbo impediatur *c.1 ext. de clerico ægrot. c.1. de cleric. non reſid. in 6. iuncta l.4. §. pen. ff. de ſtatu lib.* Si in ſeruitio S. Pontificis. *c. cum dilectus 14. ext. hoc tit.* Vel Epiſcopi. *c. ad audientiam.* Vel Eccleſiæ ſuæ verſetur *c. ex parte 13. ext. eod.* Si ſtudiorum cauſa, aut alias honeſtè abſit, ex Prælati licentia, *c.4 ext. eod.* aut conſuetudo Eccleſiæ non damnoſa, abſenti ſuffragetur. *c. cum omnes. 6. ext. de conſtitutio. iuncto c.1. ext. de conſtitutio.* Cæterum cùm ex ſententia veterum Canonum illi, qui aliquantiſper abſunt non videantur abeſſe, quia ſtatim reuerſuri ſunt: idcirco S. Trid. Syn. hac in re modum adhibẽs, ſtatuit vt in omnibus Patriarchal. Primatialib. Metropolitanis, Cathedralibus Eccleſijs quibuſcũq; quocũq; nomine & titulo præfectis, etiamſi S. Romanæ Eccleſiæ cardinales ſint: illud abſentiæ ſpatium, ſingu-

lis annis ſiue continuũ ſiue interruptũ(ſi tamen ex æqua cauſa fiat,& abſq; gregis detrimento)2 menſes aut ad ſummum 3.non debere excedere: Niſi fortè Chriſtiana charitas,vrgens neceſsitas,debita obedientia & euidens Eccl.vel Reip. vtilitas maius abſentiæ ſpacium requireret.in alijs curatis inferiorib.illud abſentiæ tempus 2.quoq; menſibus concluſit,cauſa tamê prius cognita & probata per Epiſcopum, niſi & hic rei grauitas lôgius têpus poſtularet.*Vide Conc.Trid.ſeſſ.23.c.1.de ref.iuncto c.1.ſeſſ.6.de ref.adde omnino Bullam Pij IV.ſuper reſid.prælat.* Ex Canonicis verò Cathedralium & Collegiatarum Eccleſiarum, aut in ijs præbendas aut portiones, obtinentibus, nemini permittit vigore cuiuslibet ſtatuti aut conſuetudinis vltra tres menſes abeſſe. *Seſſ.24.c.12.§.præterea obtinentibus,de reform.Vbi latius & de pœnis in transgreſſores.*

An autem quis poſsit deſeruire † per alium quæritur; Et in hac re diſtinguitur, regulariter quidem requiritur perſonalis reſidentia. *c.conquerente h.tit.* ſed ratione conſuetudinis poteſt quis deſeruire per alium,quod procedere puto in ſimplicibus beneficijs, non verò curatis & ſic reſtringendum *c.extirpandæ §.qui vero de præbend.* Bonus enim paſtor ponit animam pro ouibus: mercenarius verò quando videt lupum venientem dimittit oues & fugit.*Ioh.10.cap.vide Panor.in c.quia nonnulli n.7.ext.h.t.*

DE PRAEBENDIS ET DIGNITATIBVS. TIT. V.

1 *Præbenda quid.*
2 *Diuiſio quid.*
3 *Clericus niſi vnum beneficium habere debet.*

PRæbenda † nihil aliud eſt,quàm beneficium Eccleſiaſticum:*c.ſi quis dator c.ex multis §.conſtitutus.1.q.3.*Siue ius percipiendi prouentus Eccleſię ratione miniſterij Eccleſiaſtici. Præbendarum ſiue beneficiorum Eccleſiaſticorum quædam curata ſunt † quædam non curata.Curata dicuntur,quæ animarum curam annexam habent:idque duplici ratione,vel quia beneficiatus,certis perſonis,puta,parochię ſuę,Sacramenta Eccleſiaſtica adminiſtrat,& verbum Dei denunciat *c.2.§.verum de ſepultu.in Clem.* Vel quia exercet ea,quæ ſunt iuriſdictionis ſpiritualis;veluti,viſitare,inquirere,ſuſpendere,excommunicare,abſoluere *c. execrabilis §.fi. de præbend in extr.commun.* Nam,& hæc animarum curam côcenunt *Vide latius Conc.Trid.ſeſſ.c.23.2.de ref.* Non curata beneficia ſunt, quibus huiuſmodi cura annexa eſt. Rurſus beneficiorum Eccleſiaſticorum aliæ adiunctam habent dignitatem,alia perſonatum,alia præpoſituram,alia adminiſtrationem,alia officium;alia nihil horum habent.*c.1.de conſetud.libr.6.& ibi Dd.vide Panorm.ad d.c.de multa n.20. cum ſeq.vbi hæc explicat.* Debent autem huiuſmodi dignitates capacibus & dignis conferri *c.grauis §.volentes.h.t.vide Hoſt.in ſum.h.t.n.3.* neque debent diuidi huiuſmodi dignitates.*c.8.h.t.* 1

Præterea in hoc tit.eſt notandum,quod clericus non debeat † obtinere plures eccleſias ſiue beneficia niſi cum diſpenſatione procedente ex legi

tim.

Digitized by Google

tima cauſa:puta propter tenuitatem beneficiorum vel dignitatem perſonarum.*c.5.6.&7.h.t.*ſub illo prætextu noſtri clerici & maximè prælati hodie duo,tria,quatuor, & plura beneficia obtinent.

DE INSTITVTIONIBVS.

TIT. VI.

1 *Duobus modis accipitur inſtitutio.*

2 *Ad quem inſtitutio beneficiorum ſpectet.*

1 DVobus modis accipitur inſtitutio:†primus eſt vt inſtitutio ſit principalis hæredis poſitio,hoc eſt natura primus gradus hæredis *l.1.ff. de vulg.& pup.ſubſt.*ſecundus modus eſt,vt ſit alicuius verbalis collatio, & hoc modo accipitur in hoc tit.noſtro.Et ſumitur inſtitutio pro inueſtitura *c.adhæc de offic.Archid.c.cum veniſſent h.t.* ſiquidem verbali collatione inſtituitur clericus de beneficio per annuli, pilei, calami, aut alterius cuiuſuis rei traditionem *c.cum olim de re iud.c.ex ore de his quæ fiunt à prælatis.*

2 Regulariter inſtitutio beneficiorum ſpectat ad epiſcopos,vel eorum officiales,†*c.3 h.t.*qui prouidere debēt, vt perſonas idoneas,& nō in ſeculo remanentes,*c.2.h.t.*& non vltra numerum ſtatutum *c.1.h.tit.*vel vltra facultates eccleſiæ inſtituant,*d.c.1.* quod poſtremum notandum monet Panor.contra prælatos tam eccleſiarum,quàm monaſteriorum, qui intuitu auaritiæ nolunt plures monachos vel clericos inſtituere. nam huiuſmodi ſolent ſemper conquiri de penuria,quaſi ſub illo prętextu paucos monachos aut clericos cogi inſtituantur.*in c.1.n.2.h.t.*

DE CLERICO AEGROTO.

TIT. VII.

LIcet Clericus perſonaliter reſidere cogatur,ſup.tit.de cler.non reſ.alias non lucretur fructus,hoc tamen fallit in clerico ægroto c.1.h.tit. vnde propter lepram ſuperuenientem quis non remouetur ab officio, ſed coadiutor ei adiungitur c.2.3.h.t.

DE CONCESSIONE PRAEBENDAE,ET ECCLESIAE NON VACANTIS. TIT. VIII.

1 *Quæ beneficia debeant conferri.*

2 *Quando debeant conferri.*

HIc de collatione beneficiorum agitur,hoc eſt,quæ beneficia & quādo conferri poſsint, in hoc titulo declaratur. Debet autem benefi-
1 cium†vacans conferri.priuſquam enim vacent beneficia eccleſiaſtica,alteri conferenda,vel etiam addicenda non ſunt;ne votum captandæ mortis alterius inducatur.*c. 2. ext. de conceſſ. præbend.*adeoque collatio,vel addictio huiuſmodi ipſo iure nulla eſt.*c.3.c.13.ext.eod. Concil.Trid.ſeſſ.24.cap.19.de reformat.* Neque intereſt generaliter, vel ſpecialiter beneficij nondum vacantis promiſsio,quibuſcunque verbis facta ſit.*c.2.eod.lib.6.* Putat tamen Gail.*lib.2.obſ.vltim.*dogma canoniſtarum cum moderamine accipiendum eſſe, vt procedat in promiſsione certi hominis,ſecus ſi generaliter & in-

certa ſit conceſsio ſuper prima præbenda vacatura in tali eccleſia. *Salic. in l. fin. n. 11. C. de pact.* Hinc, inquit, apparet valere Cæſareas preces primarias ſuper beneficijs primò vacaturis, quas Pontificis indulto & priuilegio Cæſar benè meritis conferre conſueuit, quoniam incerta & generalis eſt huiuſmodi conceſsio, & gratia Cæſaris, &c.

Vbi autem vacant beneficia vel officia eccleſiaſtica, conferenda ſunt intra ſex menſes, alioqui his elapſis † ab Epiſcopo, ſi ad eum ſpectat, collatio deuoluitur ad Capitulum, niſi huiuſmodi collatio beneficij vacantis pertineret ad Epiſcopum & Capitulum ſimul. *Panorm. in c. poſtulatus in q. & h. tit.* & è diuerſo à Capitulo ad Epiſcopum: his autē negligentibus ad Metropolitanum. *d. c. 2. ext. eod.* & poſt hunc ad Patriarcham, cui Metropolitanus ſubeſt, quem ſi non habet, ad S. Pontificem collatio defertur. *c. 3. ext. de ſupplenda neglig. præla. adde Panorm. ad d. c. 2. n. 7. ext. eod.* Quæ certè obtinent in beneficijs cuiuſcunque generis: exceptis Epiſcopalibus & regularibus prælaturis, quarum electioni trium menſium ſpacium præſtitutum eſt à iure. *c. ne pro defectu. 41. ext. de electio. c. dilectus. 12. ext. de conceſſ. præbe. vide ſup. tit. de electi.* Item Eccleſijs, quæ certum beneficiorum numerum conſtitutum non habent; ac proinde in ijs nunquam cenſetur vacare beneficium, *c. ex parte. 10. ext. hoc noſtro tit.* Tempus verò ſex menſium non à tempore vacationis beneficij, ſed notitiæ computandum eſt, neque legitimè impeditis currit. *c. quia diuerſitatem 5. ext. hoc tit. d. c. 3.* Cui conſequens eſt; vt neque Sede Epiſcopali vacante ſuccedit Capitulum in collationem beneficiorum ad Epiſcopum ſpectantium: cum hic nulla argui poſsit negligentia Epiſcopi: ac proinde ceſſat hoc caſu deuolutio beneficij vacantis ad Capitulum, *c. 2. ext. ne Sede vacante.* Planè ſi decurſo collationis ſpacio, nihilominus per negligentiam fiat collatio beneficij vacantis, ſuſtinetur quidem eo caſu collatio, ſeu ex patientia, ſi modo idonea facta ſit. *c. litera. 4. ext. de ſuppl. neglig.* Ad S. Pontificem quod attinet: dubium non eſt, quin is, pro ſumma in vniuerſa Eccleſia poteſtate, omnes eccleſias earumque beneficia cuiuſcunque generis liberè conferre poſsit, non tantum vacantia ſed & vacatura. *c. 2. de præbenda in 6.* Non tamen hodie eo iure vtitur propter Concil. *Trid. ſeſſ. 24. cap. 19. de reform.* vbi, vide niſi in beneficijs apud Sedem Apoſtolicam vacantibus, quæ ſingulari iure diſpoſitioni S. Pontificis reſeruata ſunt. *d. c. 2. de præbend. lib. 6.* Dicuntur autem beneficia vacare apud Sedem Apoſtolicam, ex Bonifacij VIII. declaratione, quæ ab illis poſsidebantur ? qui in curia Romana, vel in vicino ei loco, per duas dictas legales, id eſt, per iter, duorum dierum (computando vicena millia paſſuum in ſingulos dies id eſt, viginti milliaria Italica) *l. 1. & ibi gloſſ. ff. Si quis cautionibus l. itinere. 3. ff. de verb. ſignif.*) dum ad Curiam irent vel redirent, è viuis exceſſerint, *c. in præſenti 34. de præbend. lib. 6.* Excipe tamen parochialem eccleſiam defuncto Papa. iuxta *c. ſi Apoſtolica. 35. eod. tit. lib. 6.* Quæ tamen, ſi non conferat ſum. Pontifex intrà menſem à die vacationis, redit ad eas collatio, ad quos alias ſpecta-

cularia, quàm regularia quæcunq; etiā cōmendata, pertineant, cuiuſcunq; tituli ac qualitatis exiſtent. ex *conc. Trid. ſeſſ. 24. ca. 17. de reformat.* Cæterū quæ ad ſubleuandā tenuitatē eccleſiarū Cathedraliū & Parochialū, item Canonicorū Cathedraliū & Collegiator. inſigniū ſpectāt, hic cōſultò omittimus breuitatis cauſa. De his idē *Conc. Trid. adeatur d. ſeſſ. 24. c. 13. c. 15. de reformat.* Ad extremū, nullus ad eccleſiaſticū beneficiū aſſumi poteſt, niſi Clericus, prima ſaltē tonſura initiatus, quatuordecim annorum. *Conc. Trid. ſeſſ. 23. cap. 6. de reform.* & qui loco beneficij ſui poteſt reſidere & deſeruire. vt inf. de cleric. nō reſidēt. In dignitatibus tamē Canonicalibus, portionibus eccleſiaſticis, quę ſacrū ordinē annexū habēt, illud amplius eſt, vt qui ad eas aſſumūtur, etiā eodē ordine inſigniti ſint, aut eius ætatis, quod infra tēpus à iure & à Conc. Tri. definitū, eo poſsint inſigniri. *idē Cōc. Tri. ſeſ. 24. c. 12. de refor.*

NE SEDE VACANTE ALIQVID INNOVETVR. TIT. IX.

1 *Capitulum ſede vacante habet iuriſdictionalia, ſed non Epiſcopalia.*

2 *Sede vacante, non eſt tutum litigare cum capitulo, ſine defenſore.*

ETſi enim eccleſia vacante capitulum canonicorum defunctum principem repræſentet, omniſque iuriſdictio apud illum remaneat. *c. cum olim de maior. & obed.* adeò vt ſi defunctus princeps fuerit, capitulum ſede vacante in camera in prima inſtantia conueniri poſsit. *Gail lib. 1. obſ. 30. n. 6.* tamen hoc fallit in ſpiritualibus. Nam iuxta Canoniſtas *in c. 1. & 2. h. t.* ſede vacante capitulum quidem habet iuriſdictionalia † ſed non Epiſcopalia ſiue ſpiritualia, veluti collationes beneficiorum, quia collationes beneficiorum inter bona Epiſcopalia fructus computantur, ſed canonici nihil alienare poſſunt in præiudicium futuri Epiſcopi. *d. c. 2. h. t. gloſ. in d. c. cum olim.* Vnde ſede vacante non ſuccedit capitulum in collatione beneficiorum, maxime cum nulla argui poſsit negligentia Epiſcopi. *d. c. 2.* 1

Præterea hic obſeruandum eſt, quod ſede vacante non ſatis ſit tutum litigare cum capitulo, ſed eccleſiæ vacanti prius defenſor dandus eſt † qui Epiſcopale ius tueatur, *c. 1. h. t.* ſine quo iudicium ſuſceptum & ſententia contra eccleſiam indefenſam & legitimo defenſore carentem lata, non valeret. *c. fin. h. t. c. 1. de reb. eccleſ. non alien. in 6.* quia eccleſia minori comparatur. *c. 1. de reſt. in integr.* At ſententia contra indefenſum lata nullius eſt momenti. *l. cum & minores C. ſi aduerſ. rem iud &c. ergo &c.* 2

DE HIS QVAE FIVNT AB EPIS. SINE CONSENSV CAPITVLI. TIT. X.

SI Epiſcopus & capitulum habent poteſtatem conferendi coniunctim, non poteſt vnus ſine altero, niſi in vno ſubſit impedimentum conferre. *c. 4. h. t. c. 1. ne ſed vac.* niſi vel mortis vel ſuſpēſionis *c. graue de præb.* vel maioris excommunicationis impedimentum in altero adeſſe contigerit, quo caſu vnus ſine alterius conſenſu confert *c. vnic. ne ſed. vac. in 6.* Cùm verò ad ſolum Epiſcopum pertinet collatio, vel aliud ſimile negotium, hoc cum cōſilio capituli explicari debet, *c. 3. 4. h. t.* vnde non tenet alienatio rei eccleſiaſticæ abſque approbatione capituli, *c. 1. h. t.*

Digitized by Google

DE HIS QVAE FIVNT A MAIORE PARTE CAPITVLI. TIT. XI.

Regulariter in negotijs eccleſiaſticis ſtandum eſt maiori parti: niſi minor pars rationabiliter contradicat & maiori pietati nitatur. *c.1. hoc tit. c. nullus 61. diſt.* In ijs verò quæ communia ſunt, non vt collegiatis, ſed vt ſingulis, non valet quod à maiore parte tantum fit, ſed oportet quod omnes conſentiant. *l. per fundum ff. com. præd.*

VT BENEFICIA ECCLESIASTICA SINE DIMINVTIONE CONFERANTVR. TIT. XII.

Hæc rubrica per ſe patet.

DE REBVS ECCLESIAE ALIENANDIS, VEL NON. TIT. XIII.

Qvia res Eccleſiæ, propriæ ipſius Eccleſiæ ſunt, in cuius vſum & miniſterium ſunt dedicatæ, nihil tamē impedit has res Dei dici *§. bona vero*, de quo latius apud Sarmient. de reditibus Eccleſ part. 1. cap. 1. Idcirco diſertè à ſacris canonibus cautum, ne illæ à Clericis etiam Summis Pontificibus, vel alijs, quibuſcunq; alienari poſsint. *toto tit. ext. in 6. & Clement. de rebus Eccleſ. c. prædia c. non liceat. cum c. ſeq. 12. q. 2.* Idem ſtatutū, eſt de rebus Monaſterij. *Clement. h. t.* Alienationis autem nomine hic cōtinentur, donatio, venditio, permutatio, emphyteuſis, infeudatio, vſusfructus, hypotheca, locatio ad longū tempus. *c. nulli 5. §. alienationis, ext. h. t. d. c. ne liceat, & d. Clement. 1.* & ex Pauli. II. conſtitutione etiam locatio vltra trienniū, in *c. vnico. in extrauag. com. de qua vide Couarr. var. reſol. li. 2. cap. 16. & 17. Nauarrum ad. d. c. non liceat.* & haud dubiè hæredis inſtitutio, legatum, fidei commiſſum. *c. 1. c. cum in officijs. 7. cum 2. c. ſeqq. ext. de teſta. c. Epiſcopi. c. manifeſta. c. fuit manifeſte. 12. q. 1.* Vnde, ſi qua rei Eccleſiaſticæ alienatio fiat, ea ipſo iure non ſubſiſtit; adeoq; per ipſum alienantem, vel quemuis alium Clericum infringi & retractari poteſt. *c. ſi quis presbyterorum 6. ext. h. t. & ibi notant gloſſ Panor. c. quo quis 35. q. 9. d. c. vnico. in extrauag. com. iuncta. l. non dubium. 5. c. de legib. quæ contra de reg. iur. in 6.* Quod in præſenti argumento ſingulare eſt; cum regulariter nemo factum ſuū improbare poſſit. *c. inter dilectos 8. ext. de donatio. l. 4. C. de reuoc. donatio. l. factum, ff. cuiq; ff. de reg. iuris.* Propterea alienans Clericus ab officio deponitur. *c. monemus. 12. quæſt. 2.* & accipiens rem huiuſmodi, nullo ſibi prius refuſo pretio, illam reſtituere eccleſiæ vindicanti tenetur. *c. hoc ius, porrectum x. quæſt. 2. habet. tum regreſſum contra alienantem ſi ſit bonæ fidei. c. vulcezane 12. qu. 2.* Quæ certè intelligenda ſunt, de rebus immobilibus & mobilibus, quæ ſeruando (vt loquimur) ſeruari poſsint. ſicuti in nou. de non alien. reb. ecc. diximus. At in rebus perituris, quæ diuturnitatem non patiuntur, vt ſunt fructus, veſtes, & his ſimilia, *d. c. vnico. in extrauag. com. & d. clem. 1. iuncto §. conſtituitur. Inſtit. de vſufruct.* licet veſtimenta eccleſiæ vetuſtate conſumpta comburi, & eorum cineres recondi debeant iuxta *c. altaris 39. de conſecratio. diſt.* Item in ſuperuacaneis animalibus; alienatio minimè interdicta eſt. *Hoſtienſ. in ſumma. nu. 2. adde tex. in l. lex quæ, 22. in fi. C. de adminiſt. tutor.*

Neque

Digitized by Google

Neque quod de rebus mobilibus, & immobilibus diximus, perpetuum eſt: Nam & certi caſus exſtunt, quibus ex permiſsione ſacrorum Canonum etiam illæ rectè alienantur. quorum vnus eſt, ſi neceſsitas Eccleſiæ alienationem ſuadeat. *d. clem. 1. h. t. c. 1. ext. de pignorib.* puta, ſi Eccleſia alieno ære oppreſſa ſit. *auth. hoc ius porrectum C. de ſacroſanct. Eccleſ.* Alter eſt, ſi pauperes aledi, aut captiui ab hoſtibus redimendi ſint. *c. aurum, cum c. ſeq. 12. q. 2. c. ſi is. q. 2.* Aurum enim, ſententia Ambroſij eſt, Eccleſia habet, non vt ſeruet, ſed vt eroget & ſubueniat in neceſſitatibus *in d. c. aurum.* Tertius eſt, ſi Eccleſiæ expediat alienationem fieri *d. Clem 1. c ſine excepti 12. q. 2. c. 8. §. ſi ext. hoc tit.* Nec enim prohibitio alienationis in læſionem Eccleſiæ retorquenda eſt. *l. quod fauore 6. C. de legib.* Vt autem his tribus caſibus, quibus alienatio permiſſa eſt; Capituli conſenſus & ſubſcriptio adhibeantur, vbi ſcilicet Epiſcopus alienationem molitur. *d. c. ſine exceptione. d. Clem. 1. c. 1. cum cc. ſequ. ext. de his quæ ſi. à prælat.* Sin alius Clericus, qui Capitulum non habet; Epiſcopi aſſenſus accedat. *c. placuit 12. quæ. 2. d. Clem. 1.* In alienatione verò rerum Monaſterij non tantum opus eſt conſenſu Capituli, ſed & Epiſcopi, ex decreto Conciliorum Aurelianenſis. *c. abbatibus d. q. 2.* Agatenſ. *c. in venditionibus.* Illud verò ſingulari iure ſancitum eſt à Gregorio X. in generali Concilio Lugdunenſi: vt in Eccleſiæ bonis immobilibus ſiue iuribus laico, tanquam Superiori vel tanquam Patrono, ſiue Aduocato ſubijciendis præter Conſenſum etiam Apoſtolicæ Sedis licentia ſpecialiter adhibeatur. *c. 2. hoc t. in 6.* Porro in terrulis & vineolis exiguis, & Eccleſię minus vtilibus & longè diſſitis, remiſſa eſt omnis ſolemnitas, cùm per ſolum Epiſcopum, ſi neceſſitas vrgeat, rectè diſtrahatur. *c. terrulas. d. qu. 2.* Idem eſt in rebus in feudū olim datis, ſi per mortem vltimi Vaſalli ad Epiſcopum redeant; nam & has põteſt Epiſcopus (ſi viderit expedire) liberè in feudum alteri concedere *c. 2. ext. de feudis. c. 1. §. 1. Epiſcop. vel Abbat.* Similiter & res in emphyteuſin ab antiquo dari ſolitas, ſi euidens Eccleſiæ vtilitas ſuaſerit. *d. c. vnic. in extrav. com.* De agris verò in emphyteuſin nouam concedendis hoc reſcriptum extat Alexandri III. ad Epiſcopum Vigornienſem: illas terras, inquit, quę de ſyluis extirpatæ, ſunt arabiles factæ, eis hæreditario iure poteris concedere, ſub annuo cenſu tenendas, à quibus ſuo, vel parentum ſuorum labore conſtiterit extirpatas. Niſi fortè tunc alijs poſſint ad maiorem Eccleſiæ vtilitatem, cum eodem labore & onere conferri. *text. eſt in c. ad. aures 7. ext. h. t.*

DE PRECARIIS. TIT. XIV.

1 *Precarium quid.*
2 *Differentia inter precarium & commodatum.*
3 *Differentia inter precarium & precariam.*
4 *Precaria quid.*

PRecarium eſt, †quod precibus petenti vtendum concedatur, tamdiu, quamdiu is, qui conceſſit, patitur, *l. 1. in princ. ff. de precario.* Conuenit cum commodato in eo, quod is, qui commodat, etiam permittit vti re commo- 1

2 data, *d.l.1. §.6. ff. 1.* Diſtat verò † quod precarium ad certum tempus & præſcriptum vſum non detur; commodatum contra. *§.1 ſup. de commod. adde Conar. var. reſol. cap. 15. nu. 7.* Hinc alias quæſitum fuit: ſi precarium ad certum tempus, veluti ad calendas Ianuarias conceſſum fuerit, an precario poſſidens in eum diem ſe tueri poſsit, ne ante ab eo res auocetur: & reſponſum eſt, nullam vim eſſe huius conuentionis: cum adiectum tempus naturæ precarij repugnet. *l. cum precario. 12. ff. de precario & c. fin. ext. eod.* Quo etiam fit, vt per hanc liberam reuocationem, concedentis, is qui precario poſsidet, non teneatur vltra dolum & latam culpam, quæ dolo proxima eſt, *l. quæſitum. 8. §. & illud annotatur. cum §. ſeq. ff. eodem.* Diſtat † precarium à precaria,
3 quia precarium tamdiu conceditur, quoad is qui conceſſit patitur: precariæ verò non ſunt pro voluntate concedentium reuocandæ, niſi ſint irrationabiles, quo caſu poterit ſucceſſor à prædeceſſore conceſſam precariam reſcindere & reuocare. Precaria eſt † ſpecies Colonarij contractus, ve-
4 luti cùm fundus datur in aliquot annos, quibus elapſis, ad precariam poſtulationem coloni dominus, vel hæres teneatur talem contractum ſemper deinceps in totidem annos renouare. *Budæus in l. Herennius. ff. de euict.* Poſſunt autem prouentus eccleſiaſtici ad modicum tempus, & ad precariam concedi. *c. in venditionibus 17. quæſt. 4.* Sed ne temporis longinquitate iuris Eccleſiaſtici pereat memoria, de quinquennio in quinquennium renouandæ erunt, *c. longinquitate 12. q. 2.*

DE COMMODATO. TIT. XV.

DE DEPOSITO. TIT. XVI.

DE EMPTIONE ET VENDITIONE. TIT. XVII.

DE LOCATO ET CONDVCTO. TIT. XVIII.

1 *Quomodo illa verba celeri ſatisfactione in c. vlt. h. tit. ſint intelligenda.*

QVia de his titulis in ff. & Cod. in ſuo loco diximus, & nihil aliud de iure Canonico cautum reperitur; ideo eos præterire volui. Sed tantum hoc vnum ex *c. vlt. de locat. & conduct.* notandum eſt, quod emphyteuta
1 eccleſiæ ſi per biennium canonem non ſoluerit, & moram celeriter non purgauerit, iuſtè expellatur. Illa autem verba † (celeri ſatisfactione) variè exponuntur: *Innoc. in c. poteſt ext. de locato.* ſic explicat, vt ſi exactus ſtatim perſoluerit. *Bart. verò in l. ſi inſulam, ff. de v. oblig. cum Guid. Pap. 23.* putat, vt ſi ante litem conteſtatam ſoluerit, non poſſit expelli.

DE RERVM PERMVTATIONE. TIT. XIX.

1 *Permutatio beneficiorum regulariter prohibita: & de pæn. permutat. & quatenus liceat.*

PErmutari dicuntur res, cùm vna pro alia datur & recipitur domini transferendi cauſa. Et id quidem propriè *l. naturalis 5. §. 1. ff. de præſcript. verb. l. 1. c ſi, ff. de rer. permut. c. 1. ext. hoc tit. Vide ſup. de reb. Eccleſ. non alienand.* Etenim

hoc

hoc iure & beneficia eccleſiaſtica rectè inter ſe permutari dicuntur. *paſſim hoc tit. ext. & in 6. & in Clement.* Quorum tamen apud Clericos nullum dominium eſt, ſed ſola adminiſtratio *c. 2. ext. de donatio.* Et de his duntaxat hic diſpiciamus. Et quidem beneficiorum eccleſiaſticorum permutatio à iure improbata eſt, ſi ea priuata auctoritate permutãtium fiat. †*c. maioribus 8. ext. de præbend. c. quæſitum 5. inf. h. tit.* adeo quod vterque permutatis beneficijs priuari poſſit. *c. cum olim 7. ext. hoc tit.* Igitur auctoritate epiſcopi opus eſt, in cuius manus beneficiorum prius reſignatio fiat, deinde ab eo vtrinque alteri alterius beneficium conferatur, *c. vnico hoc tit. in 6. & in Clem. iuncto. d. c. quæſitum 5. ext. eod.* Vbi tamen eorum collatio, vel præſentatio ad alium ſpectat, etiam illius conſenſus exquiratur. *iuxta c. quod omnes de reg. iur. in 6. l. fi. C. de auctor. præſt. c. adhæc 7. in fi. ext. de offic. archidiac.. Vide latius Ægidium Bellarmerum in 2. parte. q. 8. & in 4. parte per tot.* Quod ſi verò Epiſcopus huiuſmodi beneficia ex cauſa permutationis reſignata ſibi, tertio alicui conferat, nullius momenti erit hæc collatio. *c. vnico eod. tit. in Clement.* etiamſi hic tertius auctoritatis Sedis Apoſtolicæ expectabit primùm beneficium vacans: cùm beneficia illa non ſimpliciter vacent, ſed cum cauſa permutationis. *c. vnico eod. in 6.* Cauendum tamen eſt; ne quid temporale permutationi beneficiorum admiſceatur. Incideret enim hæc res in ſimoniam. *d. c. quæſitum.* Vnde conſultus Clemens III. an eccleſia parochialis cum altera permutari poſſet, attributis vtrinque poſſeſſionibus; reſpondit, id quidem fieri poſſe: dummodo Eccleſiæ & poſſeſſiones ſeparatim inter ſe permutentur. Verba reſcripti hæc ſunt. Reſpondemus, quod cum de dictis parochialibus eccleſijs per ſe queat commutatio celebrari, & in permutatione poſſeſſionum per ſe non ſit inhibitum. Si altera, ratione poſſeſſionum, alteri præponderet: pecuniam poſſe refundi de ipſarum poſſeſſionibus adinuicem, prout viſum fuerit expedire; refuſa certa pecuniꝗ quantitate: poterit contractus permutationis iniri: Sic tamen quod illi contractus nequaquam ſibi inuicem miſceantur. *text. eſt in c. ad quæſtiones 6. ext. h. t.*

Poteſt tamen eccleſia cum altera eccleſia permutare, ſeruata indemnitate vtriuſque *c. hoc ius 10. quæſt. 2.* Et cum principe, ſed abſque damno, ſcilicet, quod accipiat rem æquiualentem, pragmatica ſanctione interueniente. & hoc, ſi princeps eget tali permutatione. Eſt autem pragmatica ſanctio, quod princeps de conſilio procerum ſtatuit & ſancit. *l. vlt. C. de diuerſ. reſcrip. gloſſ. in cap. dicite 25. quæſt. 2. gloſſ. in d. l. vlt.* Imò ſi expediat eccleſiæ, poteſt cum priuato fieri permutatio. *Hoſt. in ſum. h. t. n. 4.* quę tamẽ ſi inconſultò facta ſit, à ſucceſſore reuocari poteſt. *c. 2. h. t. c. 2. de precar. c. 2. de dolo.*

DE FEVDIS. TIT. XX.

1 *Feudum ob culpam Prælati non aliter amittitur, quàm ad vitam.*

DE materia feudi in ſummaria explicatione lib. feud. diximus. Sed vnum ſingulariter in feudo eccleſiaſtico, id eſt, eccleſiæ vel monaſterio conceſſo, receptũ eſt, quod ob culpã prælati non aliter amittatur, q̃ ad

vitam

vitam prælati delinquentis: †quippe ſucceſſori eius reſtituendum eſt: *c.1.*
1 *§ fin. de cap. corradi. Ratio eſt, in c. delictum de reg. iur. in 6.*

DE PIGNORIBVS. TIT. XXI.

HAEC Conuentio in pignore non admittitur: vt fructus pignoris tādiu cedant lucro creditoris, donec ſors, id eſt, debitum exolutum fuerit; quod pactum à Marciano iuriſconſulto ἀντίχρησις dicitur *in l. ſi quis 11. §. 1. ff. h. t. vbi latius diximus. adeoque vſurarium eſt c. 4. c. cum contra. ext. h. t.*

DE FIDEIVSSORIBVS.

TIT. XXII.

1 *Caſus quibus fideiuſſor contra debitorem agit, antequam ſoluit, &c.*

CLericus non poteſt eſſe fideiuſſor c. 1. h. t. vnde ſi obligatus præſtare fideiuſſorem præſtet clericum, poteſt recuſari. *Panor. in d. c. 1.* poteſt tamē clericus conſtituere fideiuſſorem, & tenentur illum ſeruare indemnem per aſsignationem redituum ſuorum, *c. 2. h. t.* In c. fin. h. t. notantur tres ca-
1 ſus in quibus†fideiuſſor contra debitorem agit, antequam ſoluat, vt à fideiuſſione liberetur. puta ſi debitor diu ſolutionem debiti protraxerit, ſi bona dilapidauerit, & ſi fideiuſſor ſententia iudicis ſoluere condemnatus ſit. *d. c. fin. l. ſi pro ea C. mand. vide Gail. lib. 2. obſ. 29.*

DE SOLVTIONIBVS.

TIT. XXIII.

1 *Benefic. c. Odoardus.*

DE hac materia in ff. & cod. diximus. Saltem hoc vnum ex c. pen. h. tit. notandum quod clericus non teneatur bonis cedere, nec poſsit pro
1 ære alieno in carcerem mitti†*d. c. pen. Odoardus. Panor. ibidem n. 3. & 8.* Cuius rei ratio eſt, quia miles ſecularis non cogitur, nec cōuenitur, niſi in quantum facere poſsit deducto ne egeat *l. miles de re ind.* vnde illud idem multo magis dicendum eſt in milite Dei *gloſſ. in d. l. miles.* Præſtabit tamen cautionem ſaltem iuratoriam de ſoluendo, cùm venerit ad pinguiorem fortunam *d. c. pen.* De *hoc beneficio Odoardus. vide latius Couar. var. reſ. lib. 2. c. 1. n. 9.*

DE DONAT. TIT. XXIV.

ET hanc materiam pro inſtituto noſtro ſatis in ſuo loco attigimus.

DE PECVLIO CLERICORVM.

TIT. XXV.

1 *Triplex peculium clericorum.*

PEculium erat priſcis temporibus particula quædam gregis, vnde etiam nomen inuenit, quod patres ſuis filijs, domini ſuis ſeruis induſtriæ ſuæ exercendæ cauſa concedebant: nunc verò ſumma quædam eſt pecuniæ eadem de cauſa conceſſa, & à paternis dominiciſque rationibus ſe-
1 iuncta. *l. §. depoſiti cum ſeqq. ff. h. t.* peculium aliud eſt profectitium, aliud aduenticium, aliud caſtrenſe, aliud quaſi caſtrenſe. Sed hic de caſtrenſi peculio militum Dei, puta clericorum agitur, quorum triplex peculium conſtitui ſolet. Aut enim conſtat ex proprijs bonis ipſius Clerici†; aut ex bo-

nis Eccleſiæ, aut ex bonis perſpectu eccleſiæ acquiſitis. *tot. tit. ext. de peculio Cleric. c. 1. c. 2. 12. q. 3.* Propria bona ſunt, quæ ex ſucceſsione hæreditaria, legato, fideicommiſſo, donatione aliove titulo Clerico obuenerunt, dummodo non occaſione Eccleſiæ & hæc cùm nihil à bonis priuatorum ſiue ſecularium diſtent; permiſſum eſt Clerico, quo velit modo de ijs diſponere ſiue inter viuos, ſiue in vltima voluntate *d. c. 1. verſ. ſi autem cum ſeq. c. quia 9. c. relatum 12. in ultimo c. requiſiſti. 15. ext. de teſtamen. c. 1. & ibi gloſſ. ext. de ſucceſſ. ab inteſt. c. epiſcopi. cum 2. cc. ſeqq. 12. q. 1. c. fixum eod. q. 5.*

Bona eccleſiæ dicuntur, quæ eccleſiæ, eiuſque miniſtris exhibendis conſecrata, vel deſtinata ſunt, veluti ſunt domus, agri, vineæ, ſyluæ, calices, aliave, quæ vel ex donatione, emptione, vel ex alio contractu, vel ex alicuius hæreditate, legato, ſiue fideicommiſſo ad eccleſiam peruenerunt. *c. nulli cum cc. ſeqq 12. qu 2.* Quæ cùm ipſius eccleſiæ dominio contineantur, nihil in his miniſtri eccleſiæ, ſibi iuris vendicare poſſunt præter adminiſtrationem. *c. 2. ext. de donatio. c. ſi. 12. q. 1. c. Epiſcopi. c. manifeſta d. q. 1.*

Bona verò ex rebus, ſiue proſpectu eccleſiæ adquiſita à Clerico; vt ſunt fructus, alijque reditus & obuentiones eccleſiaſticæ: hæc licet Clerico cedant (*an etiam quoad dominium? vide Martin. Nauar. & Franciſ. Sacramentum de reditibus Eccleſ.* Non tamen in alium, quam neceſſarium & pium vſum à Clerico conuerti debent *c. ex his cum c. ſequ. c. ſi. 12. qu. 1. c. cum ſecundum 16. ext. de præbend.* Nam huc ſpectat illa Hieronymi vox apud Gratianum *in ſumma* 44. Tibi Sacerdos de altario viuere, non luxuriari permittitur. Et quod à Concilio Tridentino disertè edictum eſt: Omnino interdicit, inquit, Concilium de epiſcopis, alijſque Clericis etiam Cardinalibus, ne ex reditibus eccleſiæ conſanguineos, familiareſve ſuos augere ſtudeant, cùm & Apoſtolorum canones prohibeant, ne Eccleſiaſticas res, quæ Dei ſunt, cōſanguineis donent; ſed ſi pauperes ſint; ijs vt pauperibus diſtribuant; eas autem non diſtrahant, nec diſsipent illorum cauſa. *in cap 1. §. omnino. Seſſ. 25. de reformatione.* Vnde & Concilium Remenſe de his, quæ ex Eccleſiæ reditibus, & oblationibus comparata ſunt, ita pronunciat: Inquirendum eſt: ſi quis Presbyterorum de Reditibus eccleſiæ vel oblationibus vel votis fideliū, alieno nomine res comparauit; quia ſicut nec ſuo, ita nec alieno nomine Presbyter fraudē facere de facultatib. Eccleſiaſticis debet. Quoniā hoc ſacrilegiū eſt, & par crimini Iudę furis, qui ſacras oblationes apportabat & furabatur. *qui text. Conc. Rem. relatus eſt inter decretales & extat in c. pen. ex. de pec. cler.*

DE TESTAMENTIS ET VLTIMIS VOLVNTATIBVS.

TIT. XXVI.

1 *An c. cùm eſſent 10. & 11. in terris imperij locum habeant.*

2 *Clerici quomodo & quando teſtari poſsint.*

3 *An filius rogatus duas quartas detrahere poßit.*

ILlud ſingulariter receptum eſt apud ſacros canones; vt teſtamentum coram proprio presbytero, & tribus vel alijs duabus perſonis idoneis

hæredi inſtituto alius hæres ſubſtitui à teſtatore, idque vel verbis directis, vel obliquis, ſiue per fideicommiſſum, *cap.1.de teſtament.in 6 & l.Scæuola 74. ff. ad Senatuſconſ. Trebellian.* Directis verbis Titius hæres eſto, ſi Titius hæres non erit, Caius hæres eſto. Quod exemplum eſt vulgaris ſubſtitutionis. Vel filius meus hæres eſto, & ſi hæres erit, & ante pubertatem deceſſerit; Sempronius hæres eſto. Et hoc exemplum eſt pupillaris ſubſtitutionis. de quibus & ſimilibus titulis. *ff.de vulg.& pupill.ſubſtitut.Cod.tit.de impuber.& alien.ſubſtitut.* Vulgaris ideo dicta eſt, quod vulgò à quolibet & cuilibet fieri poſſit. Pupillaris, non niſi à patre filio ſuo impuberi, qui poſt mortem ipſius pupillus futurus eſt. *leg. pupillus 239. ff. de verbor. ſignificat.* Illa ideo inuenta eſt, ne facta caduca inſtitutione teſtator contra voluntatem ſuam inteſtatus decedat. Nam deficiente inſtitutione locum habet ſubſtitutio, & totam teſtamenti cauſam ſuſtinet. Pupillaris verò, ne pupillus, cùm teſtamentum ſibi facere non poſſit, abſque hærede diſcedat, *leg.1.& l.2.ff.de vulgar.& pupillar.& Inſtitution. eodem titul.* Obliquis verò verbis ſiue per fideicommiſſum, cùm hæres de hæreditate vel tota, vel eius parte reſtituenda alteri, rogatur, vel fidei ipſius committitur à teſtatore: Qua tamen ſpecie, ſi hæres ex iudicio defuncti, quartam partem hæreditatis non habet; eam detrahit ex Senatuſconſulto Trebelliano, *titul. inſtitution. de fideicommiſſ. hæredit. & titul. ff. & Cod. ad Senatuſconſult. Trebellian. capit. Raynutius, extrauag. de teſtament.* An autem filius rogatus † duas quartas detrahere poſſit: Et quidem de iure canonico indiſtinctè detrahere poteſt. *c. Raynutius, hoc titul.* Sed an de iure ciuili: & *Bart.ad leg.ſi quanquam, Codic.ad legem Falcidiam*, diſtinguit vtrum quis purè, vel ſub conditione ſit rogatus. priore caſu negat, poſteriore verò affirmat. *vide Gail lib.2.obſ.80.*

DE SVCCESSIONIBVS AB INTESTATO VENIENTIBVS. TIT. XXVII.

1 *Quomodo clerico inteſtato ſuccedatur.*

DE materia & ordine ſucceſsionum ab inteſtato venientium, in Nouell. 118. diximus. Hic tantum de ſucceſsione Clericorum dicemus.

Et quidem Clerico † inteſtato ſucedunt liberi, ſi quos ex legitimo matrimonio antè procrearit; deinde conſanguinei. & his deficientibus Eccleſia ſiue altare, cui inſeruiuit. *c.final.12.queſt.5.c.1.& ibi Dd.extrauag.de ſucceſſ. ab inteſt.§.ſi quis autem Epiſcop.Nouell.de eccleſ.titulis facit.cap ſint manifeſta 12. quæſt.1.* 1
Idque in bonis proprijs ipſius Clerici. Quæ enim proſpectu Eccleſiæ ad eum peruenerunt, non hæredibus eius differuntur, ſed Collegio

Clericorum, aut ſi ſeparatim extra collegium bona illa poſſidebat (vti Epiſcopus, Parochus & ſimiles) eius ſucceſſores *c. relatum 12. ext. de teſtament. c. fin. de off. ordinat. in 6. cap. ſtatutum 7. de elect. in Clement. & cap. 2. eod. in extrauag. Ioannis XXII.* Hinc illa Bonifacij VIII. conſtitutio in capitula, alioſque qui defuncti Prælati bona occupant. Quia, inquit, ſæpe contingit, quod Cathedralibus & regularibus ac collegiatis Eccleſijs vacantibus, capitula; conuentus, collegia, & ſingulares earundem perſonæ, bona à Prælatis ipſarum dimiſſa, vel vacationis tempore obuenientia, quę in vtilitatem dictarum eccleſiarum expendi, vel futuris deberent ſucceſſoribus fideliter reſeruari: occupant, inter ſe diuidunt, ſubripiunt, dilapidant, diſſipant, & conſumunt, in earum graue diſpendium & iacturam. Nos ipſorum auſus reprimere ac Eccleſiarũ indemnitatibus præcauere volẽtes: Decernimus, vt hi qui præmiſſa de cætero præmiſerint, eo ipſo ſint, & tãdiu maneãt ob officio & beneficijs quibuſcũq; ſuſpẽſi, donec plenè reſtituerint, quidquid de bonis perceperint ſupradictis. Nõ obſtãtibus quibuſcunq; priuilegijs vel indulgẽtijs, aut cõtrarijs conſuetudinibus, conſtitutionibus, vel ſtatutis, iuramento, confirmatione Sedis Apoſtolicę, aut alia quacunque firmitate vallatis, quæ omnia, quoad hoc, autoritate Apoſtolica reuocamus, caſſamus & irritamus, ac nullius deinceps volumus eſſe firmitatis. *text. in c. quia ſepe 40. de elect. lib. 6.*

DE SEPVLTVRIS. TIT. XXVIII.

1 *Sepultura quid.*
2 *In quo loco defunctus ſepeliendus.*
3 *Quando canonica portio, & cui debeatur.*
4 *Canonica Epiſcopalis quid.*

1 SEpultura eſt † locus cõcauus, in quo in eccleſiaſtico cœmeterio corpus Catholici requieſcit. *Ioh. And. Panor. & Hoſt. in rubr. h. t. c. pen. h. t.* Dixi in eccleſiaſtico cœmeterio, quod ibi corpora defunctorum requieſcant. *c. aurum 12. quæſt. 2.* Nam ratione conſecrationis loci non poſſunt ita corpora vexari à ſpiritibus immundis, quemadmodum in alijs locis. hæc enim fuit ratio principalis, quare factum fuit, vt Catholici ſepeliantur in cœmeterijs eccleſiarum *c. cùm grauis 13. quæſt. 2.* Dixi Catholici *c. in ſacris, h. t.* Nam is qui non eſt Catholicus non debet ſepeliri in eccleſiaſtico cœmeterio, & ſi de facto fuit ſepultus, debet exhumari, *d. c. in ſacris* vt inf. dicemus. quibus .n. nõ cõmunicamus viuis nec mortuis cõmunicare debemus. *c. in ſacris eod.*

2 In quo loco defunctus ſepeliendus ſit † in hoc tit. traditur. Regulariter enim in parochiali Eccleſia, aut ibi quis ſepeliendus erit: vbi maiorũ ſuorũ ſepulchra cõſtituta reperiũtur: nulli tamẽ propterea propriam, ſi contemptus abſit, negatur eligere ſepulturam, quod vſque adeo obtinet, vt antiqua dimiſſa, nouam poſſit quis, etiam in loco minus religioſo, ſibi deligere, nec propterea poterit hodiè electio talis impugnari, licet antiqua iura ſuper hoc diuerſa eſſe videantur. Nec vlla ſuper hoc inter virum & mulierem facienda eſt diſtinctio, quaſi vxor capitis ſui ſequi iudicium,

cium, & ſepulturam ſit compellenda: ſed vtrique æqualis erit eligendi facultas, cum huiuſmodi electio ad eum ſtatum pertineat, quo mulier à lege viri ſoluitur. Si tamen ipſa ſibi ſepulturam nõ eligat, & plures fortè viros habuerit, cum viro vltimo, cuius domicilium retinet, tumulanda erit. De filiofamilias, an ſibi ſepulturã eligere valeat, dubitari poterit, & multum intereſt, an eius ætas intra pubertatis annos contineatur, an verò pubertatem exceſſerit. Primò enim caſu ſepulturam eligere non poterit, permittendum tamen erit patri, ſi id loci conſuetudo patiatur, vbicumque voluerit, eum ſepelire. Quod ſi conſuetudo id non habeat, cũ ſuis maioribus, vel in parochiali Eccleſia tumulandus erit. Secundo vero caſu, cum pubertatem attigit, liberè abſque patris aſſenſu ſepulturam eligere poterit, quanquam pro anima ſua, præter patris aſſenſum aliquis iudicare non poſsit, niſi caſtrenſe, vel quaſi caſtrenſe peculinm habuerit. Impuberi ſimiles religioſi habentur: hi enim cum propriæ voluntatis libertatem non habeant, eligere ſibi ſepulturam nequeunt, ſed apud propria monaſteria tumulandi ſunt, niſi adeò fortè ſint remoti, quod ad ea cũ moriuntur, commodè exportari nequeant. Aliàs autem ſepulturæ vſque adeò libera eſſe debet electio, vt Bonifaciana conſtitutione cautum ſit, ne qui ad vouendum, iurandum, vel fide interpoſita, vel aliàs promittendũ, aliquos inducant, vt apud eorum eccleſias ſepulturam eligant, vel iam electam, vlterius non immutent, & ſecus factum omninò infringit. Illud etiam atq; etiam admonendi ſumus, ſacris canonibus penitus interdici, ne quis terram pro ſepulchro vendere, aut pro hominibus ſepeliendis, quoquo modo munera exigere audeat, *c. abolendæ vbi gloſſ. & dd. h. t.* niſi fortè ſepeliendus, eccleſiæ, in cuius atrio ſepelitur, aliquid viuẽs tradi iuſſerit, *d. c. abolendæ*: aut poſt mortem ipſius parentes, proximi, vel hæres pro luminaribus, vel eleemoſyna aliquid vltrò dare voluerint, quo caſu, ſpõte ablatum licitè recipi poterit: peti verò vel aliquid exigi eſt omninò vetitum, ne aut venalis dicatur Eccleſia, aut clerici hominum interitu gaudere videantur, ſi ex illorum cadaueribus, ſtudeant habere cõpendiũ: *c. quæſta 13. quæſt. 2.* nec obtentu cuiuſquam conſuetudinis, niſi pia & laudabilis fuerit, reatum ſuum quis excuſare poterit. Sed etſi nihil quidem teſtamento quis reliquerit, ſed in ægritudine conſtitutus, cum bonis ſuis ad loca religioſa ſe contulerit, eccleſiæ parochiali, canonica portio debetur: ſi modo ille de eadem ægritudine deceſſerit. Quod ſi ſanus ad ea loca ſe tranſtulerit, de his, quæ locis contulit, cogi non poterit, aliquid eccleſiæ, à qua diſceſſit, impartiri: quia liberum eſt eis tunc bona ſua non ſolum religioſis: ſed etiam quibuslibet priuatis conferre. Si tamen eccleſiæ, cuius ſepulturam quis elegit, quid legatum fuit, parochiali eccleſiæ, exceptis legatis pro ornamentis, pro fabrica, pro luminaribus &c. *c. fin. ext. de teſtam.* Canonica † portio debetur, quam detrahit ex relicto, inſtar falcidiæ: quæ quandoque quarta eſt, quandoque tertia, quandoque media, pro loci conſuetu- 3

Digitized by Google

4 dine *c. cum ſuper 8. c. 1. 9. h. tit.* eſt & canonica portio Epiſcopalis †, quæ de relictis alicui eccleſiæ pro anima ab Epiſcopo deducitur. Nã veluti parochialis eccleſia pro labore & cura, quam geſsit animarum; certam portionem detrahit de relictis alteri eccleſiæ, in qua quis ſepulturam elegerit: ſic etiam licebit Epiſcopo, niſi ſibi quadragenaria obſtet exceptio, *c. de quarta* de præſcription. curæ paſtoralis intuitu, quam diœceſi ſuperintendens ſuſcipit de relictis, & pro anima, cuiuslibet eccleſiæ oblatis canonicam ſumere portionem, etiam ſi teſtator expreſſerit, quod non Epiſcopo velit eſſe relictum: ſed tantum eccleſiæ, cum priuata diſpoſitio teſtatoris generalem canonis conſtitutionem immutare nequeat. *Lancel. in inſtit. iur. canon. de can. port.*

DE PAROECIIS ET ALIENIS PAROCHIANIS.

TIT. XXIX.

PORrectio iuxta Ioan. Andr. eſt locus in quo degit populus alicui eccleſiæ deputatus certis limitibus cõſtitutus, & dicitur parochia quaſi partitio curæ. Conſiſtit autem ius parochiale in multis, & primò vt Parochiani ſingulis diebus dominicis & feſtiuis audiant ſacrum in ſua parochia. *c. 2. hoc tit.* ſecundò vt ſacramenta percipiant in parochiali ſua eccleſia, & ad minimum circa feſtum Paſchatis *c. omnis de pœnit. & remiſ. clem. dudum §. verum de ſepultur.*

DE DECIMIS, PRIMITIIS, ET OBLATIONIBVS.

TIT. XXX.

1 *Decimæ definitio.*
2 *Decimæ quo iure hodiè introductæ.*
3 *Diuiſio.*
4 *Cui debeantur prædiales & mixtæ, & perſonales.*
5 *Quæſtio an laicis ius decimandi competat.*
6 *Debitores decimarum qui ſint.*
7 *Immunitas à decimarum præſtatione.*
8 *Oblationes quæ.*

COnſiſtit quoque ius parochiale in præſtatione, decimarũ & oblatio-
1 num. Qui enim ſpiritualia ſeminat, iuſtum eſt, vt & carnalia metat, *Paulus ad Cor. 9. & ad Ro. 15.* Decimæ, † quo ad præſens argumentum, ſunt pars decima eorum, quæ quis licitè quauis ex cauſa acquiſiuit, miniſtris eccleſiæ exoluenda. *c. ex tranſmiſſa 23. c. tua nobis ext. hoc tit.* Dixi licitè, nam de ijs quæ licitè puta furto, rapina, vſuris &c. acquiruntur non exiguntur decimæ. *c. 5. ext. de vſur. de ex tranſmiſſa.* Vnde quæritur an meretrix, hiſtrio, ac quorum ars iure damnata *l. 1. 2. ff. de his qui not. inf.* ad decimas ſui quæſtus obligentur? Et hoc communiter aſſeritur, idque propter receptorum dominium, licet enim meretrix & hiſtrio turpiter quærant, tamen licitè retinent, *l. 4. §. 1. ff. de cond. ob turp. cauſ. Panor. in d. c. ex nanumiſſa n. 3. in fin. Innoc. ibidem.* Cæterũ quo iu

re de-

re decimæ introductę ſint,non apud Canoniſtas conuenit.Quod in veteri teſtamento ab ipſo Deo inſtitutæ ſint,non controuertitur.*Num.18.Leuit.vlt. Malach.3.*Sed an hodiè poſt legem à Chriſto latam†? quod pleriq; probant, *per text.in c.14.c.cum non ſit 33. & 26. hoc tit.Bell.verò de cleric.lib.1.c.25. & dd. per c. vnic.ext.de purg. can.*decimas tantum hodiè ex præſcripto 55. Canonum pē di,firmiter tenent, & ad capitula iam allegata reſpondent,quod ea intelligenda ſint, vt qua ex parte decimæ clericorum ſuſtentationi & exhibitioni deſeruiunt,ſint iuris naturalis & diuini. 2

Decimæ † aut ſunt perſonales,aut prædiales,aut mixtæ. Perſonales ex lucro negotiationis,prædiales ex fructibus prędiorum ſoluuntur, mixtæ ex fœtu pecorum & auium in prædijs colliguntur: hæc enim animalia præter paſtum,deſiderant & operam & cuſtodiam hominum. Eſt autem notandum in prædialibus decimis ſingulariter, receptum eſſe, vt ante cenſuum & tributorum exactionem pendi debeant *c.tua nobis.c. cum nō ſit 33. h.t.*Item in his expenſæ ſeminis & culturæ non deducuntur, quæ omnia perſonalibus detrahuntur,*c.patronalis 5.8.h.t.* 3

Debentur autem decimæ†prædiales & mixtæ parocho,cuius parochię finibus continentur, niſi aliter conſuetudine receptum: *c. quoniam 13. c. 18. cap. 2. hoc tit.* perſonales verò parocho eccleſiæ, vbi ſacramenta percipiunt. 4

An autem laicis † ius decimandi competat. Et conſtat non competere, excepta ſola 6. pontificis poteſtate,*c.fin.ext.de rer. perm.* ideoque laici ſi hoc ius ſibi vſurpent.crimen ſacrilegij committunt. *c prohibemus 19. hoc tit.* Sed eccleſiæ permiſſu rectè laici decimas poſſident,quas ante conſilium Lateranenſe ſub Alex. 3. celebratum,in feudum receperunt.*c.cum 7.ext.de his qui fiunt per prælat.*Controuerſia tamen eſt an idem ſit in illis,quas poſt conciliū in feudum receperunt? negat Hoſt. negat Panor.*ad c.cum apoſtolicæ nu.12.h.tit.* Alij verò concedunt, ſi immemoriali præſcriptione muniti fuerint. *c.1.de præſcrip.in 6.Fel.ad c.cauſam,n.3.de præſcriptio.* Sed quicquid ſit, nil prohibet fructus decimarum laicis elocari. *c 2. ext.de* locat. modò triennium locatio non excedat.*c.vnic.de reb.ecc.non alien.Panor.ad c.2.n.4. de loc.* Imò hodiè plures decimarum poſſeſſores laici reperiuntur,quàm clerici,&c. 5

Quod ad debitores † decimarum attinet,regula eſt,quemlibet ad decimarum functionem teneri.*c.à nobis 24.ext.hoc tit.* ſiue ſit laicus, ſiue eccleſiaſticus. *c.ſi quis laicus 1.quæſt.3.* Sed hoc differentiæ eſt inter laicos, clericos & monachos. Nam laici indiſtinctè tenentur ſoluere decimas perſonales: Clerici verò à perſonalibus decimis immunes ſunt, niſi inſtar laicorum ab alijs clericis ſacramenta eccleſiaſtica percipiant.*c.2.in fin.ca.20.h.t.* Quod ad Monachos attinet, etſi eodem iure non ſemper vſi ſint, *c. alia 16. quæſt. 1. vide Rebuff. de dec. quæſt. 14. num. 37.* Adrianus tamen Pontifex ijs qui ſunt ordinis Ciſtercienſium, Templariorum, & Hoſpitaliorum decimas ſuorum laborum remiſit *c. ex parte decem hoc tit.* cæteris 6

verò noualium, quæ proprijs manibus aut ſumptibus excolunt, item animalium, hortorumque immunitatem conceſsit. *d.c.ex parte verſ.cæteris verò.* In clericis quoque obtinuit, vt ex decimis à ſe perceptis canonicam portionem inferre cogantur Epiſcopo, quæ eſt quarta pars decimarum perceptarum *c.conquerentem 16.ext.de off.iud.ordin.c.quoniam 13.h.t.* verum huic Canonicæ portioni quadraginta annorum ſpatio à Clericis præſcribitur contra Epiſcopum, *c.4.ext.de præſcript.*

7 Cæterum immunitas † à decimarum præſtatione, ex quatuor capitibus contingere poteſt; aut priuilegio S.Pontificis, aut conſuetudine ſiue præſcriptione, aut tranſactione, aut remiſsione eius cui debentur decimæ. *c.3. c.9.c.3.4.h.t.c.ſi de terra 6.& 15.de priuileg.c.fin.ext.de rer. perm.de his omnibus vide Caniſ.in inſt.ad h.tit.*

Quæritur, an pauper immunis ſit à ſolutione decimarum? quod cõmuniter negatur ex hoc fundamento, quia debitor ob inopiam ſuam à creditore non excuſetur, niſi ceſsione bonorum facta *l.1.C.qui bon.ced.poſſ. Panor. in c.cum 7.n.5.ext.h.t.* iuſtè tamen eccleſia facit, ſi illi remiſerit, quantum ſufficit ad ſubleuandam inopiam. *text.in c.non ſatis 86.diſt.*

8 Oblationes vſuales, † quas faciunt fideles ad altare vel manum ſacerdotis, vel ad Effigiem alicuius ſancti, presbytero Parochiali ſolui debent, qui pro populo orare debet. *vide hoſt.in ſum.de paroch.n.3.* An autem parochiani teneantur, ad oblationes, hoc regulariter negat *Panor.in rub.d.tit. Matth.5.*

DE REGVLARIBVS.

TIT. XXXI.

1 *Regulares & religioſi qui dicantur.*

De regularibus & monachis. Cum copula ponatur inter diuerſa, du-
1 bitari poteſt, † qui ſint regulares, & qui monachi. Et quidẽ regulares dicuntur omnes, qui regulam, & tria ſubſtãtialia vota cuiuslibet religionis approbatæ profitentur, videlicet paupertatem, caſtitatem, & obedientiam: *vt in c.cum ad monaſterium.de ſtat.reg.* & in hoc monachi cum regularibus conueniunt. Vnde hoc reſpectu aliquando monachorum appellatione omnes regulares continentur. Abb. *in cap.2.in prin.de poſtu. per illum. text. ibi. & per text.in cap.1.& cap.monachi. 16.quæſt.1.* Sed diſsident in eo, quod quoad cetera votis exceptis, regulares ſunt cuiuſdam laxioris regulæ, vt habetur in *cap.quo Dei timorem.de ſtat.monac.eod.* poſſunt enim parochiali eccleſiæ præfici monachi, non item. *c.5. & 2.ext.de ſtat.monach.* iuxta tamen temperamentum *Conc.Trid.ſeſſ.19.c.11.de reform* Alij verò licet aliqua promittant, nõ dicũtur proprie monachi, vel regulares, vel regulam habere: ſed potius certũ viuendi modum, licet modus ille ſit ab Apoſtolica ſede comprobatus, & de hoc not.in *cle.1.de relig.do. & in cle.cum ex eod. de ſententia excommunicationis & per abb.in rubri.eod.* vbi infert, an, & quando diſpoſitiò loquens de regularibus comprehendat fratres de tertio Ordine, Ieſuitas, & mulieres mantellatas, & ſimiles. Regulares dicuntur, eò quod certæ viuendi regulæ, ſingu-

lariter, id eſt, præter communem aliorum chriſtianorum morem aſcri ptæ ſint: Sunt autem Monachi, Moniales, Canonici regulares, Milites, Hoſpitalarij & Teutonici, Religioſi Societatis Ieſu, alijq; his ſimiles, qui ſub certa & probata à Sede Apoſtolica regula ad tria vota, paupertatis ſcilicet, caſtitatis, & obedientiæ ſe obſtrinxerunt. *c. ſi. ext. de religioſ. domib. iuncto c. vnic. eod. tit. in 6. c. cum ad monaſterium. 6. ext. de ſtatu monach.* Ac in primis Monachi & Moniales à ſolitudine Clauſtri, cui ſe addixerunt, nomen ſortiti ſunt. *c. 1. c. 8. placuit. 16. q. 1.* Monachus enim Græcè, Latinè ſingularis dicitur *d. c. 1.* nō quod ſeparatim extra aliorum fratrum conſortium viuat (id enim Monacho à SS. canonibus interdictum eſt) *c. 2. ext. de ſtatu monach. c. penul. & vlt. ext. de capell. monach. c. 1. §. ad hæc, de ſtatu monach. in Clement.* Sed quod ſemotus à vita & moribus ſecularium, ſoli Deo quaſi mundo mortuus vacare debeat. *c. qui verè iuncto d. c. placuit 16. q. 1.* Fiunt autem monachi; aut parentum oblatione, aut propria poſſeſsione. *c. monachum. 20. q. 1. c. cum virum. 12. ext. de regularib.* oblatione parentum, puta ſi pater vel mater filium filiamuè impuberem, intra ſepta Monaſterij in diſciplinam regularem tradat. *c. 2. d. q. 1.* Quo tamen caſu filius vel filia adultior facta, id eſt, pubertatis annos ingreſſa, diſſentire poterit, & ad ſecularem vitam redire. *c. illud iuncto c. 1. 20. q. ic. ſignificatum 15. c. cum ſimus. 14. & vtrobique Panor. ext. de regu.* Neque enim religionis monaſticæ profeſsio antè pubertatem emiſſa obligat, propter defectum iudicij, *c. 1. de regularib. lib. 6.* Propria profeſsione quis Monachus efficitur, vel expreſsè: ſi pubes Religioni nominatim ſe deuoueat in manus Abbatis vel alterius Superioris: aut factam antea profeſsionem, expreſsè ratam habeat, etiam habitū monaſticum non aſſumendo. Non enim Monachum facit habitus, ſed profeſsio. *c. porrectum. 13. iuncto. c. ad Apoſtolicam. 16. & c. ex parte 22. ext. de regularib. c. 1. eod. in 6.* Neq; impedit, quod profeſsionem præcedere debeat annus probationis. *d. c. ad Apoſtolicam Adde c. Conſaldus 17. q. 1. & ibi ibid. in gloſſ.* Quibus interdum annus, interdum biennium, interdum triennium datur ad probandum: & idcirco arbitrariū eſt. *Panor. adde ad Apoſtolicam.* Quia id obtinet, vbi nondum profeſsio emiſſa eſt, at ea emiſſa; nulla alia probatione opus eſt: cum multa fieri prohibentur, quæ tamen facta valent, *c. ad noſtram. 4. c. ad Apoſtolicam is c. ſtatuimus. 23. de regularibus.* Planè in Ordinibus mendicantium, videlicet, Minorum Dominicanorum, & ſimilium, ſingulariter conſtitutum eſt, ne quis abſque probationis anno, ad profeſsionem Ordinis admittatur? Quod ſi ſecus factum fuerit, non tantum admiſſus eorum Ordini non alligatur, verum etiam ipſi receptores ſuſpenſione ab aliorum receptione, aliaque grauiori Ordinis ſui pœna coercentur *vti latius videre eſt, in c. 2. & c. 3. de regularibus lib. 6.* Tacita profeſsio inducitur, quando quis non verbis, ſed alio iudicio mentem ſuam explicat Religionis à ſe tacitè ſuſceptæ, veluti ſi maior quatuordecim annis Religionis habitum per annum geſtet, vbi is Nouitijs & profeſsis communis & indiſtinctus eſt, At vbi diſtinctus eſt, ſufficit Profeſſorum habitum triduo geſtaſſe *c. 1. c. 3.*

vbi latius de regularibus.*lib.6.c.2.eod.in Clement.c.adaſtram 8.ext.eodem tit.* Verum hodiè ex præſcripto Concilij Tridentini hoc iure vtimur, quod profeſsio cuiuslibet Religionis fieri non poſsit ante expletum decimum ſextum annum, & probationem annuam, nullamq; ante factam obligationẽ induci. Verba Concilij hæc ſunt. In quacunque Religione tam virorum, quam mulierum profeſsio non fiat ante decimumſextum annum expletum, nec qui minore tempore, quam per annum poſt ſuſceptum habitum in probatione ſteterit, ad profeſsionem admittatur. Profeſsio autem anteà facta, ſit nulla: nullamque inducat obligationem ad alicuius regulæ vel Religionis vel Ordinis obſeruationem, aut ad alios quoſcunque effectus.*textus eſt in c.15.ſeſſ.25.de regularibus.* Nulla quoque renunciatio aut obligatio antea facta, etiam cum iuramento, vel in fauorem cuiuſcunque cauſæ piæ, valeat, niſi cum licentia Epiſcopi ſiue eius Vicarij fiat intra duos menſes proximos ante profeſsionem, ac non aliàs intelligatur effectum ſuum ſortiri, niſi ſecuta profeſsione: aliter verò facta, etiamſi cum huius fauoris expreſſa renunciatione diem iurata ſit, ſit irrita & nullius effectus.*text.eſt in cap.16.eiuſd.ſeſſ.25. de Regu.* Sed & cautum eſt in conciſtio Lugdunenſi generali: ne quis nouum Ordinem aut Religionẽ inueniat, vel habitum nouæ Religionis aſſumat, ſed quicunque ad Religionem conuerti voluerit, vnam de approbatis aſſumat. Similiter qui voluerit religioſam domum de nouo fundare, Regulam & inſtitutionem accipiat de approbatis.*text.eſt in c.fi.ext.de religioſ.domib.iuncto c.vnic.eod.tit. in 6.*

Quin etiam eſt in eodem Lugdunenſi Concilio: ne quis in diuerſis monaſterijs locum Monachi habere præſumat: nec vnus Abbas pluribus Monaſterijs præſideat.*d.c.fi. in fi.* Idem in Præfectu monialium ſtatutum eſt à *conc.Trid.ſeſſ.25.cap.7.* Adhæc interdictum eſt Monacho, priuata authoritate commigrare ab vno Monaſterio ad aliud, aut aliquid proprij ſibi vſurpare.*c.Ioannes 5.ext.de regular.c.cum ad monaſterium 6. ext. de ſtatu monach. c. non dicatis 12.q.1.Conc. Trid.ſeſſ.25.cap.2.& c.19.in fi.de regularib. & ſeſſ.14.cap.11.de refor.* Cum vtrumque profeſsioni ſuæ aduerſetur *d.c.cum ad monaſt.* Licet alioqui ipſi permiſſum ſit ad arctiorem Religionem tranſire, petita tamen à Prælato ſuo licentia, quamuis non obtenta,*c.licet. 18.ext. de reg.* Exceptis religioſis Ordinum mendicantium, quibus omnis ad alium Ordinem (præterquam Carthuſienſium) tranſitus interclusus eſt, abſque ſpeciali gratia Sedis Apoſtolicæ,*c.1.de regul.in extrauag.commu.* Et quidem proprietatis abdicatio ita religioſo propria eſt, vt ne quidem S. Pontifex huius gratiam facere poſſit.*d.c.cum ad monaſt.* adeoque iubetur Religioſus, qui propriũ poſſediſſe ſub mortem deprahenſus eſt, extra monaſterium, vna cum eo, quod poſſedit, in ſterquilinio humari, exemplo D. Gregorij. *d. c. cum ad monaſt.* Vt hinc prudenter ſtatutum ſit ab Innocentio III. vt ſi quid monacho ſpecialiter deſtinetur ab alio, id non ipſe recipiat, ſed Abbati, vel Priori, vel Cellario Monaſterij conſignetur. *in ſæpe.d.c.cum ad monaſterium, verſ. vnde ſi quicquam.*

Digitized by Google

alicui. Explicatius verò concilium Trid. Nemini (inquit) regularium tam virorum, quam mulierum, liceat bona immobilia, vel mobilia, cuiuſcunque qualitatis fuerint, etiam quouis modo ab eis acquiſita, tanquam propria, aut etiam nomine Conuentus poſsidere vel tenere: ſed ſtatim ea ſuperiori tradantur, Conuentuique incorporentur. Nec deinceps liceat Superioribus bona ſtabilia alicui regulari concedere, etiam ad vſum fructũ vel vſum, adminiſtrationem aut Commendam, Adminiſtratio autem bonorum Monaſteriorum ſeu Conuentuum, ad ſolos officiales eorundem, ad nutum Superiorum amouibiles pertineat, Mobilium vero vſum, ita Superiores permittant, vt eorum ſuppellex ſtatui paupertatis, quam profeſsi ſunt, conueniat, nihilque ſuperflui in ea ſit, nihil etiam, quod ſit neceſſarium, eis denegetur. Quod ſi quis aliter quidquam tenere depræhenſus aut conuictus fuerit, is biennio actiua & paſsiua voce priuatus ſit, atque etiam iuxta ſuæ regulæ & Ordinis conſtitutiones puniatur. textus eſt Concil. *Trident. in cap. 2. ſeſſ. 25. de regularib.*

DE CONVERSIONE CONIVGATORVM

TIT. XXXII.

Coniugati neque clerici, neque regulares aut Monachi eſſe poſſunt, præterquam ſi ab altero coniuge continentiam vouente fuerint abſoluti. *c. fin. de tempor. ord. in 6. c. 1. h. t.* Sed hac in ſpecie diſtinguendum eſt, Aut matrimonium uon eſt conſummatum, aut eſt conſummatum. Primo caſu aut alter coniugum vult intrare religionem profitendo, & poteſt etiam inuita vxore. *c. verũ c. ex publico h. t.* Aut vult ad ſacros ordines promoueri, & communiter tenent Dd. quod non poteſt inuita coniuge. vnde in hoc caſu magis defertur religioni quàm ordini: quia per ingreſſum religionis ſoluitur matrimonium non conſummatum, non autem ſic per ſuſceptionem ordinis. *vide Extrau. Ioh. 22. antiqua.* Si verò matrimonium eſt conſummatum & tunc aut volunt vouere continentiam ſtatu non mutato &, poſſunt. nam huiuſmodi matrimonia dicuntur ſanctiora, cũ melius poſsint vacare orationibus & contemplationibus diuinis, ceſſando à carnali cõiunctione *c. clariſsimus hoc tit. c. quod deo pari 33. quæſt. 5.* Aut alter tantum vult vouere, & is in ſui præiudicium vouere poteſt: non autem in præiudiciũ alterius. vnde reddere debitum tenetur, ſed non exigere poteſt. *c. quidam h. t.* Aut voluit mutare ſtatum, & hoc poteſt contingere varijs modis: vel maritus vult eſſe Epiſcopus, tunc vxor etiamſi non ſuſpecta de incontinentia, debet intrare monaſterium. *c. ſanè h. t.* vel vult ad ordines promoueri, tunc vxor non ſuſpecta de incontinentia, poteſt in ſeculo remanere, dum modò continentiam voueat. *c. coniugatus hoc tit.* Aut vult intrare monaſteriũ ob adulteriũ alterius coniungis, & poteſt altero inuito intrare, quia propter adulterium perditur ius tori *c. agathoſa 27. quæſt. 2. vide Panor. in c. 1. n. 5. cum ſeqq. h. t.*

DE CONVERSIONE INFIDELIVM.

TIT. XXXIII.

SI aliter infidelium coniugum inter quos etiam iuſtum matrimonium conſtat, ſed vt contractus ciuilis:non vt ſacramentum. *c.gaudemus & ibi Dd.*de diuort ad fidem catholicam ſine blaſphemia diuini nominis, vel vt eum pertrahat ad mortale peccatum,ei cohabitare volente: qui relinquitur,ad ſecunda vota trãſire poteſt.*c.quanto d.c.gaudemus ext.de diuort.*&cõmunis proles conuerſo aſsignatur *c.2.hoc tit.*Infidelis autem hic accipitur pro eo,qui nunquã fuit in fide, vt paganus, Iudæus. Alioquin generaliter omnis diſcrepans à fide,infidelis dici poteſt, quia quiquid à fide Catholica diſcrepat,fidei chriſtianæ eſt contrarium.*l.cælicolarum in fin.C.ne Iudæi & cæl.arg.9.diſt.per tot.*

DE VOTO ET VOTI REDEMPTIONE.

TIT. XXXIV.

1 *Votum quid.* 2 *Votum duplex.*

1 VOtum † eſt alicuius rei licitæ faciendæ vel non faciendæ, cum deliberatione animi deo facta pollicitatio. *Hoſt.in ſum.h.tit.nu.1.*Dico rei licitæ,quia ſi mala vel illicita eſſet promiſsio,non eſſet ſeruanda. nam in malis promiſsis reſcinde fidem, in turpi votomuta decretum *c. in malis 22.quæſt.4.*

2 Votum eſt duplex,† abſolutum & conditionatum. Abſolutum,vt voueo ingredi religionem. Conditionatum: vt voueo ſingulis menſibus in anno ieiunare ſi ſanitatem recuperem, ſi hoc vel illud fiat &c.Deinde diuiditur in ſimplex & ſolemne. Simplex votum emiſſum ſiue publicè, ſiue ſecretò ſine ſolemnitate conſueta eccleſiæ.Solemne quod celebratur per profeſsionem religionis approbatæ,aut per ſuſceptionem ſacrorum ordinum, & eſt differentia inter ſolemne & ſimplex, quod illud impedit matrimonium contrahendum, & dirimit etiam contractum: hoc verò ſolum impedit contrahendum.

Secundum fidem catholicam omne votum honeſtum & poſsibile obligat ad ſui obſeruantiam. Pſalmo 75. Vouete & reddite domino deo veſtro. Et quidem à vouente adimpleri debet,ſi ſit perſonale votum puta ieiunare,ſeruare continentiam. Realia tamen vota alius implere poteſt: Imò hæres ſub peccato mortali tenetur ea adimplere. *c.licet.h.t. vide de hac mater.latius Binsfel.in enchir.paſt.C.7.de decem præceptis.*

DE STATV MONACH. ET CANONICOR. ET REGVLARIVM.

TIT. XXXV.

QValiter Monachi,Canonici & regulares viuere debeant, & de officio eorum in hoc titulo tractatur.

DE RELIGIOSIS DOMIBVS. TIT. XXXVI.

Rel.

Digitized by Google

REligioſæ Domus appellantur, monaſteria & hoſpitalia, quæ pietati exercendæ ex profeſſo dedicata ſunt, & plerumque eccleſijs cohærent. *Caniſ. in Inſt. h. t.* Monaſteria ſicut & omnes eccleſiæ, ſubiecta ſunt epiſcopo in cuius diœceſi ſita ſunt, niſi probentur exemptavel priuilegio vel præſcriptione legitima 40. annor. *c. 8. h. t. c. monaſteria 18. quæſt. 21. c. cum olim 18. ext. de præſcript.*

Vt tamen priuilegium exemptiones à iuriſdictione epiſcopi, ad loca exempta reſtringatur, & non vltra producatur. *c. 3. in fi. c. porro. 7. c. petiſtis 20. ext. de priuileg.* ſiquidem priuilegium iuri communi derogans ſtrictè accipiendum eſt. *c. 1. in fin. de fi. ijs presbyt. in 6.* Quo fit, vt ſi exempti in Loco non exempto contrahant, aut delinquat, vel res de qua agitur, extra locum exemptum ſita ſit; ibidem exempti rectè conueniantur, neque reuocandi domum ius habeant. *per text. in c. 1. de priuileg. lib. 6 iuncta ibidem gloſ.* Idem iudicium eſt de Parochijs & Capellis exempto Monaſterio ſubiectis vel vnitis *c. ex ore. 17. ext. de priuileg. c. 2. ext. de religioſ. domi. c. per exemptionem 9. de priuileg. in 6.* Niſi in his legitimè præſcriptum ſit epiſcopalibus iuribus aut priuilegio derogatum. *d. c. auditis. & c. cum olim.* Quibus conſequens eſt, vt & Monachi qui ab exempto Monaſterio ad Prioratus Ordinario ſubiectos tranſmittuntur, ibidem Ordinarij iuriſdictioni ſubſint. *c. 1. §. de priuileg. in 6. adde omnino Concil. Trid. ſeſſ. 7. cap. 14. de refor. & quæ ſup. diximus de regularibus.* Hoſpitalia ab hoſpitibus piè excipiendis & tractandis dicuntur, quæ pro hoſpitum varietate, varia quoque nomina ſortiuntur. alia enim Xenodochia, quibus peregrini. alia Orphanatrophia, quibus orphani; alia Gerontocomia, quibus ſenes: alia Brephotrophia, quibus egentium infantes; alia Noſocomia, quibus ægroti, excipiuntur *c. in qualibet 23. q 8 l. illud 17. l. ſancimus 18. c. de ſacroſ. Eccleſ.* Et hæc ſimiliter Epiſcopo loci ſubiecta ſunt. *l. c. 3. c. 4. ext. de relig. domib.* dummodo eius auctoritate ſint extructa d. c. 4. neque excepta doceantur *c. 2. de relig. dom. in cle.* De quorum adminiſtratione latè Conc. Vienen. d. Clement. 2. de rel. dom. & Tridentinum *ſeſſione 7. cap. 15 & ſeſſ. 22. cap. 8. & ſeſſ. 25. cap. 8. de reformatione.*

DE CAPELLIS MONACHORVM. TIT. XXXII.

VSque adeo autem omnes baſilicæ per diuerſa loca conſtructæ in Epiſcopi, in cuius territorio poſitæ ſunt, poteſtate conſiſtunt, vt ſi Eccleſia vbi Monachi habitant, populi curam habeat, cùm per Monachum plebs regi non debeat, Capellanus ad Conſilium monachorum ab Epiſcopo ſit inſtituendus; ita vt conſuetudine, aut quouis ſtatuto contrario non obſtante, ex ſolius Epiſcopi arbitrio, tam ordinatio eius, quam depoſitio & vitæ pendeat Conuerſatio. Nec id mirum videri debet, cum monaſteria ipſa, & monachorum diſciplina, ſi nec priuilegio, nec legitima præſcriptione doceantur exempta, ad eum pertineant Epiſcopum in cuius ſunt territorio conſtituta *h. t.*

DE IVRE PATRONATVS. TIT. XXXVIII.

1 *Ius patronatus quid.*
2 *Quotuplex.*
3 *Quomodo conſtituatur, & tollatur.*

IVs patronatus, quod à iure canonum proditum eſt, aliquando aduoca-
tio appellatur. *c. quia clerici h. tit.* hinc & patroni eccleſiarum aduocati di
cuntur *c. preterea cum ſeqq. h. t.* Sed hic pro iure præſentandi aliquem inſtitu-
endum ſumitur. qua in ſignificatione definitur, †eſt gratuita quædam con-
1 ceſsio alicui facta, vt is præſentare poſsit clericum ad eccleſiam, vel be-
neficium vacans, vel ſaltem abſque eius authoritate non conferatur. nam
patrono alterutrum conuenit, vel vt clericum præſentet inſtituendum. *c.
3. h. t.* vel vt electioni explicandæ interſit, vel iam factam ſuo aſſenſu com-
probet, vt in prælaturis. *c. 25. nobis h. t. c. ſacroſancta 51. de elect.* Pro conſilio quip-
pe à ſacris canonibus hoc ius inſtitutum fuit, vt vel hac ratione chriſtiani
etiam laici magis prouocarentur ad bene merendum de religionis cultu,
Panor. ad c. quanto nos ext. de iudic. hoc beneficium etiam ad alios ſucceſſores &
hæredes tranſit *clem. vnic. h. t.* adeo vt ſi ſine patroni conſenſu & ſuorum ſuc
ceſſorum alteri conferatur, inanis plane collatio fit.

Ius patronatus eſt duplex, †eccleſiaſticum & ſeculare. eccleſiaſticum cō
2 petit eccleſiæ ſiue monaſterio, etiamſi illud origine ſeculare ſit. *c. vnic. in 6.
h.* Seculare eſt, quod ad laicum etiam clericum ratione ſui patrimonij per
tinet. *c. cum dilectus 28. h. t.* Differentia inter hoc & illud eſt, quod patrono ſe-
culari tantum quatuor menſes, eccleſiaſtico verò ſex menſes à die noti-
tię ad præſentandum concedantur *d. c. vnic. §. 1. in 6.* quibus exactis nullus
amplius præſentationi locus eſt, ſed ad epiſcopum collatio deuoluitur.

3 Conſtituitur autem tale ius †ædificatione, cum quis eccleſiam de con-
ſenſu Epiſcopi loci iuris ordine ſeruato conſtruxit. *c. nemo de conſecrat. diſt. 1.*
prætereа dotatione acquiritur, vt cum is, qui non fundauit, eccleſiæ certa
bona pro dote aſsignauit, idque in remunerationem. Sicut enim in carna-
li matrimonio ad onera ſuſtinenda dos aſsignari debet. *l. pro oneribus, Cod. de
iur. dot.* ita etiam concedenda ſunt eccleſiæ, quæ ad luminaria, & ad cuſto-
diam, & ad ſtipendia cuſtodum, ſacræ domui neceſſaria ſunt. *cap. monachis, de
preb.* Item per præſcriptionem immemorialem *c. 24. de elect.* Tollitur eius
patronatus ceſsione. *c. 1. in 6. eod.* eccleſiæ deſtructione *arg. l. cum loco, ff. de relig.
& ſump. fun.* Item ſi patronus eccleſiam collegiatam fieri paſſus ſit ſine re-
ſeruatione iuris *c. nobis h. tit.* vel ſi rectorem, vel alium clericum eiuſdem
eccleſiæ occidere vel mutilare auſus fuerit. *c. 12. h. t.*

DE CENSIBVS, EXACTIONIBVS ET PROCVRATIONI-BVS. TIT. XXXIX.

CEnſus appellatio generalis eſt, ſumiturq; pro omni pēſione, quæ prę-
latis de eccleſiaſticis prouētibus ſingulis annis in ſignū ſubiectionis

vel alterius iuris pēditur. Specialı tamē nomine cēs',q epiſc.ab eccleſ.in argumentū ſubiectionis tribuitur, Cathedraticū appellatur,eo ꝙ ob ho norē cathedrę perſoluatur. Cōſtituitur aūt cēſus,aut fundationis tēpore, aut cōſecrationis,aut donationis,aut tēpore immunitatis indulte.Fūdati onis aut cōſecrationis tēpore cēſus imponitur;quia veluti ꝑter Ordinarij cōſenſum, nec fundari, nec dedicari poteſt Eccleſia,ita eodē tēpore certū censū epiſcopus in ſubiectionis ſignū cōſtituere poterit. Sed nec illud in ſolitū,aut nouū haberi debet,vt cū Epiſcopi Eccleſias pijs locis ritè cōceſ ſerint, aut exēptas fecerint, aliquid ſibi in eius pēſionis nomine reſeruēt, ſedes quoq; apoſtolica,cū libertatis priuilegiū,vel etiā quibuſdā eccleſijs ꝓtectionis indulget ꝑſidiū,censū gratis oblatū ſuſcipit, & in literis Apoſtolicis ad futurorū quoq; Pontificū memoriā quātitas cēſus exprimitur. Sed & patrono fundationis tēpore poterit epiſcopus moderatos ſumptus cōſtituere. Simplices aūt ſacerdotes, vel clerici nō poſsūt eccleſias, qbus ꝑſunt propria auctoritate,præſertim poſt eorū diſceſsū,cēſuales efficere. ideoq; qui ab eiſdē quadam colluſione pēſionem annuā de eccleſijs receperint,illis defunctis. ſuper penſiōis receptione,audiēdi nō erūt,ſi Rom. Pontificis,aut alterius,qui de iure id facere potuerit,auctoritatē ſup.hoc nō interueniſſe cōſtiterit.Quin potius,ſi qui per colluſionem,talia facere cōperti fuerint, ab ipſis eccleſijs remouendi erūt. Sed nec epiſcopus ipſe aut quilibet alius,eccleſijs nouos cenſus imponere,aut veterē augere,aut partem prouentuū ſuis vſibus vēdicare poterit. idq; adeò obtinet,vt etiā ſi iuramentū, de nouo cēſu perſoluēdo quis ſuſceperit,nō propterea ſoluere,ſed abſolui ab illicito iureiurādo debeat.Nec quidquam profuerit. ꝙ Epiſcopus,vel quilibet de nouo illas de manibus laicorū eripuerit;nā nec in eo caſu præter cathedraticum,& quæ cęteris imponuntur,aliquid exigere poterit.Quod autē diximus Epiſcopum,nec nouum poſſe cēſum imponere, nec augere veterē, ita intelligi oportet,ſi in propriā vtilitatē velit conuertere. Cæterum, ſi nō in ſuum,ſed in alterius ſibi ſubiectæ ec cleſię cōmodum,ex iuſta cauſa,vel nouum censū conſtituere,vel veterem augere,vel etiā minuere velit,Capituli accedente conſenſu,id ſibi minimè interdicitur.Sed quis erit modus obſequiorum Metropolitano exhibendorum,ſi qua de nouo conuerſa Prouincia, ad alicuius Eccleſiæ iuriſdictionem acceſſerit; & ex facto reſponſum eſt, id obſeruari debere, quod in vicinis prouincijs obſeruatum reperitur. Vlterius prælatis diœceſim viſitantibus, etiam procuratio debetur.Eſt autem procuratio neceſſariorum ſumptuum exhibitio.Nam cum Apoſtolico teſtimonio ſuffragante congruum ſit, vt à quibus ſpiritualia recipimus, eiſdem moderata debeatur procuratio. quam ſi viſitati exhibere negauerint, ſi quam in contumaces ritè tulerit ſententiam, erit inuiolabiliter obſeruanda.Cùm nec vllam aduerſus procurationem,quę ratione viſitationis competit,præſcriptionem currere dignoſcatur:Viſitandi verò ſollicitu-

do non

do non modo non incumbit Epiſcopis, verumetiam Archiepiſcopis, Patriarchis, Sedis Apoſtolicæ legatis, Nuntijs, Archidiaconis & Decanis: qui quidem, ne non tam diuina, quàm propria, quæſiſſe videri poſſint, cautè proſpicient, vt ea quæ tam generali, quàm Lateranenſi Concilio continentur, & quæ Innocentiana conſtitutione, atque alijs Canonibus ſalubriter conſtituta comperiuntur, inuiolabiliter obſeruent. Quod autem diximus, Archiepiſcopis viſitare licet prouinciam, ac procurationes à locis recipere vſitatis, tunc etiam locum ſibi vindicat, cùm eius ſuffraganei argui negligentiæ nomine non poſſunt. Nec enim propterea ſuam liberè viſitare prouinciam poterunt.

Poſtremo admonendi ſumus propter priuatum oratorium, in quo quis interdum celebrat, procurationes, quæ viſitationis ratione debentur, à quoquam exigi, vel extorqueri non poſſe. ſed nec alijs exationibus ſubditos ſuos Epiſcopi grauare debent, niſi quandoquidem multæ ſuperuenerint neceſſitates, quibus caſibus ſi manifeſta, ac probabilis cauſa extiterit cum charitate moderatum ab eis poſtulare ſubſidium, ſuſtinendi erunt.

DE CONSECRATIONE ECCLESIAE VEL ALTARIS.

TIT. XL.

Eccleſia ædificata conſecranda eſt per Epiſcopum, *c. eccleſias 16. qu. 7. c. eccleſias de conſ. diſt. 1.* ſimiliter & altaria, *c. 5. ext. de conſ. eccl.* Quæ conſecratio inſtar baptiſmi non repetitur. *c. eccleſijs ſemel 20. d. diſt. 1.* etiam eo caſu, quo eccleſia, illæſis parietibus corruit. *c. ligneis 6. ext. de conſecrat. eccleſ.* Porro exuſta aut diruta eccleſia, deinde in eandem vel ſimilem formam reſtituta, reconſecrari debet, *d. c. eccleſijs ſemel.* Quod ſi altare motum aut lapis illi impoſitus qui ſigillum continet, confractus aut diminutus fuerit ex Conſtitutione Alexandri III. reconſecrari iubetur, non verò ipſa Eccleſia *in c. 1. ext. de conſ. eccl.* In Eccleſia polluta per effuſionem ſanguinis, etſi modici, aut ſeminis humani, aut per ſepulturam excommunicati, eo iure vtimur, vt prius reconciliari ab Epiſcopo debeat per aſperſionem aquæ cum vino & cinere benedicto, quam diuina officia in ea reſumi poſſint. *c. 4. c. 7. c. 9. c. fin. ext. de conſecr. eccleſ. c. 5. ext. de adult. c. 1. de conſecra. in 6. c. ſi motum. cum c. ſeq. de conſecr. diſt. 1. Pontificale Romanum fol.* 152. Idque in terrorem delinquentium receptum eſt. Vnde ſunt qui rectè putant propter occultam pollutionem Eccleſiæ reconciliatione minimè opus eſſe. *Panor. ad d. c. 4. n. 5. de conſecr. Eccl.* an autem eccleſia polluatur per homicidium ad defenſionem factum. vide eundem Panor. *c. propoſuiſti n. 3. vlt. h. t.*

Planè polluta Eccleſia ſimiliter & cœmeterium illi coniunctum pollutum intelligitur. Non è contra, ne minus dignum maius, vt id quod acceſſorium eſt, trahat ad ſe principale. *c. vnico de conſecr. in 6. iuncto c. acceſſorium, de reg. iur. in 6.*

DE CELEBRATIONE MISSARVM, SACRAMENTO EVCHARISTIAE, ET DIVINIS OFFICIIS.
TIT. XLI.

1 *In vltima parte agitur de diuinis officijs explendis.*
2 *Præceptum de recitandis horis canonicis.*

PRO intellectu primæ partis huius rubricæ, ſcilicet, de celebratione miſſarum videatur D. Th. *in 4. ſent. diſt. 12. q. 1. art. 2.*

Eſt autem inter cætera Euchariſtæ ſacramentum maximum, & oblationes omnes longè antecellit, vnde ſicut præſtantius eſt cæteris; ita etiam diligentius excoli debet. Et quidem circa prima fidei cunabula frequentiſsima erat apud fideles ſanctiſsimi viatici ſuſceptio; ſed cùm poſteà paulatim tepeſcente charitate, rarius homines communicarent, conſtitutum fuit, vt niſi quis maioribus fortaſſe criminibus impediretur, tribus ſaltem vicibus in anno communicare deberet, donec refrigeſcente penitus religionis ardore, eo tandem ventum eſt, vt ſemel ſaltem ſingulis annis, ſcilicet paſchate, *c. omnis de pœnit. & remiſſ.* vnuſquiſque cœleſtis menſæ debeat eſſe particeps. Inualuit tamen, vt Deo quotidiè ſacerdotes pro populo hanc oblationem facerent. Quoniam enim quotidiè labimur, ideo etiam Chriſtus quotidiè myſticè pro nobis immolatur, in quo tamen illud cauendum eſt, ne ſacerdos, quacunque præfulgeat dignitate, amplius quàm ſemel die celebret; niſi aut aliter faciendum Domini Natiuitas ſuadeat; aut vrgens cogat neceſsitas *c. 1. h. t. cum creatura de celeb. miſ. eod.* Satis enim felix eſt, qui ſemel dignè celebrat. *Vide Binsfeldium in Enchir. ca. 7. fol. quando liceat binare miſſam.*

Sed nec ab omnibus, nec paſsim omnibus tantum Sacrāmentum exhiberi debet: nam veluti ſolus ſacerdos illud conficit, ita etiam nemo præter eum exhibere poterit. Quod ſi presbyter aliter, quàm per ſemetipſum infirmum, vel alium communicet, ex Rhemenſis Concilij diſpoſitione, ſui gradus periculo ſubiacebit. permiſit tamen Laodicenſe Concilium, ſi neceſsitas vrgeret, vt diaconus præſente Presbytero, Euchariſtiam iuſſus erogare poſſet, *c. præſente diſt. 93.*

In vltima parte huius tituli agitur de diuinis†officijs explendis, ſc. de 1
horis canonicis legendis. Dicuntur horæ canonicæ quaſi regulares, quia regulariter à ſanctis patribus obſeruatæ ſunt. *c. quod in te, ext. de pœnit. & rem.* Eſt autem ſeptenarius numerus horarum, vt matutinæ *Pſal. 62. & Luc.* 6 prima *Pſal.* 19. Tertia *Actor.* 2. Sexta. *Actor.* 10. Nona. *Actor.* 3. Veſper. *Pſal.* 140. Completor. *Pſalm.* 131. *&c.* his omnibus horis tradit Clemens Pontifex *lib. 8. conſt. Apoſtolicar. ca.* 40. Auguſtinus in *reg. 2. c.* 1. vide latius Binsfeld. in enchr. paſt. de iuſtitia c. 8.

De recitandis horis†Canonicis eſt præceptum eccleſiaſticum obligans
tranſgredientes ad mortale. *cap. dolentes de celeb. miſſ. clem. 1. eod. tit.* Et tenentur 2

Digitized by Google

omnes beneficiati, clerici & ſacris ordinibus conſtituti, *c.1.& ibi Dd. ext. hoc tit.* Quid ſi reditu beneficij adeo tenues ſint, vt non ſufficiant ad ſuſtentationem hominis, an quis tum teneatur dicere horas: *vide Binsf. in Ench. paſt. in 4. p. c. 8.*

DE BAPTISMO ET EIVS EFFECTV.

TIT. XLII.

1 *Baptiſmus quid.*
2 *Baptiſmi diuiſio, forma, materia & effectus.*

1 BAptiſmus eſt † ablutio exterior corporis ſub præſcripta forma verborum facta. *D.Th. in 3 p. q. 66. art. 1.*

2 Baptiſmus eſt triplex. † vnus aquæ ſiue fluminis appellatur, qui propriè eſt Sacràmentum baptiſmi. Alter pœnitentiæ ſiue flaminis appellatur, qui fit per contritionem & conuerſionem ad Deum, quia à Spiritu ſancto, per modum charitatis inflatur. Tertius ſanguinis, quo Martyr proprio ſanguine abluitur. de his fit mentio *in c. baptiſmi de conſ. diſt. 4. h.* duo priores vicem baptiſmi ſupplent, quando haberi non poteſt. Deinde tali modo baptizatus data opportunitate, tenetur adhuc ſuſcipere baptiſmum aquæ, ſed non contra. Nam baptiſmus aquæ ſine graui ſacrilegio non poteſt iterari *Epheſ. 4.* Vnus Deus, vna fides, vnum baptiſma, &c. Vnde ſi dubitetur, an quis baptizatus fuerit, debet baptizari ſub forma expreſſa *in c. 2. h. t.* vt ſi baptizatus es, non baptizo: ſed ſi nondum baptizatus es, baptizo.

Materia veri baptiſmi eſt naturalis ſiue elementaris aqua. *Ioan. 3.* niſi quis renatus fuerit ex aqua &c. *Epheſ. 5.* Forma eſt, Ego baptizo te in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti. *c. 1. h. t. Matth. vlt.* nec ſufficit ſi ter merſus ſit in aqua in nomine Patris, Filij, & Spiritus ſancti, ſed non dictum, Ego te baptizo in nomine patris, filij, & Spiritus ſancti. &c. *d. c. 1.*

Effectus præcipuus eſt verè remittere omnem culpam tam actualis, quàm originarij peccati, & infundere gratiam ad regnum cœlorum. *c. 3. h.*

DE PRESBYTERO NON BAPTIZATO.

TIT. XLIII.

AB eccleſiaſticorum ordinum receptione remouentur non baptizati; adeo vt & ordines, ſi quos antea receperint, poſt ſuſceptum baptiſmum repetere cogantur. *c. 1. 2. & 3. h. t.* Eſt enim baptiſmus aliorum ſacramentorum fundamentum & ianua. *c. cum itaque in fin. de conſ. diſt. 4.*

DE CVSTODIA EVCHARISTIAE

TIT. XLIV.

IN quo loco ſacroſancta Euchariſtia cuſtodiri debeat, in hoc titulo declaratur. Et quidem in loco ſingulari, mundo & ſignato honorificè cuſtodiri debent, & ſub clauibus, ne manus temeraria ad eam extendi poſſit, ad aliqua horribilia vel nefaria exercenda. *c. 1. h. tit. vide latius Hoſt. in ſum. h. t.*

Digitized by Google

NE RELIQVIIS ET VENERATIONE SANCTORVM.

TIT. XLV.

IN hoc titulo tria notantur. Inprimis quod reliquiæ ſanctorum non debeant venales exponi, *c.2.h.t.* neque debent de vno loco ad alium transferri ſine licentia Papæ *c. corpora de conſec. diſt.1.* ſecundo quod ſancti debeant venerari, prout latius Theologi tradunt. Tertio quod nullus debeat ſanctus proclamari, inuocari etiam plurima miracula operatus fuerit, & & niſi de licentia Papæ fuerit canonizatus ſiue in catalogum ſanctorum ſcriptus *c.1.& ibi Panor.h.t.*

DE OBSERVATIONE IEIVNIORVM.

TIT. XLVI.

1 *Ieiunium quid.*

2 *Ieiunium quotuplex, & quando.*

IEiunium quatenus hic ſumitur † eſt abſtinentia à quibuſdam cibis, ſecundum ordinationem ſeu conſuetudinem eccleſiæ, Panorm. in rub. h.t. Eſt autem ieiunium iuxta Goffred. in ſum. & Innoc. in rubr. h.t. triplex. † nam quoddam eſt generale vt abſtineatur à vitijs & voluptatibus, c. ieiunium de conſ. diſt.5. quoddam eſt moderata refectio. c. ſi ſint tibi de conſ. diſt.5. & quoddam eſt abſtinentia, prout in hoc tit. accipitur. Et debet quilibet, niſi eum ætatis fragilitas, vel corporis debilitas, vel labor agriculturę, aut alia iuſta cauſa excuſet, in quadrageſimali tempore, in vigilia natiuitatis domini, Aſſumpt. beat. Mar. Virgin. & Apoſtolum ex præcepto eccleſiæ (cui qui non obedit tanquam Ethnicus & publicanus iuxta dictum Chriſti habetur) ieiunare, adeo vt ſi vigilia inciderit in diem dominicum, ieiunari debeat in ſabbato. *c.1.h.t.* A die verò Reſurrectionis vſque ad feſtum Pentecoſtes non ieiunantur? ideo nec vigilia Apoſtoli Philippi & Iacobi ieiunatur *c.2.h.t.*

Præterea *ex c.3.h.t.* obſeruandum eſt, quod ſi feſtum natiuitatis domini noſtri occurrat ſexta feria, puta die veneris, licitum eſt omnibus carnes comedere exceptis profeſsis & vouentibus.

DE PVRIFICATIONE POST PARTVM.

TIT. XLVII.

IN Veteri Teſtamento mulier poſt partum habebatur immunda, ideo prohibitum erat ne mulier maſculum pariens, intraret templum vſq; ad 40. dies: ſi verò fœminam peperiſſet, vsq; ad 80. dies ab ingreſſu eccleſiæ arcebatur. ſed quia lex per Moſen data, gratia autem & veritas per Ieſum Chriſtum facta eſt, & poſtquam vmbra legis euanuit, & veritas Euangelij illuxit; ideo mulier poſt partum ſtatim poteſt ingredi eccleſiam, nec tenetur abſtinere per certum tempus *c. vnic. h.t* ſi tamen volunt abſtinere, hoc non improbatur ſee commendatur *d conic.*

Digitized by Google

DE ECCLESIIS AEDIFICANDIS, VEL REPARANDIS. TIT. XLVIII.

ECcleſiæ nomine hic intelligimus ædificium diuino cultui exercendo deputatum, præcipuè verò ſacrificio miſſæ toto tit. ext. de eccleſijs ædificandis. De alijs acceptionibus eccleſiæ vide gloſſ. ad c. fi. in verb. præfatam Eccleſ. ext. ne prælati vices ſuas. Nulla verò Eccleſia à quoquam extrui poteſt, niſi auctoritate Epiſcopi. *c. nemo Eccleſiam. de conſecrat. diſt. 1. cùm olim 14. §. inſuper & ibi gloſſ. ext. de priuileg.* qui eo in loco vbi extruenda eſt, crucem figet, atrium publicè deſignabit, conſtituta dote ab eo, qui exſtruxit, pro luminaribus & miniſtris eccleſiæ. *d. c. nemo. c. piæ mentis 16. qu. 7. §. 1. Nouell. vt nullus fabricet orator.* Quod ſi fortè dote omiſſa, eccleſia extructa fuerit, nihilominus extructor dotis nomine rectè conuenitur. *c. cùm ſicut 8. ext. de conſecrat. eccleſ. arg. l. legatis 6. ff. de aliment. & cib. leg.* aut in ſubſidium ad Epiſcopum conſecratorem recurritur, *arg. c. 2. & c. 16. ext. de præbend. probant Panor. & alij ad d. c. cùm ſicut.* In extruendo animaduerti debet; ne vicinis ædibus noceatur; puta luminibus earum officiendo, aut legitimum ſpatium non relinquẽdo. Licet enim religionis fauor ſummus ſit, *l. ſunt perſonæ 43. in fi. ff. de relig. & ſumpt. funer.* is tamen ad iuſtitiæ normam reuocandus eſt, *c. 1. §. ſed diuerſ. de aliena feudi. in vſib. feud.* Vnde operis noui nunciatione facta, ex vicinis ædibus ſiue iure, ſiue iniuria, id quod extructum eſt, diruendum eſt: *c. 1. c. 2. ext. de op. nov. nunciat.*

DE IMMVNITATE ECCLESIARVM, COEMETERII, ET RERVM AD EAS PERTINENTIVM. TIT. XLIX.

1 *Immunitas eccleſiaſtica triplex.*

1 IMmunitas Eccleſiaſtca eſt triplex; † vna localis, altera perſonalis, tertia realis, *Lancell. in Inſt. h. t.* Localis immunitas eſt, quæ Ecleſijs ipſis, earumque cœmeterijs tributa eſt, & in his potiſſimum verſatur: ne in ipſis negotiationes, præſertim nundinarum ac fori cuiuſcunque tumultus exerceantur, ne Iudiciorum ſecularium ſtrepitus, aut illius cauſæ præcipuè criminalis cognitio, per laicos ſuſcipiatur aut agitetur *c. 2. §. ceſſent in eccleſijs h. titul. libr. 6. cap. 1. cap. 5. extrauag. eodem.* neve in eccleſijs vniuerſitatum & ſocietatum Concilia, coitiones fiant, neve fœda & prophana, atque vana colloquia miſceantur. *d. capit 2. §. ceſſent in locis, adde Concil. Tridentin. ſeſſione 22. in decr. de obj. & euit. celebr. Miſſ.* Eſt enim Eccleſia domus orationis, vel ipſo Chriſto teſte. *apud Matth. 21. c.* Quin & reus cuiuſcunque criminis ad eccleſiam confugiens, inde abripi non poteſt, ſi tamen liber homo ſit, ſin ſeruus, non ante ab eccleſia extrahitur, quam dominus illi impunitatem iurauerit *c. inter 6. c. 9. ext. hoc tit. noſtro. c. reum ad eccleſiam, c. diffinimus cum c. ſeq. 17. q. 4 l. 2. & l. 5. C. de his qui ad eccl.* Neque intereſt, eccleſia conſecrata, vel nondum conſecrata ſit *c. pen. ext. h. t. & ib. Pan.* Imo & ad atria, ad ſepta. *c. ſi quis contumax. c. id conſtituimus 17. q. 4. & c. frater c. metuentem ead. q. 4.* ad 40 paſſus in circuitu ſi baptiſmalis eccleſia ſit: ſin eccleſia minor, ad 30. paſſus hæc immunitas porrigitur.

gitur.*c.ſicut antiquitus c.quiſquis.d.q* 4.adeò vt & domus Eccleſiæ, intra triginta paſſus conſtitutæ eadem immunitate gaudeant.*d.c.quiſquis.probant Hoſtienſ. & alij apud Remigium Gonnum in tractat. de immun. eccleſ. in verbo domus.intellige autem domos.Clericorum.iuxta gloſ.ad d.c.quisquis.* Quin & ad Epiſcopi domum quocunque loco ſitam.*d.c.* id conſtituimus.& communiter receptum teſtatur Gõnus *d. loco, in verbo,palatium.15. amplia.* Item ad Monaſteria,*d.c.quiſquis facit, & l. 4.in verbo,venerabilibus.C. de his qui ad eccleſ.confug.ad Hoſpitalia Epiſcopi auctoritate erecta,l.omnia 33. (de epiſc.& Cleric.ibid.Bartol.& Panorm.ad c.penult.num.6. ext.de religioſis domib. iuncto ibid. c.* 4. hæc immunitas traducitur,vt iã dd.locis. Soli hac immunitate excluduntur,publici latrones,nocturni agrorum populatores.*c.inter 6.ext.hoc tit.noſt.c.ſicut antiquitus d.q.4.facit tit. C. quando lic. vnicuique.* & qui ſpe immunitatis in ipſo loco deliquerunt. *c. ſi. ext.hoc tit.adde Gonnum.de immu.Eccleſ.foll.*3. Addunt alij quartum genus, & non improbabiliter, eorũ ſcilicet,qui ex induſtria & ex inſidijs proximum ſuum occiderunt,*per tex. in c.1.ext de homicidio.adde Couarru.var.reſol.lib.1.ca.20.num.7.Gomezium varia.reſol. Tomo.3.cap.10.nu.2.* Quoad immunitatem perſonalem & realem: vtramque hac vna regula complecti licet:Perſonæ eccleſiaſticæ ab omnibus muneribus, id eſt oneribus ciuilibus ſolutæ ſunt, ſiue illa perſonalia ſint, ſiue patrimonialia, id eſt,realia,ſiue mixta,*ex c.1.c.3.diſt.88.c.Cyprianus. 21.q.1.c.4. ext. ne clerici vel monachi. c.non minus. 4. c. aduerſus 7. ext.hoc noſtro tit.c.1.c.3.eod.in 6. iuncta Clement.1.eod.tit.l.1.l.2.cum Auth.ſeq.C.de Epiſ.& Cler.c.Eccleſiarum 12.q.2.*Perſonalia munera ſunt,quæ animi & corporis intentione exercentur:patrimonialia ſiue realia,quæ ſumptibus adminiſtrantis:mixta, quæ ſimul & corporis miniſterio,& expenſis gerentis expediuntur *l.munerum.18.ff.de muneribus.* Vt hinc pugnent cum ſacris Canonibus & Imperatorum conſtitutionibus,angariæ,perangariæ,præſtationes annonæ & operarum,exactiones,contributiones, aliaque ciuilia onera Eccleſijs, earumque miniſtris & rebus impoſita, probant dd.iura,non obſtante etiam quauis conſuetudine contraria. *auth.ceſſa.C.de ſacroſanct.eccleſ.Auth.item nulla.C.de Epiſ.& cler.c.1.de iureiurand.lib.6.Adde Concil.Trid.ſeſſ.25.cap.20.de reformat.* Obtinuit tamẽ, vt Clerici ad ciuitatis vigilias tempore neceſsitatis compelli poſsint.*c. 2.ext. hoc tit.*neque à legitima tutela cura pupillorum, orphanorum, & viduarum prohiberi debeant.*c.ſi.diſt.& Auth.presbyteros,diaconos C.de epiſc.& Cleric.* Sed neque eccleſiaſtica prædia penſione alioue onere ante affecta, quam ad eccleſiam peruenirẽt,huius immunitate gaudent.*c.cum dilecti.6. ext. de donatio. c.preterea 23.ext.de iure patro.c.1.ext.de cenſibus.c. tributum 23. q.8.c.ſi tributum 11. q.1.* Quippe res cum ſuo onere tranſit *c.ex literis.circa ſi.ext.de pigno. c. paſtoralis ext. de decimis l.alienatio.ff.de contrab.emp.* Aliàs cum bona Eccleſiarum vſui Clericorum & pauperum deputata ſint,impium eſt, ea in prophanũ vſum conuerti.*c.qui Chriſti.c.nulli,cum aliquot cc.ſeqq.12.q.2.c.ſemel dicatum de reg.iur.li. 6.* Eccleſ.niſi aliud ferret auctoritas Summi Pontificis,iuxta formam Concilij Lateranenſis.*quam vide in c.nõ minus,4.& in c.aduerſus 7.ext. de immunitat.*

NE CLERICI VEL MONACHI SÆCVLAR. NEGOT. SE IMMISCEANT. TIT. L.

HIc tit.per ſe clarus eſt.vide *c.1.h.t.* vbi 12. ſecularia negotia enumerantur,quibus abſtinere debent. Sicut autem hic duo maximè notanda, primò quod Epiſcopus iuriſdictionem,debet habere vicariũ laicum,qui in criminalibus iuſtitiã teneat,ſed per ſe non debet hoc facere,aliàs incurret irregularitatem,*c.in literis ext hoc tit.* ſecundò quod religioſis & clericis aliquem perſonatum habentibus interdictum leges aut medicinam audere.*c.fin.ext.hoc.tit.*

LIB. DECRET. QVARTVS.

DE SPONSALIBVS ET MATRIMONIIS. TIT. I.

1 *Sponſalia quid.*
2 *Sponſalia vnde dicta.*
3 *Matrimonium vnde dictum & quid.*
4 *De conſenſu matrimoniali.*

SPonſalia ſunt futurarum nuptiarum † promiſsio.*l.1.ff.de*
1 *ſponſ.c.noſtrates.30.quæſt.5.* licet autem hæc à ſpondendo dicta ſint,† receptum tamen eſt,vt & nudo cõſenſu quoquo modo expreſſo ſiue per ſe ſiue per alium, ſiue per epiſtolam, ſponſalia rectè contrahantur.*c.vnic.§ fin.de deſponſ. impuber. in 6.* vnde conſequens eſt, abſentem abſenti deſpõderi poſſe, dummodò ſcientibus ipſis aut poſtea ratũ habẽtibus. *d c. vnic.§. fin.* Sed & purè,& ſub conditione contrahi poſſunt.*c.vnic.hoc tit.in 6.* purè his verbis, Ego te accipiam in vxorem,& ego te in maritum. Sub conditione, Ego te in maritum.Sub conditioną,Ego te in vxorem accipiam, ſi centum donauerit,ſi patri placuerit, huiuſmodi non prius publicæ honeſtatis iuſtitiã inducunt,quam eueniente conditione,aut ſubſecuta copula carnali,quibus quippe caſibus cenſentur ambo à conditione receſsiſſe, & in matrimonium conſenſiſſe.*c.3.c.6.& 5.c.cond. appoſ.* Vt ſponſalia mutuo conſenſu contrahuntur: ita mutuo diſſenſu diſſoluuntur etiamſi iuriſiurandi religione confirmata fuerint. *c.2.h.tit.Couar.in 4.decret.in 1.par.c.5.* Nam iuſiurandum præſtitum ad hominis commodum,poteſt remitti ab homine ad cuius commodum præſtitum *Panor.per c.1.de iureiur.* vbi verò cõmuni conſenſu contrahentium à ſponſalibus diſceſſum non eſt, vnus alteri in tantum obligatur ad perficiendum matrimonium, vt authoritate iudicis ad id conſtringi poſsit.*c.de illis §.fin.inf.de deſponſ.impub.nec obſtat c.requiſiuit.h.tit.* nã il-
2 lud procedit,ſi in ſponſo ſit iuſtiſsima cauſa reluctandi, quo caſu potius monendus eſt,quàm compellendus.Sunt tamen aliqui caſus, quibus licitè à ſponſalibus recedi poteſt,qui notantur *in c.2.h.t.c.7.de deſp.impub.§.c.5.h.*

tit.c.22

Digitized by Google

t.c.22.h.t.c.3.de cond.appoſ.c.2.ca.7.de conuerſ.coniug.c.1.qui cler.vel.vou.Conc.Trid.ſeſſ. 24.c.4 de reform. vide Caniſ.inſt.h.t. Matrimonium rectè à gloſſa ad *c.1.27.quæſt. 1.* potius à matre quàm à patre dictum, eſt maris & fœminæ coniunctio, indiuiduam vitæ conſuetudinem retinens. *c.illud ext. de præſump in princip.inſt. de patria poteſtate.* Per coniunctionem, animorū non corporum accipimus. Nam hanc tacitè interuenire ſufficit *c.ſufficit cum ſequ.27.quæſt. 2.* vnde conſequens eſt matrimonio ſolo conſenſu contracto, etiam ante carnalem copulam committi adulterium interdici donationes, &c. *vide c.licet h.tit.*

Conſenſus matrimonialis immunis debet eſſe à metu, vt iuriſiurandi religione confirmari aut colligari nō poſsit. *c.ſignificauit de eo qui iud.in matr.* Neque diſtinguendum, in matrimonio, an quid ſua culpa, an verò aliena in metum inciderit: vt puta ſi in ſtupro deprehenſus cum filia, cogatur à parentibus cum illa in matrimonium deſcendere, aut ſi homicida ne prodatur ab alio, cogatur cum filia matrimonium contrahere, cuius longè diuerſa ratio eſt in eo qui iuſtè captus & morte plectendus iudici ſuggerit, ſe ducturum filiam eius ſi immunitatem polliceatur: aut ex conſuetudine patriæ (quam tamen legibus improbari, alibi diximus) cum oblata puella contrahit ad euadendam mortem. His enim caſibus, licet matrimonium mortis occaſione contrahatur, nullus tamen mortis timor infertur, ſed potius aufertur. Idem cenſendum de eo qui in mortis articulo conſtitutus matrimonium cum ſua concubina contrahit. *c. tanto & ibi Dd.ext.qui filij ſunt legis.*

DE DESPONSATIONE IMPVBERVM.

TIT. II.

Ætas contrahentium ſponſalia, vt minimum ſeptennis eſſe debet, *c.literas 4.c.atteſtationes 10.& 12.hoc tit.* cum hac ætate, vtpote, ſuperata infantia, iudicium aliquod animi prius inſit contrahentibus. *l.1S.& 5.C. de iur. deliber.* Antè contracta ſponſalia nullius ſunt momenti, *d.c.4.* niſi malitia ætatis defectum ſuppleat, vt in caſu *c. 3. ext. de ſponſalibus Innoc. ibidem.* Quo ſpectat illud Bonifacij VIII. Si Infantes, inquit, ad inuicem, vel vnus maior ſeptennio & alter minor, ſponſalia contraxerint, ipſi vel parentes pro ijs: niſi per cohabitationem eorum mutuam, ſeu aliàs verbo vel facto ipſorum liquidò appareat, eoſdem in eadem voluntate factos maiores ſeptennio perdurare: ſponſalia huiuſmodi, quæ ab initio nulla erant, per lapſum dicti temporis minimè conualeſcunt: & ideo cū ſint nulla ratione defectus conſenſus, publicæ honeſtatis iuſtitiam non inducunt. *c.vnic.de deſponſ.impub.in 6.*

DE CLANDESTINA DESPONSATIONE.

TIT. III.

Cum

CVm conſenſus priuatus, id eſt, ſemotis teſtibus interpoſitus non minus conſenſus ſit, quàm publica conteſtatione initus, dubiũ non eſt, quin & matrimonij fœdus quod ſolo cõſenſu conſtat, clanculũ contrahi poſsit. *c.2. de claud. deſpon.* Sacroſancti tamen canones claudeſtinum matrimonium odio ſemper proſecuti ſunt, vt in obſcuro potius interpretẽtur coniunctionem huiuſmodi contubernium, fornicationem de quãuis ius ciuile huic præſumptioni reluctetur. *l. in liberæ ff. de rit. nuptiar.* Qua ratione accidit, vt clam contrahentes nuptias ad ſubeundũ & exequendum matrimonij officia adigi non poſsint, ſed potius eccleſiaſtica authoritate, vt mutuam cohabitationem deſerant, pœnali edicto conſtringendi ſunt. *c.2. ext. h.t.* non quidem quod matrimoniũ verè, licet occultè contractũ re ipſa diſſoluat, *c. ſi inter de ſponſalib.* ſed quod de veritate cõtractus qui in facto cõſiſtit *l.2. ff. de iur. & fact. ignor.* aliter decernere non poſsit, quã ſecundum eius legitimam probationem. *c. vlt. 1. in fin. 32. quæ.* 5. Vt autem clandeſtini matrimonij incõmoda euitari poſsint, ab Innoc. 3. cautũ eſt, vt in eccleſia cõtrahenda matrimonia prius publicè denunciẽtur, alioquin illegitimã fore prolem. *c. fin. h.t.* quod & ſecutũ eſt Concil. *Trid. ſeſſ. 24. c.1. de refor. matr.* Quò ſimiliter corruit illud præſumptũ matrimoniũ, quod ex decennij cohabitatione maris & fœminæ in obſcuro colligunt Interpp. *Hoſt. in ſum. h. tit. Couuar. in 4. decret. c.1. n.5. par.2.*

DE SPONSA DVORVM. TIT. IV.

1 *Differentia inter ſponſ. de futuro & præſ.*

1 ESt differentia † inter ſponſalia de futuro, id eſt, in futurum tẽpus matrimonij cõtrahendi concepta, & inter ſponſalia de præſenti, ſubaudi, vt loquuntur Dd. conſenſu coniugali contracta. Nam illa futurũ matrimoniũ, hęc præſens matrimoniũ oſtendunt, vnde contrahens ſucceſsiuè per verba de præſenti cum duabus, tenetur adhærere primæ. Si autem primò contraxit per verba de futuro, ſecundò per verba de præſenti, adhærebit ſecundæ. *c.1. h.t. & c. vlt. eod.*

DE CONDITIONIBVS APPOSITIS IN DESPONSATIONE, VEL IN ALIIS CONTRACTIBVS. TIT. V.

1 *Quæ conditiones matr. appoſitæ ſint ſeruandæ.*

SEd cõditione ſponſalia poſſe contrahi, quidã negãt, hac ratione, quod promiſsio conditionalis obligationem ſuſpendat, & incertũ reddat, vtrũ res debeatur, an non. *l.6. 4. ff. de verb. obli.* ſponſalia verò iure diuino obligationem pariant, ſtatim vt facta ſunt, vt ſine adulterij crimine ſponſus alteram ducere, ſponſa alteri nubere non poſsit, idque colligunt ex *Deut. 22.* qui textus tamen de ſponſalibus, de præſentibus accipi poteſt. Præterea conditio futura matrimonio appingi non poteſt per *l. ſi ita ſtipulatus §. ſi tibi nupſero ff. de verb. oblig. Couar. part. 2. c.3. §.4. n.1.* Sed ne hæc & ſimilia obſtent. *c. de illis h.t.*
2 diſtinguendum eſt †, aut conditiones ſunt contra ſubſtantiam matrimonij, veluti contraho tecum, ſi generationem prolis euites,

vel donec aliam honore & facultate ditioré inuenero, & hæ omninò vitiant & impediunt matrimonium *c.fin.h.t.* Aut ſunt cōditiones inhoneſtæ, & turpes, non reſpicientes ſubſtantiam matrimonij, veluti ducā te, ſi furtum feceris, &c. & hæ non vitiant matrimonium, ſed pro non adiectis habentur, fauore ſc. matrimonij, vt valeant perinde, ac ſi purè matrimoniū contractum eſſet. *d.c.fin.* Aut ſunt conditiones impoſsibiles de facto tantū, vt ſi cœlum attigeris, mare ebiberis &c. & hæ cōditiones ſimiliter matrimonium non impediunt. Aut ſunt conditiones honeſtæ & poſsibiles, pertinentes ad coniugiū, veluti ſi pater conſenſerit, ſi cētum dederis, &c. hoc caſu interim ſuſpenditur conſenſus, & matrimonium impeditur, donec conditio impleatur: conditione verò non extante diſſoluitur matrimonij contractus conditionalis. *d.c. de illis. &c.*

QVI CLERICI, VEL VOVENTES MATRIMONIVM CONTRAHERE POSSVNT. TIT. VI.

1 *Monachi, clerici &c. matrim. contrahere prohibentur.*

NOn tamen omnibus licet matrimonium contrahere: Quidam enim adeò prohibentur, quod matrimonium per eos contractum inane & prorſus irritum ſit. Quidam prohibentur quidem, ſed tamen valet ab ijs contractum matrimoniū, ita permittētibus ſacris canonibus, adeò quòd nefas ſit matrimonium diſſolui. Prioris generis ſunt, religionem profeſsi & in ſacro ordine conſtituti, cognati, affines, religionem profeſsi, impotentes, infideles, homicidæ, adulteri, coniugati, &c. Poſterioris generis ſunt ſimplici caſtitatis voto adſtricti, hæretici, inceſtuoſi &c. de quibus omnibus ex ordine diſſerit Caniſ. in *inſt. iur. canon. lib. 2. tit. 12. cum ſeqq.*

Et inprimis in ſacris ordinibus puta in diaconatu, ſubdiaconatu & ſacerd. conſtituti, & ſolenniter profeſsi, vt Monachi †, moniales, omneſque alij, qui votum caſtitatis ſolemne emiſerunt in religione aliqua, à ſede Apoſtolica approbata, matrimoniū contrahere prohibentur, et ſi contraxerint, fiūt irregulares, & debēt ſeparari *c. 1. 2. h. t.* quod fallit in voto ſimplici. Nam illud tātum impedit matrimonium, ſed contractū nō dirimit *c. 3. h. t.* 1

DE EO, QVI DVXIT IN MATRIMONIVM, QVAM POLLVIT PER ADVLTERIVM. TIT. VII.

NEque poteſt quis cum illa contrahere, quam vxore viuente cognouit, ſi dederit ſponſionem de contrahendo cum ea matrimonio, vel ſi adultera aliquod in mortem vxoris adulteri machinata ſit. *c. 3. h. t.* Dum tamen vtriuſque & adulteri & adulteræ ſcientia interuenerit. Cæterum ſi qua errore ducta cum alieno marito, tanquam cum cœlibe contraxerit, non prohibetur defuncta vxore ipſius in nouum matrimonium cum eodem conuenire *ca. 7. h. t.* Sicut, & ſi adulterium tantum interceſſerit, nullo contractu matrimonij, aut ſponſalium admixto. *c. 5. & 6. h. t.*

DE CONIVGIO LEPROSORVM. TIT. VIII.

Lepra ſuperueniens non diſſoluit matrimonium, nec matrimonij effe-

 ctum,

Digitized by Google

conſanguineam inceſtus committitur, ſed ſi primò cognouit conſanguineam publicæ honeſtatis læditur iuſtitia, licet affinitas ſuperueniens non dirimat ſponſalia de præſenti & matrimonium contractum. *c.1.& 4.h.t.*

DE CONSANGVINITATE ET AFFINITATE.

TIT. XIV.

1 *Naturalis cognatio quid.*

2 *Affinitatis deſcriptio.*

IN hoc tit. agitur de cognatione naturali. Explicat enim quæ conſanguinea & affinis prohibeatur & ad quotum gradum. Naturalis cognatio inter eos eſt,† qui ex communi parente deſcendunt, qui & conſanguinei dicuntur, quaſi vno ſanguine coniuncti, *c. de quibus h.t.* Quo numero cēſentur, non tantum ex legitimo matrimonio, ſed & ex illicito concubitu nati. *c. per tuas §. de probat.* Atque horum cognatorum triplex ordo eſt, aut enim ſunt aſcendentes, vt parentes, aut deſcendentes, vt liberi, aut ex latere ſiue ex tranſuerſo venientes, vt fratres, ſorores, liberique eorum, patruus, amita, &c. Et quidem inter aſcendentes & deſcendentes perpetua ſiue in infinitum matrimonij prohibitio eſt, ex iure gentium teſte Paulo Iuriſconſulto *in l. fin. ff. de rit. nuptiar. l. nuptiæ 53. ff. eod. tit. Panor. ad c. non debet ext. h. tit.* Agunt igitur contra ius gentium qui contrarium aſſerunt, & ad quartū tantum gradum hanc prohibitionem conſtringunt. In tranſuerſalibus verò matrimonij inhibitio non tam longè diffunditur, ſed tantum cautū extat ne quartum cognationis gradum egrediatur. *c. non debet ext. h. tit.* licet ea iure antiquorum canonum ad ſeptimum vſque gradum producta eſſet. *c. de affinitate c. de conſanguinitate c. porro 35. quæſt. 3.* hac tamen ratione adhibita, vt minimè neceſſe ſit vtrumque contrahentium quartum conſanguinitatis gradum exceſsiſſe, ſed ſufficiat tantum alterum quinto aut remotiore gradu à communi parenti reperiri. *c. fin. h. tit.* 1

Affinitas ſic deſcribitur, † vt ſit diuerſarum cognationum per nuptias ſiue alium concubitum copulatio. Nam per affinitatem vna cognatio ad alterius finem, id eſt, latus accedit *l. non facile §. affinis ff. de gradib.* non quidem ea ſignificatione, quaſi vtriuſque viri & mulieris cognati inter ſe affinitatem contrahant, ſed quod cognati viri fiant affines mulieri, & è contra cognati mulieris fiant affines viro, vltrà enim affinitas non porrigitur. *c. quod ſuper his ext. h. t.* hæc affinitas non minus contrahitur iuxta præſcriptum ſacrorum canonum, ex illicito concubitu, quia affinitatis cauſa, eſt vnitas carnis per copulam. *c. nullum c. æqualiter cum cc. ſeqq. 35. quæſt. 3 c. 1. h. tit.* adeò vt ſi quis priuignam vel aliam ex cognatis vxoris ſuæ cognouerit, nec debitū poſsit petere ab vxore, vtpote iam affine, nec ea mortua in vxorē ducere, vt in *c. 1. præce. h. t.* Erat & olim hoc impedimentū matrimonij, quod ex affinitate exurgit, ad ſeptimū vſq; gradū *c. æqualiter. c. ſanè 35. q. 3.* Sed hodiè inſtar cōſanguinitatis, redactū eſt ad quartū gradū incluſiuè. *c. nō debet 8. §. probi. h. t.* 2

cum enim per mutuam corporum communicationem vir & mulier vna caro fiant; *d.c.ſanè.* ratio poſtulat vt alter ab alterius conſanguineis æquò vt à proprijs abſtineat *c.1.b.tit.* Sed hoc adhibita moderatione Tridentini Concilij, quoad adfinitatem ex fornicatione prouenientem, ad eos tantũ qui in primo & ſecundo gradu coniunguntur, reſtringitur. *ſeſſ.24.c.4.in decret.de reformat.* Licet quoque in affinium claſſem quodammodò referuntur cognati ſponſi & ſponſę, etſi matrimonium inter eos contractum non ſit, *l.ſeruus 8.ff.de grad. affinit.* & ideo iure decretalium quoque hoc impedimentum quarto gradu circumſcriptum erat, *c.non debet 8. b.tit.* tamen Conſ. Trident. vbi ſponſalia quacunque ratione non erunt, iuſtitiæ publicæ honeſtatis impedimentum prorſus tollit: vbi autem valida fuerint, primũ gradum non excedere conſtituit. *sextus ſeſſ.24.c.3.in decreto de reformat.matr.*

DE FRIGIDIS, ET MALEFICIATIS ET IMPOTENTIA COEVNDI. TIT. XV.

1 *Cauſa efficiens matrimonij.* 2 *Quid iuris in frigido contractis nuptijs.*

1 EXploratum eſt matrimonium à Deo inſtitutum eſſe ad propagandũ † genus humanum, & ad conſulendum infirmitati. *c.nuptiarum 27. quæſt.1.* Prudenter itaq; à ſacris canonibus introductum eſt, vt ſi quis naturali frigiditate conflictatus, alteri corpus ſuum communicare nõ poſſet, ab ineundis nuptijs arceatur. *c.requiſiuiſti 38.quæſt. 1.* quòd cenſendum quoq; eſt de ſpadonibus, caſtratis, & ijs qui commixtione ſeminis coniungi non poſ-
2 ſunt. *c.ex literis b.tit.* Sed quid iuris eſt in frigido contractis nuptijs? † Et quidem eo caſu dirimitur matrimonium, ſed non antè quàm triennium cohabitationis præceſſerat. *c.5.b.t.c.requiſiſti 33.quæſt.1.* quod & in maleficiato ferè obſeruatur. *c.per ſortiarias 33.quæſt.1.* Sed & in fæmina, quæ adeo obſtricta eſt, vt viri commercium nõ admittat, hoc iure vtimur, vt matrimonio iuncta ſeparetur, niſi induſtria & opera humana abſque corporis læſione ei ſuccurri queat, *c.ex literis b.tit.*

DE MATRIMONIO CONTRACTO CONTRA INTERDICTVM ECCLESIAE. TIT. XV.

MAtrimonium contra interdictum eccleſiæ vel iudicis celebratum, non quidem propter illud dirimitur: imponitur tamen pœnitentia ſic contrahentibus *c.1.b.tit.* vnde ſi quis intra tempus aduentus Domini vſque in diem Epiphaniæ, & à feria quarta cinerum vſq; in octauam Paſchatis incluſiuè contra præceptum eccleſiæ matrimonium contraxerit. *Concil.Trid.ſeſſ.24.c.10.de refor.mat.* non ob hoc matrimonium dirimitur *arg.d. c.1.* putat tamen *Caniſ. in inſt.iuris canon.in tit.de ſponſ.vlt.* quod nuptiæ, pro contractu matrimoniali ſumptæ, nunquam interdictæ ſunt, ne quidem quadrageſimali tempore, per *c.capellanus: & ibi Panor.ext. de fer.* Sed conſuetudo, ſiue ipſa eccleſia contrarium hactenus obſeruauit, maximè cũ matrimonia ſine feſtiuitate, ſiue hilaritate & cõmixtione carnis nõ ſoleant perfici.

QVI

Digitized by Google

QVI FILII SVNT LEGITIMI. TIT. XVII.

QVibus modis naturales fiant legitimi, diximus *in auth. quibus modis naturales, &c. vide Gail lib. 2. obſ. 40 cum ſequen.* ſed hic tantum dicemus, de per ſubſequens matrimonium legitimatis.

Tanta eſt vis matrimonij, inquit Pontifex, vt legitimati per ſubſequens matrimonium etiam ſine inſtrumentis dotalibus verè legitimi dicantur, quoad omnia: matrimonium quippe retrahitur ad tempus natiuitatis filiorum, ita quod matrimonium contractum eſſe cenſeatur ante filiorum natiuitatem, *c. 6. tanta vis. ext. h. t.* nam matrimonium ſubſequens omnia precedentia purgat. *gloſſ. & Panor. in d. c. tanta.*

QVI MATRIMONIVM ACCVSARE POSSVNT VEL TESTIFICARI. TIT. XVIII.

HIc titulus eſt generalis, & duas partes continet. In prima agit de his qui matrimonium accuſare poſſunt: in altera de illis qui contra illud teſtificari poſſunt. Quod ad primam partem attinet, diſtinguendum eſt, vtrum illud quod contra matrimonium opponitur, proueniat ex peccato, puta conſanguinitatis, affinitatis, &c. vel vtrum ſine peccato, ſed ex defectu frigiditatis, maleficij, impotentiæ, &c. primo caſu quilibet admittitur ad accuſandum, *cap. tua, de cog. ſpirit.* præferuntur tamen conſanguinei, & his deficientibus ſeniores extranei, & vicini. *c. videtur, ext. h. tit. c. 1. & 2. 35. quæſt. 6.* Altero caſu ſoli coniuges admittuntur ad accuſationem matrimonij, extraneorum enim non intereſt. Nam illis inuitis ſimul commorari poſſunt, ſi velint, dummodo caſtè viuant, *c. conſultationi. de ſug. & maleſ. c. quod Deo 33. q. 5.*

In altera parte huius rubr. tractatur de teſtibus. Et generaliter quicunque admittitur ad accurſandum, vel repellitur. admittitur quoque ad teſtificandum, vel repellitur, dummodo ſit aliàs idoneus ad teſtificandum. Imò in cauſa matrimoniali regulariter idem poteſt eſſe teſtis & accuſator iuxta Innoc. *in rub. h. t. n. 2. per c. ſi duo, c. ſi epiſcopus in fin. & c. ſi parentela 35. qu. 6. c. præterea, ſup. de teſtib. cogend.*

Quomodo libellus in accuſatione matrimonij ſit formandus, vide Speculatorem *in b. t. §. 1. n. 1.* Et an, & quomodo ſi mulier petat aliquem in virũ, vel è conuerſo, petitorio vel poſſeſſorio iudicio ſit facienda: *vide Hoſtienſ. in ſum. h. t.*

DE DIVORTIIS. TIT. XIX.

1 *Diuortium quid.* 2 *Cauſæ diuortij iuſtæ.*

DIuortium eſt † diſtractio matrimonij, quæ vtroq; viuente ſit, *ex l. 1. ff. de diuort.* idque de iure can. quod in hoc caſu ſequimur duabus tantummodo de cauſis. † Cùm alioqui matrimonij ſemel legitimè contracti, perpetuus & indiſſolubilis nexus ſit. *c. puto, c. ſi vxorem, c. ſi præcipit. c. præceptum. 32. q. 5. c. pen. 33. q. 2. c. gaudemus 8. ext. de diuort. Conc. Trid. ſeſſ. 24. in doct. de Sacra. Matrim.* Prior cauſa eſt: ſi alter coniugum nondum conſummato matrimonio, religionem ingrediatur, quod ipſe licet per ſacros Canones, etiam inuito 1

altero coniuge, *d.c.2.c ex publico 7.ext.de conuerſ.coniug.* Nec cantari poterit religionem ingreſſus, ſe falſa ad id cauſa inductum, puta, quod cõiugem lepra percuſſam crediderit, & ob eius abominatus cõplexus fuerit, cùm & ſine cauſa idipſum facere potuerit. Ei autem; qui ſe ad religionem trãſire velle dictitat, certum eſt præfigendum tempus, intra quod legitimè caueat, quod ad religionem ſe transferet, vel redibit ad coniugem. Neq; mirũ videri debet; quod poſt legitimum de præſenti præſtitum conſenſum carnis non ſecuta commiſtione, alter coniugum etiam altero inuito, ad vitã regularem tranſitum facere valeat: quia cum nõdum vna caro effecti ſint, ſatis probabiliter vno ad Deum tranſeunte, alter in ſeculo remanere poterit. *c.2.et 7.h.t.* Diuerſum ſtatuitur ſi quis poſthabito canonico religionis ingreſſu poſt aliquam per verba de præſenti deſponſatam ſacros ordines ſuſceperit, quanquam enim votum per ſacri ſuſceptionem ordinis firmatum ad impediendum matrimonium futurum, ac dirimendum poſtea cõtractum, habeatur efficax: ad diſſoluendum tamen prius contractum etiã non conſummatũ inualidum cenſetur. *c.vnic.de voto in ext. Ioh.XXII.* Ideoq; talium ordinum non obſtãte ſuſceptione, ſi ad profitendã probatam religionem induci non valeat; & ſponſa eius inſtiterit, contractum matrimonium conſummare, per cenſuram eccleſiaſticam compellẽdus erit. *ſ.c.ext. publico.h.t.c vnic.de vot.ext.Ioh.22.* Altera cauſa eſt: ſi alter infideliũ cõiugum (inter quos etiam iuſtum matrimonium cõſtat, ſed vt contractus ciuilis, nõ vt Sacramentum) *d.c.gaudemus & ibi Dd.* ad fidem Catholicã conuertatur, altero vel nullo modo, vel nõ ſine blaſphemia diuini nominis, vel vt eũ pertrahat ad mortale peccatum, ei cohabitare volẽte; qui relinquitur, ad ſecunda vota tranſire poteſt *c.quanto 7.d.c.gaudemus, ext.de diuort.c.ſi infidelis cum cc.ſeqq.28.q.1.c.2 eod.q.2.* Cæterum quod vulgo dici ſolet; matrimoniũ diſſolui & dirimi, propter conſanguinitatem, affinitatem, frigiditatem, aut ob ſimilem cauſam: nõ tam ius matrimonij reſpicit, quam factum. cum matrimonium, in quo ſubeſt huiuſmodi impedimẽtum, ipſo iure nullum ſit. Etenim matrimonium ſemel legitimè contractum, non niſi ex duabus cauſis iam dictis diſſoluitur. iuribus iam allegat: hoc tamen addito, quod etiã auctoritate S. Pontificis matrimonium nondũ cõſummatum diſſolui poſſit, etiam quoad vinculum. *iuxta gloſſ.te c.ex publico ext.de conuerſ. coniug. quam ſingularem, & à Canoniſtis receptam teſtatur Nauarrus in Manuali c.22.n.21.* Nonunnquã ſolius thori ſeparatio inducitur inter cõiuges durante vinculo matrimonij, quæ & ſpecies quædam diuortij eſt. *c.1.32.q.2* vtpote ſi alter eorum adulterium ue fornicationem admiſerit. *c puto 23 q.5.c ſignificaſti.4.cum c.ſeq.ext. de diuort.* vel ſi ad hæreſin, ſiue gentiliſmum deflexerit. *c.2.c.6.cum c.ſeq.ext. de diuort.* vel ſi ſæuior ſit in coniugem ſuam *c.literas.in fi.ext.de reſt.* vel ſi ad peccatũ eam cõpellat. Ob furtũ verò, vel ob aliud crimẽ, ſiue ob morbũ coniuges à ſe inuicem inimè ſeparantur, *d.c.2.ext.de diuor.c.horrendus.c.ſi vxorem 32. q.5.adde his latius Cou.in 4.ext.in 2.par.c.7.§ 5.ibi & de Sodomiæ vitio & furore.Nau.in*

Man.c.22.ind.23 Sed hoc hic notandnm, quod vir non poteſt dimittere vxorem ſine iudicio Eccleſiæ, etiam propter impedimentum conſanguinitatis, vel affiitatis notorium, *c.3 h.t.* nam notorium ſemper coram iudice eccleſiaſtico probari debet iuxta Panor. *in d.c.3.*

DE DONATIONIBVS INTER VIRVM ET VXOR. ET DE DOTE poſt diuort. reſtituenda. TIT. XX.

SEparato licitè matrimonio, dos eſt reſtituenda, etiamſi ſeparatio facta ſit tantum ad torum, & mutuam ſeruitutem. *c.1.h.t.* niſi mulier ob delictum, puta ob adulterium ſit ſeparata à viro; quo caſu perdit dotem, *c.4.h.t.* De donationibus inter vir. & vxor. dixi *in ff. de donat. inter vir. &c.* & de dote dixi quoque *ad tit. ff. de ſolut. matr. Vide latius Spec. & Hoſt. in h.t. per tot.*

DE SECVNDIS NVPTIIS. TIT. XXI.

DE pœnis ſecundarum nuptiarum ad tit. Cod. & in Nou. diximus. quæ pœnę iuris ciuilis in odium; ſc. ſecũdi matrimonij præpropere contracti impoſitæ, vt puta ſi mulier intra annum luctus nubat, *l.1.C.h.tit.* hoc iure ſunt correctæ, *c.pen.h.t.1.Cor.7.* non autem pœnæ in fauorem primi matrimonij filiorum appoſitæ, ſunt ſublatæ, vt notat Innoc. *in deſin. vide Gail li.2.obſ.98.* Ex hoc tiulo duo obſeruanda ſunt. primum quod ſecundæ nuptiæ à Parocho non debeant benedici, aliàs punitur, *c.1.h.tit.* Secundò, quod dubitans de morte coniugis, niſi prius certificetur, contrahere non debet: & ſi contraxit reddat, ſed non exigat debitum: & ſi poſtmodum ſciat primam viuere, dimittat ſecundam. *c.2.& ibi Panor.h.t.*

LIB. DECRET. QVINTVS.

DE ACCVSATIONIBVS. TIT. I.

1 *Accuſatio quid.*
2 *Inquiſitio quomodo fieri debeat.*
3 *Denunciatio quotuplex.*

ACCVSATIO † eſt criminis delatio apud iudicem cum legitima inſcriptione, *l.14.§.accuſaſſe ff. de bon. lib. Hoſt. in ſum. h.t.* 1
De accuſationis formula vide *l.3.ff.h.t.* qui accuſare & accuſari non poſſunt, vide ea quæ diximus *ad tit. C. de his qui acc. non poſſ. & Caniſ. in Inſt. h. tit.* Ne autem accuſatore non extante, de 2
licta impunita maneant cum grauiſſimo reip. detrimento: receptum eſt à iure, vt iudex ex officio ſuo poſſit nocentes, veluti ſacrilegos, latrones, plagiarios, homicidas, fures, alioſque delinquentes, inquirere, & prout quiſque peccauerit, in eum animaduertere *l. congruit 13.ff. de officio præſid. §. vltimus. Nouella de collatoribus.* Quam tamen inquiſitionem iudex non aliter inſtituet, quàm ſi publica fama eum permouerit ad inquirendũ

contra

contra eum, qui reus eſſe dicitur, *cap. cum oportet 19. cap. 1. inquiſitionis* ne temerè in aliquem cum periculo exiſtimationis ſuæ graſſetur. *arg. l. prætor 7. ff. de iniur. & c. 2. ext. de off. iudic. ord.* Quare reus contra inquirentem iudicem rectè prius excipit de publica delicti fama, quod ea non reſperſus ſit. *gloſſ. ad c. 2. in verb. fuerunt h. t. in 6.* Si enim hanc exceptionem omiſerit reus, ſuſtinebitur contra eum inquiſitio, tanquam huic exceptioni, ipſe tacite renunciauerit. *c. 1. c. 2. h. t. in 6. iuncta l. pen. C. de pact.* In Prælato tamē hoc amplius eſt, vt priuſquam in eum de crimine inquiri poſsit, præter diffamationem, etiam ſcandalum ſiue periculum ſubeſſe debeat. *d. c. qualiter verſ. ſed cum ſuper. adde Clarum in pract. crim. q. 6. verſ. item quare.* Ab his tamen excipiuntur crimina læſę maieſtatis, falſæ monetæ, latrocinij, in quibus etiam ex ſola confeſsione ſocij in alium inquiritur, vt videre eſt in *l. quiſquis. §. 9 fin. C. ad leg. Iul. maieſt. l. 1. C. de falſa moneta. l. diuus. 6. ff. de cuſtod. reorum. l. 9. C. de ferijs.* Quæ certe obtinent, vbi inquiſitio contra certam perſonam; puta, Mæuium vel Titiam, aut in alium inſtituitur. Cæterum non prohibetur iudex de quolibet delicto generaliter inquirere, vt hac ratione ad ſpecialem inquiſitionem contra certam perſonam deueniat, eleganter Innocent. quem vide ad *c. bonæ 23. nu. 5. ext. de electio. & facit. l. 1. §. qui quæſtionem. ff. de quæſtio. iuncta l. congruit, ff. de offic. præſid.* Porro in ſpeciali inquiſitione, reo edendi ſunt articuli, de quibus inquirendus eſt; item, nomina, & dicta teſtium, nec non exceptiones, & replicationes illi permittendæ. *d. c. qualiter. § debet igitur.* Quod ad denunciationem attinet † ea triplex eſt. Alia enim eſt Ciuilis, alia Canonica, alia Euangelica. Ciuilis, quæ à iure Ciuili introducta eſt: veluti, quæ fit per miniſtrum publicum ad hoc conſtitutum, vt delicta admiſſa renunciet magiſtratui, eorumque autores prodat, in quos deinde inquiſitio fit, *l. ea quidem 7. iuncta l. ſinguli 14. C. de accuſatio. l. Diuus 6. ff. de cuſtod. & exhibend. reo. l. 1. §. & ſane. ff. de officio præf. vrbi.* Et ſi quem fortè perperam denunciatum compererit Magiſtratus; non ideo tamen in miniſtrum animaduertet, ſed excuſatum dimittet propter officij neceſsitatem: Sin per iniuriam, factum vindicabit. *d. l. Diuus.* Priuatus autem ad denunciationem criminis non admittitur, cū is, ſi velit, accuſationem poſſit inſtituere. *l. fi. C. de accuſ. c. quiſquis 2. quæſt. 8.* Denunciatio canonica à SS. Canonibus prodita eſt contra Prælatos Eccleſiarum & Monaſteriorum, quos ſubditi Clerici vel monachi delinquentes, ſi monitioni non acquieuerint, deferre poſſunt ad Superiorem ſuum. *per text. in c. 2. c. 3. c. cùm dilectus 20. ext. h. t. c. 2. ext. de calumniatorib.* cùm eorum interſit habere bonum Pręlatum *arg. c. audacter 8. q. 1.* Qua ratione & patronis Eccleſiarum & ſubditis parochorum hæc denunciatio etiam conceditur, *per gl. ad d. c. 3. de monaſterio.* quam commendat Panor. *ad c. ex parte. n. 5. in fin. ext. de teſtib. adde text. in c. filijs 16. q. 6.* In matrimonio quoque permiſſum eſt cuilibet, impedimentum canonicum, ſi quod eſt inter contrahentes; veluti, cōſanguinitatis, affinitatis, vel ſimile, denunciare iudici eccleſiaſtico, *c. tua nos. 7. iuncta ibid. gloſſ. ext. de cognatio ſpirit. c. 1. 35. q. 6.* Denunciatio verò Euangelica, indu-

3

ĉta eſt ex lege Euangelica. *Matthæi 18. cap.* in qua hic ordo ſeruatur; vt delinquens primum priuatim corripiatur, deinde ſi correptioni non paruerit, iterum moneatur, adhibito vno vel duobus teſtibus; demum, ſi contumax perſtiterit, denuncietur Eccleſiæ. *d. cap. 18. c. ſi peccauerit 2. q. 1. c. licet* Cuius vſum Doctores ijs caſibus accommodant, quibus iuris remedio deſtituti ſumus: atque ita aduerſarium noſtrum ad conſcientiam ſuam reuocamus, c. Heli 31. ext. de Simon. huius exemplum extat in c. nouit. ext. de iud.

DE CALVMNIATORIBVS. TIT. II.

Dicitur calumniari accuſator, quando falſum crimen intendit per fraudem, *l. 1. §. 1 ff. ad SC. Turp. iuncta l. ſi calumnietur.* quod eo ipſo præſumitur, ſi intentatum crimen non probauerit. *c. 2. ext. de calumniat.* Cum enim is, qui alium ad iudicium prouocat, probationes ſuas paratas habere debeat *l. qui accuſare 4. C. de edendo*; profecto ſi probatione defecerit, videtur ſine cauſa, id eſt, calumnioſè litem mouiſſe. cuius tamen diſquiſitio à iudicis cognitione pendet; qui reo prius abſoluto, de accuſatoris incipiet conſilio quærere; qua is mente ad accuſationem proceſſerit. *d. l. 1. §. ſed non vtique.* Et ſi iuſto errore ductum. *d. §. ſed non vtique, verſ. & ſiquidem,* vel inconſulto calore, *d. l. 1. §. quæri poteſt.* vel immenſo dolore, *l. quamuis 30. C. ad leg. Iul. de adult. l. 2. & l. calumnia. 4. C. de calumniator.* vel cum tutor eſſet officij neceſsitate coactus *l. tutore 12. ff. de his quibus vt indign.* vel alia iuſta ratione modum repererit *d. l. 1. l. miles* abſoluet eum. Sin in euidenti calumnia deprehenderit, legitimam pœnam ei irrogabit, *d. l. 1. § ſed non vtiq; & quidē l. remis.* ſiue pœna talionis. nec obſtat, *c. 1. h. t.* nā ibi accuſator tantū ſubdiaconus erat, & accuſatus Diaconus, & ſic Diaconatu tanq̄ pœna talionis priuari nō poterat. *Pan. ibi.*

DE SIMONIA ET NE ALIQVID PRO SPIRITVALIBVS EXIGATVR. TIT. III.

1 *Simonia quid.*
2 *Quomodo Simonia crimen committatur.*
3 *Simonia duplex.*

Simoniam definit *Goffredus in ſumma h. tit.* quod ſit ſtudioſa † cupiditas emendi vel vendendi ſpiritualia, vel his annexa, Cuius criminis pulcherrimum extat exemplum in actis Apoſtolorum de Simone Mago homine nefario, à quo vulgares Simoniam appellant. Simoniç igitur crimē admittitur † circa res ſpirituales aut ſpiritualibus annexas, cum ſcilicet, ſacri ordines, aliaue ſacramenta eccleſiæ, conſecrationes eccleſiarum vel altarium, ingreſſus religionis, benedictiones nubentium, item officia, & beneficia eccleſiaſtica &c. data vel promiſſa adquiruntur. *c. 1. c. 8. & 9. h. tit.* 1 2
Eſt autem ſimonia duplex, † realis & mentalis. Mentalis ſimonia nullis pœnis perſequitur, ſed ſufficit eam expiari per pœnitentiam coram Deo, *c. vlt. h. t.* ratio eſt poſita *in l. 18. ff. de pæn. c. cogitationis, de pænit. diſt. 1.* Crimen verò realis ſimoniæ varijs pœnis perſequuntur ſacri Canones. Aliquādo enim eſt excommunicatio, ſuſpenſio ab executione ordinis, *c. 2. 5. & 7. h. t.* aliquando depoſitio, vbi tamen ſentētia iudicis eſt opus, *c. inquiſitione 21. de accuſ.* Sed an ad reſtitutionem rei acceptæ ſimoniacus cogi poſsit? minimè, 3

Digitized by Google

c ſin.h.t.c.pari regula de reg.iur.in 6.l.cum par.ff.eod l.2.& 3.ff.de cond. ob turp.cauſ. licet à plerisque in contrarium itum ſit *per c.de hoc 11.& 19.titul.* ſed videntur eſſe caſus ſingulares. *Couar.ad c.peccatum in 2.p.releſt.§.2.par.2.n.6.de reg.iur.in 6.*

NE PRAELATI VICES SVAS VEL ECCLESIAS SVB ANNVO CENSV VENDANT. TIT. IV.

REgimē eccl. ſub annuo cēſu cōmitti nō debet, *c.3.h.t.* vnde q dat pecuniā, vt epiſcopalē vel ſpiritualē iuriſdictionē exerceat officioſuo priuatur, & ſic cōferēs illud āpli⁹ cōferre nō poterit, & canōicè pūietur, *c.1.h.t.*

DE MAGISTRIS & ne aliquid exigatur pro licentia docendi. TIT. V.

IN qualibet cathedrali eccleſia; vel alia in facultatibus ſufficienti, debet à prælato vel capitulo vnus magiſter eligi, cui reditus vnius præbēdæ debent aſsignari. In metropolitana verò Eccleſia etiam eligi debet Theologus: & ſi ad Grāmaticum & Theologū nō ſufficit, ꝓuideat ipſi Theologo ex reditibus ſuę eccleſiæ, & Grammatico faciat prouideri in aliqua eccleſiarū ſuę ciuitatis vel diocœſis, *c.4.h.t.* vnde ꝓ licētia docēdi clericos vel pauperes magiſter nihil exigere & exactū reſtituere debet, *c.1..& 2.h.t.*

DE IVDAEIS, SARACENIS, ET EORVM SERVIS. TIT. VI.

1 *Quæſtio an princeps poſsit infideles & Iudæos ſibi ſubiectos ad fidem ſuſcipiendā compellāt.*

HVnc titulū ſatis in Cod.eod. explicauimus. Hic quæri ſolet an princeps Chriſtianus infideles & ſubiectos ſibi Iudęos ad fidem ſuſcipiendam compellere poſsit? quod quidam ex Theologis arbitrantur per *c. de iudæis diſt.*45. Attamen id negat D.Thomas *n.2.art.*8. quem omnes ferè cæteri Theologi ſequuntur. per *c.ſicut 9 h.t.vide Zaſ.in tract.de infant.iudæor. bapt.*

DE HAERETICIS. TIT. II.

1 *Hæreticus quis.* 3 *Pœna hæreticorum.*
2 *Hæreſis diſquiſitio ad quem ſpectet.*

1 HAEreticus eſt † qui alicuius temporalis commodi & maximè gloriæ principatuſque ſui gratia falſas & nouas opiniones gignit, vel ſequitur. *c.hæreſis 24. quæſt.3.* etiam qui vel leui argumento à iudicio catholicæ religionis & tramite detecti fuerint deuiare. *l.2. C.h.t.* idque pertinaci animo; nec enim hæreſis ſolius intellectus eſt, ſed & voluntatis. *c.qui in eccleſia 24.quæſt.3.Innoc.ad c.1. ext.de ſum.Trinit.* Hinc quæſitum fuit de eo qui timore mortis vel cruciatu corporis, vel alia de cauſa fidem Catholicam eiurauit, mente interim eam retinens, vtrum hæreticus ſit negat, *gl.ad c.non*
1 *ſolum 11.quæſt.3.* cum maleficia voluntate & propoſito diſtinguantur, *l.qui iniuriæ 55.de iniur.c.54.ext.d.de ſent excom.* Hæreſis diſquiſitio † & cognitio ad Epiſcopos pertinet, etiam in exemptos & ſedi apoſtolicę immediatè ſubiectos. *c.9.ad abolendam §.A.ext.h.t.* Epiſcopis nonnunquam autoritate S.Pontificis inquiſitores adiunguntur, qui coniunctim vel ſeparatim cum illis cognoſcunt. *c.17.in s eod.* nulli verò ſeculari iudici permiſſum eſt iudicium exercere & cognoſcere de hæreſi cum crimen ſit mere eccleſiaſticum, ſed eius eſt mandatam à iudice eccleſiaſtico executionem promptè exequi, *c.*
2 *vt inquiſitionis 9.vtique & ſeq.eod.in 6.* Epiſcopis nonnunquam authoritate S.

Pon-

Pontificis inquiſitores adiunguntur, qui coniunctim vel ſeparatim cum illis cognoſcunt, *c. per hoc in 6.* præterquam ſi Epiſcopus inſimuletur de hoc crimine, quo caſu eius cognitio, ſoli ſummo Pontifici reſeruetur, *c. inquiſitores eod. in 6.* variè hoc crimē coercetur, *vti in t. C. eo.* diximus. †Nā hęretici ipſo iure excōmunicantur, *d. c. ad abolen. c. 13. ext. h. t.* non ſolū ſi cōuicti ſint, ſed etiāſi tantū ſuſpecti innocentiā ſuā non legitimè purgauerint, *d. c. ad abolenda* Ex Frid. conſtit. perpetua notātur infamia & proſcribūtur, *Auth. gazaros C. h. t.* præterea vltimi ſupplicij pœna in eos ſtatuitur *l. 5. & l. 8. C. h. t.* quod locorū cōſuetudo ignis exuſtionem interpretatur, *Pan. in d. c. ad abolend. n. 13.* Quod & procedit in clericis dūmodò prius à ſuis ordinibus degradati fuerint, & bona eorum applicantur ſuis eccleſijs, *c. 13. h. t.* laicorum verò applicantur fiſco ipſo iure excluſis etiam filijs hæreticorum Catholicis. *c. 10. h. t. d. Auth. gazaros.* Cæterum hæreticis redeuntibus ad eccleſiam, quæ nemini ſuum gremium claudit, *l. fin. verſ. ſed quæ C. de ſum. Trin.* confiſcationis, aliarumque pœna pro iudicis pietate remittitur, *d. c. 10. verſ. nec eos.* Niſi abiuratione ſemel facta rurſus in eandem, aut in aliam hæreſin incid erint, qua ſpecie omni iuris beneficio excluduntur: quamuis illis reſipiſcentibus Sacramenta Pœnitentiæ & Euchariſtiæ non denegētur. *d. c. ad abolendam, §. illos quoque.* Licet autem ipſo iure hæreticorum bona in fiſcum cadant, non tamen eorum poſſeſſio, ac proinde antequam auocentur, ab hæredibus præſcribi poſſunt 20. annor. *l. in omnibus, ff. de diuerſ.* quod in terris Imperij obſeruatur. nā in terris Ro. Eccleſiæ 40. anni & bona fides exigūtur. *c. 2. h. t.*

DE SCHISMATICIS ET ORDINATIS AB EIS. TIT. VIII.

1 *Schiſmatici qui, & de pœna eorum.*

SChiſmatici à ſciſmate,† id eſt, à ſciſſura, dicuntur, quod ab vnitate Eccleſiæ Catholicæ, quæ eſt in Romano Pontifice, tanquam in capite ſe præſcindant. Quod quidem in principio aliqua ex parte ait Hieronymus intelligi poteſt. Cæterum nullum ſchiſma non aliquam ſibi confugit hæreſin, vt rectè ab Eccleſia receſſiſſe videatur. *c. inter hæreſin 24. quæ. 3.* In ſchiſmaticos ſtatuta eſt excōmunicatio, & ordinationes, beneficiorum collationes, & rerum Eccleſiaſt. alienationes ab ijs factæ irritæ ſunt, *c. 1. & 2. h. t.* 1

DE APOSTATA ET REITERANTIBVS BAPT. TIT. IX.

APOSTATAE ſunt, qui deſerunt ſuſceptam à ſe Chriſtianam fidem, vel monaſticam religionem, vel ſacrum ordinem; varieque coercentur. Nam primi illi bonorum publicatione plectuntur, non extantibus propinquis. *l. 2. & 4. Cod. eod.* neque teſtandi, vel teſtimonij dicendi, vel ſuccedendi ius habent, *leg. 3. Codic. eod. capit. non poteſt 2. quæſtion. 7.* Et qui alteri huius apoſtaſiæ author eſt, in pœnam capitis incidit, *leg. 5. Codic. eodem.* Secundi verò ab accuſando & teſtimonio ferendo reijciuntur, ipſoque iure infames ſunt, *c. alieni 2. quæſt. 7.* Tertij amittunt priuilegiū Clericis indultum, *c. 1. h. t.* tum aliter caſtigantur. *c. 11. 12. & 13. cauſ. 11. quæſt. 3.* Eſt & quartum genus Apoſtatarum, eorum ſcilicet, qui Superioris præceptum tranſgrediuntur, ſed hi ad hunc titulum non pertinent, *Panor. in c. 1. h. t.*

Digitized by Google

DE HIS QVI FILIOS OCCIDERVNT. TIT. X.

1 *Quid iuris de infantibus in lecto mortuis cum patre & matre repertis.*

DE pœna l.Pomp.de parricidijs *in ff.ad tit.l.Pomp.de parricid.*diximus.quę pœna quoque in terris Eccleſiæ obtinet, cùm ſecundum canones non reperitur in hoc alia pœna, *Panorm.in capite 1.num.3. hoc titul.* De infantibus autem mortuis vel ſuffocatis in lecto cum matre & patre repertis,
1 quid iuris ſit,extat reſcriptum† Alex.3 *in c.fin.h.tit.* vt ſi parentes non lateat infantem à ſe, vel oppreſſum, vel ſuffocatum eſſe, grauiter in hoc ſe parentes deliquiſſe agnoſcant,&ad trium annor.pœnitentiam reuocentur. quorum vnum in pane & aqua tranſigant:Sin incertum,pœnitentiam arbitrio imponentis ſubeant *d.c.fin.& ibi gloſſ.* Cùm in eo peccaſſe intelligantur parentes;quod infantem in communem lectum recipiendo,periculo expreſſionis vel ſuffocationis expoſuerint.*c.conſuluiſti 2.q.5.*

DE INFANTIBVS ET LANGVIDIS EXPOSITIS. TIT. XI.

1 *Quatenus diſpoſitio c.vnic.h.t.procedat.*

INfans,vel ſeruus,vel libertus expoſitus à patre,vel domino,vel alio eo conſentiente,vel ratum habente, hoc ipſo à patria vel dominica poteſtate liberatur.*c.vnic.h.t.*quod quoq; & maximè in languidis cuiuſcunq; ætatis expoſitis,vel ſi eis alimenta denegata ſint,obtinet,*d.c.vnic.*Sed an diſ-
1 poſitio†*d.c.vnic.*locum habeat indiſtinctè,ſiue alimenta denegata fuerint ſanis infantibus,ſiue languidis:& hoc Goffr.aſſerit, Azo verò *in ſum.h.t.C.*& Pan.*in c.vnic.n.3.*negāt,quia,inquiūt,maius delictū & magis deteſtabile eſt, denegare alimenta languidis quā ſanis, & ideo grauiori pœna afficiendi ſunt parentes vel domini. Ego adhærerem ſententiæ Goffredi, maximè cùm infantes, quibus denegantur alimenta, quoque ægroti ſiue languidi ſint,niſi ſcirem pœnales conſtitutiones eſſe reſtringendas, & in dubio in pœnalibus mitiorem interpretationem amplectendā eſſe: *reg.odia iuris in 6.*

DE HOMICIDIO VOLVNTARIO VEL CASVALI. TIT. XII.

1 *De quo homicidio h.t.loquatur,& de pœna eius.*

DE pœna homicidij l.Corn.ſancita diximus,in ff.ad l.Corn.de ſic. nūc quomodo de iure Canonico plectātur homicidæ,in h.t. docebimus. Licet homicidij nomine apud SS,canones,non tantum intelligatur hominis interemptio, ſed & odium, detractio, perſuaſio mala,omniſq; motus iniquus ad nocendum alteri; verùm hic titulus agit de eo qui dolo malo, animo occidendi homicidium committit, quod voluntarium dicitur,Et per ius canonicum excommunicatione coercetur per iudicē, *ciuaq; 24.q.3.*tum etiā depoſitione ab ordine ſi clericus ſit iuxta diſpoſitionem textus in c.cum non ab homine ſup. de iudic.Dixi dolo malo,ad excludendū homicidium caſuale, quod quia fato imputatur, extra noxā eſt, *c.lator.9 h.t.*Itē ad excludendum militem,iudicem,eiuſq; miniſtrum:quorū ille hoſtem,hi nocentem impunè occidunt.*c.miles, cum cc.ſeqq.23. qu.5.* licet non ſine irregularitatis nota.*c.ſi quis viduam diſt.50.c.pen.ext.hoc tit.*

DE TORNEAMENTIS. TIT. XIII.

1 *Torneamenta quæ.*

TOrneamenta vulgò dicũtur quædã nundinæ, vel feriæ, in quibus milites ex condicto vel ex conducto conuenire ſolent, & ad oſtenſionẽ viriũ ſuarũ, & audaciæ temerè congredi & aggredi *c.1.h.t.* Et hæc prohibẽtur fieri, quod hinc periculũ animarum & ſæpè mortes hominum proueniãt *c.1.h.t.* debẽt enim futura pericula præcaueri. Pœna de iure ciuili nulla in huiuſmodi perſonas eſt ſtatuta, ſed hoc iure mortuis denegatur ſepultura: quamuis ei poſcenti pœnitentia non denegetur, *d.c.1.in fin. vide Latium hoſt.in ſum.hoc tit.* 1

DE CLERICIS PVGNANTIBVS IN DVELLO. TIT. XIV.

1 *Duellum quid, & de pena duelli.*

DVellũ† dicitur bellũ quò duabus partibus de victoria cõtendentibus dimicatur, quãdoq; verò vt in *h.t.* accipitur pro duorũ certamine. Cõſtat autem duellorum fuiſſe frequentia, quemadmodum videre eſt apud *Guid.pap.617.cum ſeqq.* verum huiuſmodi certamina, ſanguinolenta & Vlpiani tempore Romanorum legibus nondum damnata. *l.qua accuſatione §.ſi.quis ff.ad l.aquil.* hodiè omninò vetantur. *c.Monachiam 2.queſt.4.l.vnic.C.de diglad.lib.11.tot.h.t.* Imò à conc. Trid. ſub pœna excommunicationis indiſtinctè prohibentur, cui includuntur tam ſuaſores quam ſpectatores, pœna priuationis dominiorum contra permittentes ſtatuta, &c. *ſeſſ.25.c.19.de refor.* 1

DE SAGITTARIIS. TIT. XV.

IN hoc titulo ſagittarius non accipitur pro ſigno illo cæleſti, quod alij centaurum Chironẽ arbitrantur, alij Erotum filium Euphemis, nutricis muſarũ, ſed pro eo, qui ſagittas emittit, eas præſertim quæ in bello ex maioribus illis tormentis eiaculabantur longius. Balliſtariorum & ſagittariorũ, ars aduerſus Chriſtianos & Catholicos prohibetur exerceri. *c.vn.h.t.*

DE ADVLTERIIS ET STVPRO. TIT. XVI.

1 *De Pœna adulterij.* 2 *Stuprum quid & quomodo puniatur.*

EX præſcripto iuris canonici nulla alia pœna in adulteros † laicos ſtatuta eſt, vnde vbi criminaliter actum eſt, adulter ex præſcripto iuris ciuilis gladio plectendus. *l.30.C.h.t.* adultera verò verberibus affecta in monaſterium detruditur, poteſtate interim marito relicta eam intra biennium repetẽdi. *c.19. gaudemus ſup. de conuerſ.coniug.* At vbi ciuiliter, hoc eſt, ad ſeparationẽ tori actum eſt, ſeparatione facta, dos & donatio propter nuptias innocenti cõiugi applicantur. *l.conſenſu C.de rep.* Clerici tamen propter adulterium admiſſum à ſe, deponuntur à iudice eccleſiaſtico, niſi peracta pœnitentia cum ijs diſpenſet Epiſcopus. *c.10.c.4.§.fin.ſup. de iudic.* 1

Stuprum committitur, ſi quis ſine vi, virgini vel viduæ honeſtè viuenti, vitium intulerit. *l.6.§.ſtuprum ff.h.t.* Ex præſcripto SS.canonum, compellitur is, qui ſtuprum virgini intulit, eandem dotare & in vxorẽ ducere: niſi pater virginis nolit eam duci, qua ſpecie dotaſſe eam ſufficit. Sin ipſe ſtuprator nolit eam in vxorem recipere, tunc hic corporaliter caſtigatus & excommunicatus in monaſterium ad agendam pœnitentiam detruditur. *c.1.& 2.ibi Panor.h.tit.* 2

Digitized by Google

DE RAPTORIBVS, INCENDIARIIS ET VIOLATORIBVS ECCLES. TIT. XVII.

1 *Quatenus pœna in raptores de iure ciuili ſtatuta, iure canonico ſit ſublata.*
2 *Pœna Incendiariorum.*
3. *Violator eccleſiæ quis dicatur & quomodo puniatur.*

DE raptoribus rerũ, eorumq; pœna ad *tit. ſup. de vi bonor. raptor. diximus.* hic
1 tantũ de raptoribus mulierũ agitur. Et in hac ſignificatione raptus eſt,
ſi honeſta virgo, vidua, vel etiã vxor alterius, abducitur, licet nõ inuita &c.
De pœna raptoris diximus in Cod. de raptu virg. quę pœna iure decretaliũ
tantũ in hoc immutata eſt, quò nulla interdictio matrimonij inter rapto
rem & raptam, dummodò rapta à raptore ſeparata in loco tuto conſtitu-
ta, liberè cum raptore contrahat. *Conc. Trid. ſeſſ. 24. c. 6. de refor. matr.*

De Pœna incẽdiariorũ quoq; diximus ad tit. de incend. ruina & naufr.
2 † Sed ſecundum canones incendiarij excommunicantur, *Panor. in c. tua nos
ext. de ſent. excom.* nec abſoluuntur, niſi damno reſarcito, & iuramento præ-
ſtito quod ignem vlterius non apponent. *c. peſſimam, 23. quæſt. vlt.* & hæredes
coguntur ſatisfacere damnum paſſis iuxta *hoſt. in ſum. h. t. n. 9. in fin.* Violator
3 † eccleſiæ dicitur, quicunque ipſam eccleſiam frangendo oſtia, capiendo
res ſuas, vel inuadendo, priuilegia ſua non cuſtodiendo, vel corrumpẽdo
offendit, de quibus trahitur *in 27. qu. 4. per totũ.* quorũ pœna eſt præter reſti-
tutionẽ, excommunicatio, aliquando pecuniaria pœna &c. *d. 27. q. 4. hoſt. in
ſum. h. tit.*

DE FVRTIS. TIT. XVIII.

1 *An fur ad ſacros ordines poſsit promoueri.*

FVres autem non ſolum ſeculares: verũ etiam Canones acriter inſectã-
1 tur: nã nec ad ſacros ordines promouerit, niſi ſit occultus fur & pere-
gerit pœnitentiam. *c. vlt. hoc tit.* & promoti ab eiſdem deijci, & ſi depoſiti
incorrigibiles fuerint, excommunicari, & demũ poteſtati ſeculari tradi-
debent. *c. cũ non ab homine de iud. c. tua de furt.* Sed hæc de illis intelligenda ſunt,
qui nulla neceſsitate adacti furtum commiſerunt. Cæterũ ſi quis propter
neceſsitatẽ cibaria, veſtes &c. furatus ſit lõgè mitiori pœna punitur. *c. 3. h. t.*

DE VSVRIS. TIT. XIX.

1 *Vſura quid.*
2 *Pœna vſurariorum.*
3 *Quæſtio an quis eleemoſinam ab vſurario recipere poſsit.*
4 *Cui reſtitutio facienda.*
5 *3. Caſus quibus abſque vitio vſurarum aliqua vltra ſortem recipitur.*

VSura dicitur † quicquid vltra ſortem mutuatam percipitur. Dixi mu-
tuatam, quia vſura non committitur niſi in rebus, in quibus cõſiſtit
1 mutuum, ſcilicet quæ conſtant, pondere, numero & menſura. *Panor. in rub.
h. tit. c. vſur. 14. quæſt. 3.*

Varijs † pœnis ſacri Canones vſurarios inſequuntur: nam præter infa-
2 miæ notam, nec ad communionem altaris admittuntur, *c. qui in omnibus ibi
Panor. h. t.* nec quiſquam, de manu eorum oblationes accipiet *d. c. quia.* An au-
3 tem eleemoſinam † quis recipere poſsit ab vſurario, hoc Ioh. Andr. conce-
dit in *c. cum voluntate de ſent. excom. Panor. in d. c. quia.* Teſtamenta quoque eorum

non

Digitized by Google

non valebunt, nec ad ſepulturā eccleſiaſticam admittentur, niſi facta plenaria reſtitutione, vel idonea præſtita cautione iuxta formam, *c. quamquam eo. in 6.* nullus quoq; ſub pœnis in Gregorianá conſtitutione comprehenſis manifeſtis vſurarijs aut locabit ædes, aut habere conductas permittet. *c. 1. eod. in 6.* Nec quicquam proderit quod quis pro redimendis captiuis, vel eleemoſinis dandis vſuras exercuiſſe alleget. *c. ſuper eo h. t. ibi Innoc. 14. quæſt. 5. per tot.* Neq; enim fornicari licet conſeruandæ vitæ ſuæ cauſa, nec malū faciendum, vt inde bonum proueniat. *c. neque arbiter 22. quæſt. 2.*

Cui autē reſtitutio facienda † ſit, quis dubitare poſsit? Et cōſtat ijs à quibus vſuras extorſerunt, eorumq; hæredibus faciendam plenariam reſti- 4
tutionē eſſe. Planè ſi nec ij ſint certi, vel non ſint ſuperſtites, pauperibus vſuras acceptas reſtituere tenetur. *c. cum tu. h. tit.* Nec ſolum ipſi fœneratores, ſed & eorum hęredes diſtrictione eccleſiaſtica vſuras à defuncto perceptas reſtituere coguntur. *c. tua h. tit. vide Panor. & cæteros Dd. ibidē.* Sunt tamē 5
caſus † aliqui, in quibus aliquid vltra ſortem abſq; vitio vſuſarum recipitur, vt puta ſi pignus à ſocero datū ſit genero pro dote à ſe nondum numerata, qui interim donec promiſſa dos ſoluatur, rectè percipit fructus pignoris, neque inſortem imputare cogitur, cum frequenter dotis fructus non ſufficiant ad onera matrimonij ſupportanda, *c. 16. hoc. tit.* Idem eſt, & ſi feudum à vaſallo in pignus datum ſit domino. *c. 1. de feud.* vel ſi clericus rem, quam aliter, cum tamen in illa certum ius haberet, habere non poterat, ob mutuum pignori acceperit. *c. 1. in fin. h. tit.*

DE CRIMINE FALSI. TIT. XX.

1 *Pœna falſariorum.*

DE pœna falſi ex iure ciuili diximus ff. eod. Canones † quoq; varias pœ- 1
nas aduerſus falſarios ſtatuerunt. Qui falſis literis vtitur, ſi clericus eſt, officijs & beneficijs priuatur, ſi laicus excommunicatur. *c. ad falſariorum § fin. eod.* Qui verò literis Apoſtolicis falſis vſi fuerunt, acrius puniuntur. Talium enim literarum falſarij cum fautoribus & defenſoribus ſuis anathemate feriuntur. *d. c. ad falſariorum. vide Nau. in manual. c. 27. n. 62.*

DE SORTILEGIIS. TIT. XXI.

SOrtilegia pro furtis inueniēdis vel diuinationibus faciēdis prohibētur. *c. 1. h. t.* Sortilegi dicuntur, qui id quod latet, euentu alicuius rei explorant: vt qui ad deprehendendum furē, vel ad præcognoſcendū id quod futurū putāt, codicē, tabulam, vel aſtrolabium mouent ſiue inſpiciūt *c. 1. & 2. h. t.* hæc cum non ſine tacito pacto ſiue dæmonis cōſpiratione fieri ſoleant, rectè improbātur à ſacris canonibus, iuxta illud. D. Pauli: nolo autem vos ſocios fieri dœmoniorū, id eſt, *ad Corinth. 10. c.* Illis igitur ſicut & ariolis, & c communione eccleſiæ interdicitur. *c. 1. & paſsim 26. quæſt. 5.*

DE COLLVSIONE DETEGENDA. TIT. XXII.

Sortilegi qui dicuntur.

COlluſio eſt inter actorem & reum latens & fraudulenta conuentio, qua interueniēte, delicta aliquando remanēt impunita. *c. 1. h. t. c. 3. ibi gl. eod.*

Digitized by Google

eod. Et hęc ſine pœna fieri nequit, vt in *c. ſi quem pœnituerit 2. quæſt. 5.* Clericus enim colludens ſuo beneficio priuatur, *hoſt. in ſum. h. tit.*

DE DELICTIS PVERORVM. TIT. XXIII.

INfantes doli capaces & minores licet ob lubricum animi iudicium non tam grauiter peccent: nihilominus tamen omninò pœnam non effugiunt, *tot. h. tit. vide l. auxilium ff. de minor.*

DE CLERICO VENATORE. TIT. XXIV.

1 *Quatenus venari liceat laicis & clericis.*

1 CLericis non eſt permiſſa alienatio: † *c. 1. h. t.* tũ quia clerici dicuntur recepti in ſortẽ Chriſti, & ab omni ſtrepitu & voluptate ſeculari debẽt abſtinere: tũ quia Auguſt. ait, nullũ in ſacris ſcripturis inuenimus ſanctũ venatorẽ. Sed hoc limitat Panor. in *d. c.* 1. nõ procedere ſi venetur ſine clamore & ſtrepitu ad victũ & veſtitũ. An eodẽ modo laicis videtur prohibita? quod videtur dicẽdũ. Eſau quia venator erat, peccator erat. *c. Eſau diſt. 86.* Sed verius eſt generaliter eſſe permiſſam, quia Deus beſtias creauit ad inſeruiendum homini, & vt homo ijs ad victũ & veſtitũ vtatur, dũmodò nõ ſit nimis deditus venationi, vt cultum diuinũ negligat. In omnibus quippe rebus eiuſmodi non ex earũ rerum quibus vtimur, ſed ex vtendi modo probandum vel improbandum eſt.

DE CLERICO PERCVSSORE. TIT. XXV.

1 *Quomodo clericus percutiens puniatur.*

1 CLericus ſæpè alium percutiens, & monitus non deſiſtens, deponitur, *c. 1. h. t.* † vnde illud: Nõ ſis percuſſor ſi vis bonus eſſe ſacerdos. Nõ enim ſeueritate, ſed beneuolentia, non comminatione, ſed cohortatione, non poteſtate ſed charitate ſubditos prælati corripere debẽt, cũ nemo noſtrũ ſine reprehenſione, aut ſine peccato viuat. Nam ſi Dominus ſtatim poſt trinam negationẽ Petrum Apoſtolum præceptorem & principem noſtrum iudicaſſet, non tantum ex eo fructum, ſicut fecit, recepiſſet.

DE MALEDICIS. TIT. XXVI.

MAledici ſunt quaſi malè dicentes. Et ſi in Deum vel ſanctos conuitium aliquod vel maledictum euomunt, propriè blaſphemi dicũtur Apocal. *c. 13. & c. 2. ext. h. t.* Et huiuſmodi ex præſcripto iuris canonici ſolẽni pœnitentia & pœna pecuniaria coercentur *d. c. 2.* à iure ciuili vltimo ſupplicio, ſi in Deum blaſphemia admiſſa ſit, plectuntur. *Non & luxur. hom. de Conar. ad c. quamuis de pact. in 61. par. 97. n. 11.*

DE CLERICO EXCOM. DEPOSITO, VEL INTERD. MINIST. TIT. XXVII.

SI quis Epiſcopus, præsbyter aut Diaconus iuſtè pro certis criminibus auſus fuerit miniſterium ſibi dudum interdictũ adtrectare, excõmunicabitur, *c. 1. h. t. vide c. 20. placuit 11. quæſt. 4.*

DE CLERICO NON ORDINATO MINISTRANTE. TIT. XXVIII.

NEmo qui non eſt ordinatus, aliquod diuinum officium ad ſacrum ordinem pertinens exercere debet, aliàs excommunicabitur, & nunquam ordinari poterit. *c. 1. h. t.*

DE CLERICO PER SALTVM PROMOTO. TIT. XXIX.

1 *Quomodo promotus per ſaltum puniatur.*

DE eo qui non gradatim ſicut Canones iubent, ſed per ſaltum, id eſt, prætermiſſo ordine inferiore, ad ſuperiorem ſua negligentia aſcendit, conſtitutum eſt, vt tamdiu ab executione ſuſcepti ordinis ceſſet, donec omiſſus ab eo ordo reſtituatur. *c. vnic. h. ti.* Extat & Concilij Tridentini, hac de re ſanctio in *ca. 14. de refor. ſeſſ. 23.*

DE EO QVI ORDINEM FVRTIVE SVSCEPIT. TIT. XXX.

QVod ſi quis furtiuè, id eſt, clam Epiſcopo ordinante, ad aliquem ordinē ſubrepſerit, tam ab vſu recepti ordinis, quàm ab alijs imposterū recipiēdis, ſubmouetur donec diſpenſationis gratiā obtinerit. *tot. h. t.*

DE EXCESSIBVS PRAELATORVM ET SVBDITORVM. TIT. XXXI.

IN hoc titulo paſsim exempla ſparguntur quo modo Prælati dicantur excedere & qualiter puniantur, *vide Panor. & hoſt. in ſum. h. t. per tot.*

DE NOVI OPERIS NVNCIATIONE. TIT. XXXII.

1 *Nunciatio noui operis & in eccleſia locum habet.*
2 *Doctrina ex c. 1. h. t.*

NVnciatio † noui operis etiam in eccleſia † quando ædificatur locum habet. vnde opus poſt denuntiationem conſtructum, debet ſicuti ad tit. in ff. eod. ſup. diximus, expenſis ædificantis deſtrui *c. 1. 2. 3. h. t. Ex c. 1. h. tit.* notandū quoties alterutro iure quid expreſſum & quod in altero ſit controuerſum: toties eam definitionem expreſſam in vtroq; foro valere. Alterum enim ius per aliud ſuppletur Panor. in *c. ſuper de offic. deleg. Iaſ. in l. 2. nu. 23. C. ſi cont. ius vel vtil. pub.* 1 2

DE PRIVILEGIO ET EXCESS. PRIVILEGIATORVM TIT. XXXIII.

DE PVRGATIONE CANONICA. TIT. XXXIV.

1 *Species purgationis.*
2 *Canonica purgatio quæ.*
3 *Vſus purgat. canonicæ.*

PVrgationis duæ ſunt ſpecies, † vulgaris & Canonica.

Canonica purgatio dicitur, † quæ ſacris canonibus eſt comprobata, quæ reo nondum prorſus conuicto indicitur, vt iureiurando innocentiam ſuam teſtetur, *c. 3. c. 4. & paßim hoc t. c. 8. ext. de coh. clericor.* quam ſi non præſtiterit, tanquam conuictus de crimine pœnæ ſubijcitur. *c. 11. & 13. de ſi mon.* Non tamen cuilibet reo hæc purgatio indicitur, ſed tantum fide digno, quem veriſimile eſt non facile pereraturum. *c. 1. & ibi Panor. h. t* 1 2

Huius purgationis vſus † etiam iure ciuili cognitus videtur: ſed in certis criminibus, veluti læſæ maieſtatis, oppugnatæ vel proditæ patriæ, (ob quam cauſam patrem proditorem licet interficere *l. minimè ff. de relig. & ſump. funer.*) peculatus, deſertæ, malitiæ falſi. *l. fin. C de abolit. Iul. Cal. §. fin. q. 63. Caniſ. in inſt. h. t.* 3

DE PVRGATIONE VVLGARI. TIT. XXXV.

1 *Vulgaris canonicè prohibita.*

Digitized by Google

V Vulgaris purgatio eſt, quam vulgus inuenit & ſequitur vt cum aquæ
frigidæ, *c. ex duarum præced. t.* vel candentis ferri, *c. fin. h. t.* vel ſingularis
certaminis, *c. 1. h. t.* ſubit quis iudicium. Hæc purgatio per SS. canones damnatur, quod per eam Deus tentari videatur. *c. queritur 22. quæſt. 2.*

DE INIVRIIS ET DAMNO DATO. TIT. XXXVI.

Hanc materiã ſup in ff. ſatis explanauimus, *vide Binſfel. in tract. de iniur. per tot.*

DE POENIS. TIT. XXXVII.

1 *Iudex eccleſiaſt. nunquam Pœnam ſanguinis inferre poteſt.*

2 *Quando ſe iudex eccleſ. cauſis criminalibus ciuilibus intromittere poteſt.*

IN hoc titulo duo ſingulariter ex hoc iure recepta ſunt. Primum, quod
1 iudex eccleaſiſticus nunquam pœnam ſanguinis inferre debeat. *c. 5. &*
pen. ext. ne cler. vel Monachi, ſed ſi qua ſibi ex delegatione principis, vel
alio iure cognitio criminum competit, eam ſi ſanguinis pœnam irroget,
vel ad ipſum principem remittat. *c. 4. de ra.* vel alicui laico demandet, *c. fin.*
ne cler. vel monach. in 6. vt videre eſt in Epiſcopis Germaniæ noſtræ. 2. quod in crimini-
bus non merè eccleſiaſticis ſed mixtis, poteſt ſe iudex intromittere data
2 negligentia iudicis ſecularis. *Panor. in c. 1. n. 6. & ibid. Innoc. n. 3. ext. de offic. ordin.*
idque ſi delictum ſit notorium. *pirt. text. in c. 1. §. notorio de cenſibus in 6. c. nouit. de*
indic. In merè autem ſecularibus delictis non poteſt punire niſi per obli-
quum quoad impõnendam pœnitentiam. *d. c. nouit.*

DE POENIT. ET REMISSIONIBVS. TIT. XXXVIII.

1 *Pœnitentia quot modis accipiatur.* 2 *Sacramentum pœnitentiæ quid.*

3 *Materia.*

PRo intellectu huius tituli notandum, quod pœnitentia duobus modis
accipitur, vno modo pro virtute, altero modo pro ſacramento pœni-
1 tentiæ. Sacramentum pœnitentiæ † eſt ſacramentum remittendi peccata
poſt baptiſmum commiſſa. *Binſfel. in enchr. paſtor. de ſacr. pœn. ingen. c. 8.* Materia
2 eſt duplex, † remota & propinqua, remota, ſunt peccata commiſſa, pro-
pinqua verò, ſunt quaſi actus pœnitentis, Contritio, confeſſio, & ſatisfa-
ctio. *Conc. Trid. ſeſ. 14. c. 1. De his omnibus videatur D. Thomas, in 3 par. q. 84. Binſ. d. loco.*

DE SENTENTIA EXCOMMVNICATIONIS. TIT. XXXIX.

1 *Excommunicatio quotuplex.* 2 *Maior excom. in dubio ſemper præſumitur.*

EXcõmunicatio eſt duplex, minor & maior. minor eſt quæ tantum ſe-
1 parat à perceptione ſacramẽtorum eccleſiaſticorũ *c. pen. h. tit. c. à nobis de*
except. Maior eſt quæ à cõmunione eccleſiæ, hoc eſt fideliũ ſeparat: quæ ali-
quando anathema, hoc eſt æternæ mortis dãnatio appellatur. *c. nemo Epiſ. 11.*
q. 3. & in dubio præſumitur †, *c. pen. h. t. Felin. in rub. t. n. 3.* nec obſtat *c. c. in pœnis ne*
2 *reg. iur. in* quia illud loquitur de pœnis corporalibus, vt in illis ſemper be-
nignior interpretatio aſſumatur, excommunicatio talis non eſt, ſed eſt
2 medicina retrahens à peccatis, *c. 1. in 6. Panor. in d. c. pen. n. 4.*

DE VERBORVM SIGNIFICATIONE TIT. PEN.

DE REGVLIS IVRIS. TIT. VLT.

De his titulis, qui per ſe ſunt faciles, in ff. cod. diximus.

FINIS.

Digitized by Google

1476

Digitized by Google